

Bookkeeper

364

L. CHRISTOPHORYS

MAHARAJA SOCIETY

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

2382

2382
XXXI-1

INTERROGATIONES

ET RESPONSIONES,

S E V

QVÆSTIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

Q V A S

IVXTA METHODVM

MAGNI ALCVINI,

PROSECVTVS EST

P. CHRISTOPHORVS BERLANGA

MATRITENSIS, SOCIETATIS IESV THEOLOGVS:

Philosophiæ quondam Professor, & Episcopatus
Dertulensis Examinator Synodalis.

TOMVS SEXTVS.

S. PARENTI IGNATIO DE LOYOLA SOC. IESV

Fundatori Dicatus.

Superiorum permisso: Valentia: Typographia Ioannis
Gonzalez, iuxta Molendinum de Rovella.

Anno 1715.

INTERROGATIONES

ET RESPONSIONES

SEU

QUESTIONES

IN LIBRUM GENEROS

QVAE

IVXTA METHODVM

MAGNI ALCMUNI

PROPOSITVS EST

CHRISTOPHORVS BELANGI

MATRIENSIS SOCIETATIS IESV THEOLOGVS:

Philosophie quondam Professor & Theologus

Dominicus Examinator Synodalis.

TOMVS SEXTVS.

S. PARENTI IGNATIO DE LOYOLA SOCIJ IESV

Londoni Diuinae.

Printed and Sold by J. Sturges, at the Sign of the

Anchor, in Pall-mall; by W. Bland, in St. Dunstons Church-yard; by J. Bland,

at the Sign of the Anchor, in St. Dunstons Church-yard; by J. Bland,

at the Sign of the Anchor, in St. Dunstons Church-yard.

1717.

AMPLISSIMO CHRISTI IESV DEFENSORI
 HORTODOXÆ FIDEI AMPLIFICATORI
 CHATHOLICÆ ECCLESIE STRENNISSIMO
 PROPVGNATORI
 SANCTO PROTOPARENTI
IGNATIO DE LOYOLA
 SOCIETATI IESV FVNDATORI
 EIVSQUE PRIMO GENERALI PRÆPOSITO.



OC vltimum mei in sacram scripturam laboris opus; quod è manibus sapientissimi, meique amicissimi Antistitis ad sinum tuæ protectionis evolavit, vt à tua dignatione munimen haberet, & defensionem; ad tuæ nunc recurrit tuitionis asyllum. Nec fas erat vt alteri transferretur, cum eam fuisse mentem existimarem eius, qui pro sua, suorumque in te pietate, & devotione, ex tanta tamque generosa stirpe prolem pretiosissimam, quæ ornamentum fuit nostræ societatis insigne, tibi, religio-nique novimus consecratam. Primum huius operis opus illibatae Beatæ Virgini Mariæ, cuius ductu, impulsuque Societatem Iesu, sacratasque à te conditas leges, & admirabile institutum me fateor amplexum, devovi, illud exorsus ex ore Prophetæ *Dico ego opera mea Regina*. Sit ergo tanto Parenti sacratum opus, quod tantis auspicijs inceptum, ni perfectum fuerit, saltem post annos plus viginti consumatum.

Exordium auspicata est pia, & in me misericors Dei hominum-que Mater, exitum felicitet tantorum filiorum dilectissimus Pater. Commonuit illa, instruxitque animum, vt te Parentem amplecterer; recepisti allectum, cupidumque affectum, vt inter tuos, Iesuque so-cios nuncuparer. Haud dubito quin etiam sicut initium mei operis Mariæ Matris; sic etiam Ignatij Patris finis protectione fruatur.

Nec

Nec minus hoc auxilium expectat ab optimo Parente, quam fuit illud protectum à clementissima Matre, vt suo, vt credo, adiutus patrocinio, Quæstiones Geneseos ad finem perducerem expetitur: At te nunc ad maiorem Dei gloriam, animarumque profectum, quod tua, vt possim, vestigia secutus, semper intendi, felicem exitum consequantur.

Illud, Sanctissime Pater, tot charismatis, illustrationibus, Deique toties allocutionibus recreatus, totis viribus animique conatu nixus es, vt maiorem Dei gloriam, vbique terrarum propagares, & saluationem proximorum nullis parcens laboribus intenderes, omnesque per vitiorum extirpationem, cultum, & acquisitionem virtutum ad Christianæ vitæ perfectionem induceres. Id, ni fallor, intendit opusculum hoc qualecumque, ideoque tuis oculis placiturum expecto, quod ad exterminationem scelerum, bonorumque in animis rationem morum ex sacrarum litterarum testimonio dirigitur. Id placido vultu à tuo clientulo te accepturum expecto, ac clementer protegi pro tua in tuos benignitate confido.

Filiorum acta, vel exigua, vel aliunde contemptibilia, Parentibus ita arrident, imò, & ea ipsi plausibus tanquam eximia celebrant, referunt, & commendant. Nullus plausus, nullamque commendationem à te Sanctissime Pater hic minimus humillimusque filius à te admissus, & protectus expectat, nisi vt tibi in suis pensis, studijs lubricationibus, & ministerijs complacere. Illud inde impense desidero vt tibi obsequium qualecumque ob tot accepta beneficia referam, tum etiam vt tantæ, tamque æstimabili filiationi nullis vquam meritis, & officijs compensandæ signum aliquod meæ gratitudinis, & obseruantia venerabundus exhibeam.

Ignis es, & à Deo illatus, qui, insito in tuorum filiorum cordibus tui spiritus ardore, totum terrarum orbem per quatuor mundi plagas vndequeque diffusum inflammasti. Ex tanto ergo charitatis incendio scintillam quæstionibus tepido spiritu scriptis, & frigido calamo prolatis infunde, vt legentium, audientiumque animi ad sectandas virtutes inardescant, & accendantur, eosque ad Christianæ, & religiosæ perfectionis culmen perducant, & eleuent.

Illud demum à te sanctissime, ac dilectissime Parens exoro, enixe posco, & humiliter deprecor, vt postquam lustratæ quæstiones fructum boni operis, vt opto, vberimum legentibus, audientibusque te auspicante parturiant, me vt dignatus es, inter tuos ac-

cupere, Iesuque socium nuncupari, ita dirigas, ita modereris, ita protegas, ut tuam apud superiores societatem adeptus Iesu, tui, tuorumque societate æternis perennatura sæculis perfruar.

Sanctissime ac Dilectissime Parens

Tuus minimus, & additissimus filius

Christophorus Berlanga.

APROBATIO R. ADM. P. M. Fr. ELISEI GARCIA, ORD. FRA-
trum Virg. de Monte Carmelo, S. T. in Valentina Academia Doctoris,
eiusdemque primum, deinde Methaphices professoris, ac Censoris
perpetui, eiusdem Ord. in Vrbe Ex- Assistantis Gener. pro-
natione Hispana, Aragonia Provincialis electi, Diffi-
nitoris Gener. Examin. Sinodalis, &c.

I Vssu per Illust. D. D. Hiacinthus Orti, Vtriusque Jur. Doct. Metro-
politanae Ecclesiae Valentinae Canonici, pro eius gravissimo Ca-
pitulo, Vicaris Generalis, & Officialis, &c. Attente perlustravi Li-
brum, cui titulus: *Interrogationes, & Responiones in Librum Gene-*
seos, &c. Sextum iam tomum auctore R. Adm. P. Christophoro
Berlanga, Societatis Iesu Theologo, &c. Censuram meam commissum
in quo nihil fidei orthodoxae aut Christianis moribus dissonum in-
venio, sed potius plura utilia. Docuit nos Christus Dominus sacros
pervolvere codices, scripturas perscrutari, quod author egregie in
suis per Genesim libris Duce praestat Alcuyno. Et enim quaesita haec
suo acumine discendi studium exitant: Responsum vero sua claritate
aeternae foelicitatis vias demonstrant: Et eorum author ad iustitiam
multos erudiens stellae munus in terra iam arripit. Idcirco ad praed-
icantium commodum, & omnium utilitatem, quibus, sua claritate,
& brevitate non parum inserviet; & ad authoris laudem in dies au-
gendam typis mandari posse censeo. Salvo semper, &c. In hoc Re-
gio Carmelitarum Conventu Valentino die 25. Martij 1715.

Fr. Eliseus Garcia.

Imprimatur:
Doct. Orti, Vic. Gen.

CENSURA R. P. M. Fr. FRANCISCI MONSEÑ, EX CARME-
litana Familia, Philosophiæ quondam Professoris, Sacre Theolog.
Magist. & in Conventu Valent. semel, & iterum Prioris.

EX commissione Illust. D. D. Sancho Barnuevo, Catholicæ
Majestatis in Regio Valentia Senatu Consiliarij, Calatravensi
ræflera insigniti, legi librum cui titulus est: Interrogationes, & Res-
pnsiones in Librum Geneleos sextum, à R. A. P. Christophoro
Berlanga, Soc. Iesu sacrarum litterarum interprete conscriptum; ni-
hil in eo reperi, quod orthodoxæ fidei, bonis moribus, aut regalibus
iuribus, & legibus contradicat: Imo opus totum doctrinam conti-
net sanam, & omnibus statibus proficuum, alijsque eiusdem autho-
ris operibus, quæ cum plausu, & acceptatione præ manibus habent-
ur, consonat omnino. Qua propter censeo facultatem mereri, vt
typis mandetur. Salva semper, &c. In hoc Carmelitarum Conventu
Valentino die 28. Octobris 1714.

Fr. Franciscus Monseñ.

Vsus commissione, mihi ad hoc iniuncta, facultatem con-
cedo, vt supra dictus liber imprimatur. Dat. Valentia die
7. Nobembr. 1714.

D. Sanch. Barnuevo.

FACULTAS RELIGIONIS.

EGO Antonius Rius Soc. Iesu V. Præpositus Provincialis Pro-
vintia Aragonia, potestate ad id mihi facta à R. A. P. Mi-
chaeli Angelo Tamburini eiusdem Societ. Iesu Præposito
Generali facultatem concedo, vt opus, quod inscribitur *Interroga-
tiones, & Responiones*, seu, *Questiones in Librum Geneleos*, quas
iuxta Methodum Alcuini profecutus est P. Christophorus Berlanga
è nostra Societ. quod gravium Societatis Theologorum iudicio
probatum est, typis mandetur. In cuius fidem has Litteras manu
nostra subscriptas, Sigilloque nostro munitas dedimus Cæsaragusta,
die 18. Julij 1714.

Antonius Rius.

INTER,

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRUM GENESEOS,

CAP. XXXVII. VERS. I.

HABITAVIT AVTEM IACOB IN TERRA CHANAAN, in qua pater suus peregrinatus est.

Verf. II. ET HÆ SVNT GENERATIONES EIVS: Ioseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer: & erat cum filijs Balæ & Zelfhæ vxorum patris sui & accusavitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.

V E R S I O N E S.

EP. *Habitabit autem Iacob in terra ubi coluerat pater eius in terra Chanaan. Detulerunt autem Ioseph crimine malo ad Israel patrem ipsorum. Cum esset Ioseph decem, & septem annorum.*

Pag. *In terra habitationis patris sui. Et retulit Ioseph accusationem eorum malam ad patrem suum.*

Oleast. *Deduxit oblocutionem eorum malam patri.*

Arias. *Infamiam eorum malam.*

Cald. Onch. *Sermonem eorum malum apud patrem ipsorum:*

Peluf. *Factum est vt pessimam in eum vituperationem commenti sunt.*

Cald. Iona. *Erat decem, & septem annorum quando pascebat oves.*

2 GENES. CAP XXXVII. VERS. VSQ. II.

S. Ambros. *Attulit Ioseph vituperium malum adversus eos*
sic Aquila Symm. & Syrus.

1 Iustorum habitatio. Cur *Habitavit Iacob in terra Chanaan?* Vt videas discrimen iusti, & iniusti, non in opere tantum; sed etiam in incolatu, & habitatione. Esau in Montem Scir, idest Edom, accessit, ita amœnitate loci captus, vt non montem adiisse; sed in montem transiisse videatur. Ideoque scriptura non tam Esau appellet, quam Edom. *Esau, ipse est Edom* 36. 1. Non ita Iacob adhæsit Chanaan, vt ideo Chananæus appelletur. Vtuntur iusti hoc mundo, tamquam non vtantur. Degunt in vrbibus; sed solo corpore.

2 Mundi cõtemptus. Cur *habitavit vbi peregrinatus est Iacob?* Nimirum, etiam iusti, si diu commorentur in loco, non peregrinantur; sed habitant. Raro diurnitas incolatus non captivat mentem in amorem sui. Initio peregrinamur, tum habitamus, demum infigimur.

3 Habitatio longa in vno loco. Cur terra habitationis Iacob Chanaan nomen retinet ab improbo Channan filio Cham, non vero ab Abraham, Isaac, & Iacob, qui eam incoluere, coluere, & sanctificare? Nimirum, vt testa odorem servat; quo recens imbuta est; ita cor, vt terra, infantia suæ vitij adhærescit, quamvis virtutes supervenerint. Cave ne primus Chanaan pectus tuum infideat: frustra enim adventu Abrahæ nomen, omenque immutandum speras.

4 Infructio prima difficile deletur. Cur *Iacob habitaverit Chanaan?* Responſionem tradit scriptura: *In qua pater suus peregrinatus est.* Placuit regio Patriarchæ, non amplitudine, non fertilitate; sed quia à Patre delecta est. Quam sapienter Avis, Atavisque Hæredes insistimus: vox scripturæ est: *Neque enim melior sum, quam Patres mei.* 3. Reg. 18. 3. Et Prober. 22. 19. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.* Sufficit Israeli, pro firmanda sede, quod terra peregrinationis Parentis sit; vbi ille commoratus est, ille habitavit.

5 Maiores ſecuti. Nobis vero, quidquid maioribus placuit, displicet, alias placiturum, si ipsis non sapuisset. Duces innumeros habuit Israel: legislatorem vnum, nos tot Moses habemus, quot superiores. Mira in vnoquoque superiore prurigo condendi tabulas, & frangendi, quin populus delinquat, antiquas. Vi-

deas non raro Monachos cellulas, quas antiqui Patres coluerunt, & sanctificarunt, suæ, non religioni; sed commoditati angustas, mutare, dilatare, & exornare, non vt sanctius; sed vt commodius, & sumptuosius in illis degant.

Religiosa habitatio non sumptuosa.

8

Cur hic etiam Iacob, id est luctator, dicitur: cum impostum ei sit nomen Israel, id est videns Deum? Quia dives erat valde, vbi multæ divitiæ, ibi rara aut nulla Dei visio; & rixæ, luctæque frequentissimæ.

Dives Dei visio caret.

Cur Iacobo, firmanti sibi incolatum, Deus non apparet? Apparet proficiscenti in Mesopotamiam; obviant Angeli in regressu; transmissio vado, resistit illi Angelus luctaturus; castra moventi loquitur Deus; ædificato altari magna promittit. Nunc vero, cum devenit ad terram promissionis, Deus nec apparet, nec videtur? Nimirum abcessit Esau. Emolumentum, quod trahere poterat, videndo Deum, consequi potuit non videndo impium. Et sane tantum utilitatis nobis iniqui pariunt recedendo; quantum, accedendo adferre poterunt Angeli Dei.

9 Scandalosi vitandi.

Dices: progrediens Iacob in Mesopotamiam Deum vidit seiunctus ab Esau. Ibi enim caruit Esau, nec caruit Deo. Qua propter dixerim: sepultum nuper à Iacob Patrem, eius horrore cadaveris, tantam in corde filij peperisse sanctimoniam, quantam Deus apparendo in eius mentem protulisset. Squalor defuncti parentis non invalidior ad serendam disciplinam est, quam fulgor radiantis Dei.

10 Mortis memoria tamquam visio Dei.

Magdalena Dominum in sepulchro non vidit; sed procul, quia in sepulchro vices Dei abunde agat mortis, funerisque recordatio. Sed cur sub hortulani Iesus specie post apparet lachrymanti, non decorus gloria; sed panno sub rusticus? Quia, nimirum, calebat optime in mortis regia Deum diligi posse, vel pannosum. Ergo Patris funere satis superque confirmatus Iacob, novo Dei alloquio roborari necesse non habuit, Dei vices suppletente sepulchro.

11 Sepulchræ vices visionis Dei gerit.

Vel dic: occultum filiorum Balæ, & Zelphæ scelus pessimum in domo Iacob erat, quod nondum notarat Ioseph, nec Patri retexerat. Secretum ergo flagitium, quod familiariter irreperat, præsentiam Dei, & visionem retardavit. Quapropter curandum ne quid domi occulte fiat, idque criminoso-

12 Secretum scelus familiaritatem damnat.

sum, ne munificentiam Dei impediatur.

13
Correctio
peccati
amissa ple
& datur.

Aliam etiam crediderim causam absentiae Dei. Peccaverat Ruben, & Iacob conticuerat, nec filium ob tam immane flagitium plectit, aut redarguit: statim profectus est in Hebron, quamvis patris obitu moestior, & exilio fratris sanctior videri posset, & aptissimus visioni Domini; ea tamen merito fraudatus est, quod peccantem Primogenitum non arguisset.

14
Patres non
corrigeſ
caſtigandi

At, peccavere Simeon, & Levi, devastata Salem, & interfectis dolo civibus, & tamen Deus apparet. Quare ergo lasciviente Rubeno Dominus visionem retrahit; sciantibus Simeon, & Levi, Iacob cum Deo colloquitur? Quia ibi, qui peccarant dure à Patre correcti sunt: *Turbastis me, & odiosum fecistis me Chanaanais*. Gen. 34.31. Hic vero, quamvis crimen sit levius, silentio tamen involutum, non increpatione damnatum. Ergo non immanitas criminum, sed impunitas inter vultum Dei, & nos parietem interponit. Discant Parentes luituri hanc degenerem pietatem, iactura, & absentia divini vultus, qua, apud reos in gehenna, nulla gravior poena est.

15
Filius
vnus si iu-
stus totus
generatio-
nis honor.

Cur *Hæ sunt generationes eius*, id est Iacob, præcipue cum tantum agatur de vno filio Ioseph? Resp. Caiet. Hoc non referendum esse ad proxime sequentia; sed ad longe post memoranda, vt Cap. 46. Sed Rupertus *lib. 8. in Gen. cap. 18.* ad proxima referens ait: Duodecim filios habuit Iacob; sed in vno Ioseph suam generationem, id est suam, vel paternam similitudinis effudit pulchritudinem. Quasi dicat: vnus Ioseph tota Iacobi generatio est: in solo enim filio factis eximio patris nobilitas fulget, & extenditur progenies.

16
Zelus iusti-
tiae, & vir-
tutis in
puero.

Cur *Ioseph cum sedecim esset annorum*? Cur scilicet adnotantur anni Ioseph? Vt agnoscamus in illa puerili, & tenera ætate, tantam acquisivisse Iustitiam, & viræ perfectionem, vt crimina fratrum detestatus, ad patrem detulerit corrigenda. Hoc enim, ait Rupertus, puer non fecisset, si puritatis amorem, zelumque iustitiæ tunc non haberet. Quod quidem in puero, vel adolescente, vt maxime laudandum; ita rarum, mirumque est.

Exprimi à Mose videntur Iosephi anni, vt cognoscere-

tur quantas, & qua ætate, calamitates, & arumnas cum infracta constantia, per longum tempus, nempe quatuordecim annorum pertulit. Vel, vt censet S. Chrisof. per hæc: Vt scias ætatem adolescentiæ non esse virtutis impedimentum, & pueri erga patrem obedientiam, & in fratres benevolentiam.

Cur Sep. & Cald. Ion. legunt: *Erat decem, & septem annorum?* Quia decem, & sex compleverat, incepto nec finito anno decimoseptimo Nihil enim incompletum, aut imperfectum apud Deum numeratur, aut recensetur.

Cur *pascibat gregem?* Quia voluit Iacob dilectum filium à teneris annis operibus, & labore exerceri, maluitque charioris filij præ cæteris contubernio, & societate, qua iucundabatur, carere, quam desiderem, & otiosum inter paternas delicias inertem, & otiosam vitam ducere.

Cur *adhuc puer?* Vt cum legas tot virtutibus ornatum, scias has in pueritia animo seminasse, ideoque post, toto vitæ decursu, retinuisse. Difficile deletur, quod teneris annis infigitur. Pererius respond. Vt noscas neque iocis, ludis, & delectamentis puerilibus, aliorum more, deditus fuit: sed duram, & laboriosam, & in pastoralis arte, honesta simul, & vtili, primam suam ætatem exegit.

Cur *pascibat gregem adhuc puer*, si fratres erant, qui pascerent? Vt fratres coadiuaret. Indecorum duxit, & turpe otari, & ludis, aut oblectamentis puerilibus diverti, laborantibus alijs. Qua fronte filius impius divagatur desudantibus ad eius alimoniam parentibus, quandoque senioribus, & annosis? Quo ore ludit Monachus, seu in cella quiescit, dum alij religionis ministerijs incessanter fatigantur?

Cur *erat cum filijs Bella, & Zelphæ?* Quia filij Liæ, vt pote ex libera, & præcipua coniuge, dedignabantur cum filijs ancillarum agere. At Iosephi generosus plane animus despectos fratres amplectitur, & humilioribus se familiariter adiungit, & consociat. Arrogantiam castigans eorum, qui cæteros de populo, sibi inæquales, renuunt, & colloquia, & salutationes recusant. Sed audiendus Lyræ. Sic loquutus filij Liæ despiciabant alios, & reputabant eos quasi seruos, & ideo Ioseph, qui erat de principali vxore, faciebat eis so-

17

Patientia
longo tem-
pore de-
ta.

18

Incomple-
tū imper-
fectum.

19

Otiū exo-
sum anti-
quis.

20

Pueritia
applican-
da labori-

21

Otari alijs
laboranti-
bus foedū

22

Colloquia
cum humi-
libus.

cietatem, ad eorum consolationem. Addit Carthus. Dici potest, quod ex pietate, & humilitate hoc fecit.

23
Fraternitas
vera vita
fratrum
damnata.

Cur *accusavit fratres suos*, qui ita erat pius, & benevolus in suos fratres? Quia vere frater erat & fratrum amator, quo eos magis diligebat, eo magis eorum vitia detestabatur, magisque ab eis flagitia exulare satagebat.

24
Crime
fratrum
Ioseph,
quale.

Sed quodnam istud crimen pessimum, de quo accusavit fratres? Theodoretus in catena significat non accusasse Ioseph de vno aliquo crimine fratres suos; sed vniversim indicasse eos fuisse improbos moribus, & flagitiosa vita, & immodeste agere. Rupertus autoritate aliorum affirmat: fuisse vitium nefandum. Verum incredibile est filios Iacob tanto crimine contaminatos, præsertim cum pene recens memoria esset exitij sodomitarum.

25
Accusans
exosus.

Glosa interpretatur, crimen de quo accusavit Ioseph fuisse incertum Ruben, sed tamen refelli potest, quia non vnum; sed plures, & plurium fratrum flagitium accusavit. Deinde Ruben nitebatur Ioseph eruere de manibus aliorum, quod non fecisset, si accusatus apud Patrem à Ioseph fuisset.

26
Omnium
fratrum
excrucians
crabile.

Eadem Glosa addit: fuisse bestialem concubitus, & commixtionem cum iumentis, quod refert S. Thomàs 2. 2. *quest. 154. art. 12.* Non tam suam sententiam proferens, quam citans verba Glosæ. Quæ etiam addit accusatos fratres de disidijs, iurgijs, & rixis inter se, despicientibus filijs Liæ cæteros ancillarum filios, quod vitium pessimum est; quia sicut fraterna charitas, ait Lyra, quid optimum dicitur, è contrario, odium fraternum crimen pessimum vocatur.

27
Murmura
tio de
Patre,
& su-
periore.

Oleaster crimen hoc sentit fuisse murmurationem contra patrem. Sic ait: Est ergo sensus, & deduxit obloquutionem eorum malam patri, idest, murmura, quibus de patre propter se, seu specialem amorem erga se, murmurabant. Ita ille. Crimen enim pessimum est tam sanctum Parentem à filijs, meliori fratri invidentibus, tam stulte detrahi, & de honestari.

28
Accusans
prius
monendus.

Cur Ioseph, antequam accusarit, non monuit peccantes? Resp. S. Thomàs 2. 2. *quest. 33. artic. 7. ad 2.* De Ioseph credendum est, quod fratres suos quandoque admonebat,

licet id non sit scriptum. Ita D. Thomàs. Monuit ergo, & male acceptus, & forte laceratus verberibus, vt evenire solet. Desperata eorum emendatione ad patrem flagitium detulit. Nec accusaret pius adolescens, & fratrum amator, si privata correctione à crimine desisterent.

Cur non detulit, se ab illis male acceptum, & impet-

29

Iniuriæ in se non ferendæ, sed tolerandæ

30

Zelus observantiæ.

tum? Quia non de iniuria propria querebatur: sed de pessimo crimine in legem perpetratum. Quam huic dissimiles ij, qui cum superioribus deferant quidquid in ipsos, etiam levissime, peccatur, gravissimis de criminibus in legem, nec verbum faciunt, stipulas sibi iniectas inflant in trabes, & clamantes passim ostentant, immittas in Deum, in templum, in fratres sagittas obnubilant, & dissimulant.

31

Superiores sine crimine sint.

Cur apud matrem fratres non accusavit? Forte filij erant Balæ, quæ adulterata cum Ruben, sibi similes filios genuit. Qua ergo ratione Mœcans mater filios posset in simili delicto coarguere. Quam oportet, vt Patres, & superiores innocentes sint, vt liberius possint, & sine rubore, subditorum flagitia corrigere. Criminosus enim, aut tolerat, & dissimulat, aut infructuose increpat crimina.

32

Crimina, ei qui corrigere debet, ferenda.

Cur apud Patrem? Prudentius accusare non potuit discretus Iuvenis crimen pessimum. Quod monens, emendare haud valuit; non apud vulgus, non inter familiam; sed apud Patrem, à quo corrigi, & emendari potuit, tantum detulit. Tam oculatus ad cognoscendum, quam elinguis ad evulgandum. Quam imprudenter agunt, ne dicam criminosæ, qui ita de flagitijs loquuntur, vt omnes prius resciant, quam superior, qui corrigere possit. Audiant S. Hier. in cap. 18. *Matth.* Multi studio boni nominis à flagitijs coercentur, qui si publicatis flagitijs infamatos se viderint, quasi rupto, & abiecto fræno, toto impetu irruunt in flagitia.

33

Discretus est filiorum.

dissimulant in filio.

34
Filiorum
crimina
dissimulā-
tur à pa-
rentibus.

Nec mireris, filij sunt. Nesciunt paterna viscera, in eos, quos genuerunt, insanire. Infandum incestum cum sorore Thamar commisit Davidis filius Amon. Quis à Rege, iustitiæ amante, supplicium non speret? Audi scripturam 2. Reg. 13. 21. *Contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amom filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.* Scilicet filius erat Primogenitus, & filiorum scelera nesciunt corrigere parentes.

35
Misericor-
dia Dei in
filios ado-
ptivos.

Dices filij Balæ, & Zelphæ, quos accusarat Ioseph, nec Primogeniti erant, nec ex principali vxore geniti. Ita, sed tamen filij. Ex benignitate, mansuetudine, & clementia, qua Deus toties loquendo Iacob vsus est, didicit hic misericordiam, & pietatem in filios. Et credes; & vereris, & times, Deum misericordiæ fortem, imo, & torrentem, pijsimum Patrem te adoptivum filium, post multa peccata reum, & poenitentem ad æternum ignem damnaturum?

36
Accusatio
examinan-
da.

Videor tamen prudentissimum Parentem non illico assentitum accusationi iunioris filij, quo vsque tanti criminis certior redderetur. Vnde Pater distulit, vsque ad maiorem discussionem, filiorum reprehensionem, & punitionem. Hic superiores, qui facile delatores credunt, & nulla facta inquisitione delicta gravissima facile credunt, & subditos quandoque innocentes castigant, & iniuste excoquant.

37
Pudor
acris casti-
gatio.

Aliter Resp. Mendoza in 1. Reg. cap. 6. 5. Credo, ait, quia ingenuos pueros illa suorum criminum ad patrem delatio, atque manifestatio, tanto pudore affecerat, vt bonus parens iudicaret, illos tanto pudore fatis, superque castigatos ob præteritam culpam; & eodem pudoris frano à futuris retrahendos. Firmat S. Greg. Nif. hom. 3. in Eccles. Pudor sequens debiti reprehensionem per se sufficit ad castigandum eum, qui peccat, ne rursus in similia incidat.

38
Initijs vi-
tiorum ob-
standum.

Cur fratrum crimina non dissimulavit Ioseph? Quia ab ipso correpti noluerunt tantum crimen respuere. Tum ne in fratribus, quos diligebat, vitia crescerent. Audi Regē Theodorici. apud Castan. lib. 5. Epis. 40. Pietatis, ait, genus est coercere infantiam criminis, ne iuvenescat augmentis.

Deinde non dissimulavit, ne ipse particeps criminis vi-
de-

deretur. En innocentij sententiam, *Cap. Error. distinc. 33.* Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas, cum non defenditur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis perturbare perverfos, nihil est aliud quam fovere. Neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori, cum possit, desinit obviare.

Cur Arias legit: *Detulit infamiam?* Quia ita peccarant fratres, vt infamati iam fuerant apud ceteros. Vnde nec dissimulavit crimen Ioseph, quod vulgatum, & publicum erat. Quomodo ergo ignorabat Iacob? *Resp. S. Hier. Ep. 48.* Solemus multa domus nostræ scire novissimi, ac liberorum, & coniugum vitia, vicinis cantantibus, ignorare. Ita ille. Hæc sane sæculi huius conditio, vt sæpe qui gubernant extremi notitiam habeant de erroribus filiorum, & subditorū.

Cur Sep. legunt: *Detulerunt autem Ioseph crimine malo ad Israel patrem ipsorum.* Sic Theod. Isidor. & *Christ. hom. 6.* Vnde fratres, sentiunt, accusare fratrem, vt falsa accusatione consortem facerent eiusdem, aut gravioris criminis. Hic improborum mos est, sua volunt tegi flagitia, flagitij aliorum. Num tu innocens, quia alius criminofus est? Sed quod flagitiorum impudentissimum, & detestandum est, cum falsa imponuntur, vt vera obnubilentur. Contra quos vehementer insurgit S. Chrisof. Mihi, inquit, cum impijs, & sceleratis est sermo, qui ex eo quod alios calumnijs incessunt, vitij opem ferre moliuntur. Ita ille. Sed præcipue in hos fratres sic increpans prosequitur; vide fratrum Ioseph malitiæ eminentiam: Patris charitatem perturbare tentabant, & quod non erat, fingunt contra fratrem: tantum malum perficientes solum, vt invidia sua expleri posset.

Vers. III. ISRAEL AVTEM DILIGEBAT IOSEPH
super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum: fecitque ei tunicam
polymitam.

Vers. IV. VIDENTES AVTEM FRATRES EIVS
quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant
eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.

39
Dicitur.
laus crimi
nosus est.

40
Dicitur ini
domus cri
mina sæpe
ignorant.

41
Crimina
imponun
tur ad de
lenda pro
ptia.

Crimina
singuntur.

V E R S I O N E S.

Sep. *Fecit ei tunicam variam.*

Oleast. *Fecit ei tunicam diversorum litiorum, seu colorum. Non poterant ei integre loqui.*

Arias. *Quia filius senectutum ipse ei, & fecit ei tunicam particularem.*

Cald. Honc. *Diligebat Iacob Iosephum, quoniam sapiens erat ei.*

Aquil. *Fecit ei tunicam talem.* Symm. *Manicatam.*

Targum Hieros. *Figuratam seu pictam.* Alij. *Discolorem.*

42
Amor spi-
ritualis.

Cur *Israel* hic dicitur, idest videns Deum? Resp. Men-
doza in 1. Reg. 1. 5. Quia sicut *Israel* fuit nomen inditum à
Deo, non ab homine, ita *Israelis* amor, quo præ cæteris di-
ligebat Ioseph, non humanus fuit: sed divinus, vt ab homi-
ne, qui se totum Deo contemplando impendebat. Vel dic:
Quia Iacob in filio virtutes, & animi dotes plus, & celebra-
bat, & diligebat. Qui sic filios amat videns Deum est.

43
Senes pue-
rulos
amant.

Cur *diligebat Ioseph super omnes filios suos*? Resp. Oleast.
Solent senes puerulis affici, & eorum verbis, ludis, & iocis
maxime delectari: tum quia eos semper ad manum habent,
vt huc, & illuc mittant: tum quia in illis videntur conserva-
ri, & celebrari longius memoriam.

44
Amor pro-
ximi ex
virtute.

Sed minor natu erat *Beniamin*, & tamen sic amari non
dicitur. Ita, sed in Ioseph, præter puerilem ætatem, virtutes,
quæ iam tunc micabant, summopere diligebat. Ita S. Am-
bros. cap. 2. de Ios. Iacob, ait, illum plus amabat, in quo ma-
iora virtutum insignia prævidebat. Præsius Theodoretus
quæst. 93. Diligebatur, ait, Ioseph à Patre, tum vt sero ge-
nitus; tum vt *Rachelis* filius; tum etiam vt eximia virtute
præditus.

45
Modestia
nos Deo
proximat.

Diligebat Ioseph: Quia probus, ait Lipp. & modestus,
quasi modestia fuerit totum probitatis complementum, quæ
Deum ad nos approximât. *Modestia vestra nota sit omnibus
hominibus*, aiebat Apof. ad Phil. 4. 3. *Dominus prope est*. Id
est, addit Cornelius à Lap. Christus appropinquat, vt conf-
piciat, succurrat, & adiuvet nostram patientiam, & mode-
stiam. Hinc Iacob diligebat Ioseph, ait Richardus apud Bar-

radas: Modestia, & verecundia homines omnibus commendabiles reddit, & amabiles efficit.

Cur Cald. legit: *Israel autem diligebat Ioseph, eo quod esset filius sapiens tibi?* Quia sapiens erat Ioseph, & sibi, & suis, ita vt Pater in eius amorem raperetur. Et quid mirum cum ipse Deus solos bene sapientes amet, dicente scriptura Sap. 7. 28. *Neminem igitur diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia habitat.* Inter alios, Angelum vidit Ioan. Apoc. 10. 1. *Amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius sicut sol.* Quinque viderat, nulliusque faciem nisi istius æmulam solis prædicavit. Sed adverte quod ad notavit: *Et habebat in manu sua libellum apertum.* Studij, scilicet, & sapientiæ testimonium præferens inter angelicos splendores tanto fulgentior prædicatur, quanto inter sidera sol distinguitur.

Cur Arias ex Heb. legit: *Quia filius senectutem ipse est?* Horum verborum sensum ita exponit Burgen. Eo quod esset senili prudentia, & maturitate præditus; tantopere eum diligebat pater. Ita ille. Sic Ioseph in pueritia prævenit ætatem, vt senex tunc moribus appareret. Vnde S. Ambros. in illa verba Pl. 118. *Præveni in maturitate.* Serm. 19. ait: Præcurrit ætatis maturitatem quisquis in adolescentia positus senilem gravitatem induit, & iuveniles annos veterana quadam continentia regit. Ita ille. In hac virtute Ioseph ceteros præexcelluit. Nam, vt vnus ex septem sapientibus Bion scripsit; tantum ab alijs virtutibus distat prudentia, quantum distat visus ab alijs sensibus.

Merito ergo Ioseph ex prudentia diligitur, & commendatur, in tam puerili ætate. Claudicarent, enim cæteræ sine prudentia virtutes. Discretio, ait Petrus Raven. modum imponit, sine quo, virtutes sunt vitia. Mirabantur audientes Iesum duodennem; sed qua de re? Luc. 2. 47. *Stupebant autem super prudentia, & responsis eius.* Hinc scriptura damnat senes imprudentes. Eccles. 25. 3. *Tres species odit anima mea pauperem superbum: divitem mendacem: & senem fatuum, & insensatum.* Res probrosa, & monstrum est, addit hic Cornelius, senex insipiens, & fatuus. Tandem sic cecinit de prudentia iuvenalis

Nullum numen abest, si sit prudentia tecum.

Sed

46
Sapientes
amantur à
Deo.

47
Libri vol-
vendi
scholastici

48
Pueritia
prudentia
prædita.

49
Prudentia
excedens.

50
Virtutes
sine pru-
dentia ni-
hil sunt.

51
Mendaciū
odit Deus

52
Puer pru-
dens pro
pluribus
est.

Sed cur filius senectutum in plurali? Resdet Fernandus hic: Quasi in Ioseph non vna tantum; sed plures extiterint senectutes. Itaque plures in se puer gerebat senes. Quasi dicat: omnes virtutes, quibus plures senes florere solent, vnus hic puer eminenter continebat.

53
Amor ma-
le collatus

Cur eo quod in senectute genuisset illum? Ut videas male collatum, & directum amorem Patriarcharum. Grata est Abrahæ Agar; quia peperit. Grator est Esau Isaaco; quia venatur. Dilexit Israel Iosephi, non pudorem; sed nascendi tarditatem. Ita ne, cum in morem agri pleni estloruisset Ioseph, nihil habuit Pater, quo in amorem pueri raperetur, præter ortum filij cæteris tardiozem?

54
Amor
principum
male ex-
penditur.

Sic in aulis Principum expenditur amor. Diligitur ille ex fronte; ille ex garrulitate, sæpe genus; aliquando gibbus. Amatür scurra; quia procax. Placet Pygmæus; quia trahit distortum crus. Sapidior sane filiarum Ierusalem amor in David, quem redeuntem ex acie commendarunt, non specie vultus, non colore comarum, non flore iuventutis; sed Gigantis funere, & hostis decollati victoria.

55
Præmium
virtuosi
supplicii
est crimi-
nalis.

Cur fecit ei tunicam polymitam? Ut impudicos filios cafigaret. Nullo acerbiori poenarum genere torqueri possunt filij impudici à parente, quam si pudicum amet vehementius, & exquisitius exornet. Gravius torti sunt polymita Ioseph, quam si eos pater infodisset scrobi. Quam lene, quam vtile, acerbumque supplicium coram criminosis est, diligere, & excolere innocentem. Nolo obruas lascivum: Nolo ableges: Nolo increpes: Indue vestimentis gloriæ pudicum, & amplectere. Hac bombycea, vt aiunt, virga licet superioribus citra cruorem seuire in procaces, quibus nullum acrius supplicium, quam si palam diligantur probriores, & exornentur.

56
Præmium
pro meri-
tis.

Cur in tanto amoris excessu per sexdecim annos non fecit Iacob polymitam filio? Ne nobilitati amictu livor inter fratres exestuarèt, & incenderetur invidiæ flamma. Tunc vero exornavit dilectum, cum osorem criminum agnovit, & fratrum Zelatorem.

57
Amor li-
beralis.

Tunicam polymitam: Quia sterilis amor non est, si verus sit; prodigum potius dixeris, quam parcum. Carere oculis amorem credidit antiquitas; nemo carere manibus ad lar-
gien-

giendum credidit. Ionathas Davidem dilexit quasi animam suam. Quid inde? *Expoliavit se tunica, qua erat indutus, & dedit illam David, & reliqua vestimenta sua.* 1. Reg. 18. 4. Crevit liberalitas ad incrementum amoris.

Vnde Caiet. in 1. *Can. Ioan.* 3. 18. ait: Falsa est dilectio, quæ opere non comprobatur. Et expressius S. Greg. *lib. 21. mor. cap. 14.* Dilectio nostra semper exhibenda est, & veneratione sermonis, & ministerio largitatis. Tandem Æternus Pater filio, quem sibi dilectum identidem pronuntiavit, *omnia dedit in manus.* Ioan. 13. 3.

Tunicam polymitam: Eiusmodi vestis signum erat præcipui amoris Iacob erga Iosephum, ait Pererius. Antiquum parentibus est, vt clariori veste decorent filios, quos amant impensius. Sic inter fratres, quem videris splendidiore veste ornatum, tuus hic parentibus est Ioseph, præcipue dilectus. Quod protestata est Andromache in puellum Ascanium, cum togam tulit suis manibus fabricatam. *Æneid. 5.*

Accipe, & hoc manuum tibi, quæ monumenta mearum Sit, puer: & longum Andromache testentur amorem.

Cur pomposa, talari, picta, & discolori tunica induit Iacob modestum, & castum Ioseph, cum, teste Suetonio: vestis insignis, & mollis sit vexillum superbiæ, nidusque luxuriæ? Quia puerili ætate, in qua tale periculum non est, permitendum fuit. Deinde: Talis erat Ioseph, vt sic ornatus modestiam servaret; vbi cæteri evanescerent humilitatem coleret sub vexillo superbiæ; castitatem amplexus in nido luxuriæ: In cæteris consilium Dei est, quod exprimit Eccles. 11. 4. *in vestitu ne gloriaris unquam.* Non prohibet, explicat Hugo, vestes; sed gloriam vestium, & superfluitatem. Vestes pomposas mundus, cuius sunt, retinebit, allusione ista alios vanos seducturus. Ita ille. Cavere discant homines ab immoderato vestium cultu, audiantque S. Chrisof. *hom. 18. in Ep. ad Corinth.* Difficile, inquam; difficile, & fortasse impossibile, corpore ornato, simul ornari animam; sed necesse est alterum negligi. Oppugnat in natura, vt hæc simul stare possint.

Cur *polymitam*, seu vt Arias legit: *Diversorum litiorum, seu colorum*? Vt varietate colorum varias Iosephi represen-

58
Amor ex
operibus.

59
Filius ma-
gis dile-
ctus orna-
tus magis.

60
Vestis pô-
patica ni-
dus luxu-
riæ.

61
Vestis pô-
posa nimis
lædit.

62
Virrotes
Iosephi in
tunica.

taret Iacob, & commendaret virtutes, quæ interne fulgebant in filio. Sic Rupertus: Polymitam, id est, varietate distinctam vsque ad talos pertingentem, videlicet ob virtutum multiplicatam. Ita ille. S. Greg. *hom. 25. in Matth.* perseverantiam in eius longitudine cognoscit, dicens: Tunica quippe est vsque ad talum, est opus bonum vsque ad consummationem.

63
Guberna-
tor, & su-
perior sin-
gularis no-
lit.

Cur *videntes fratres eius, &c.* Quia rixas, & odium acerbissimum excitat inter fratres, & subditos, Pater, vel superior, qui exter nis demonstrationibus singularem in vnum demonstrat dilectionem, quæ plus nocet, si immoderata sit, quam noceret odium. Quare hortatur Abul. Pater, ait, vel Prælatus, qui à domo sua invidiam pulsare desiderat, etiam si aliquid specialius, & obnoxius diligit, nulli tamen specialis amoris demonstrat insignia, nisi cum rei, temporis, & loci necessitas requirat.

64
Invidia in
nocentes
insequi-
tur.

Cur *oderant eum*, qui eos in nihilo offenderat? Quia hæc odij ex invidia orti conditio, vt vel innocentem odio prosequatur. Pater, eiusque amor causa livoris fuit. In Patrem insurgere non audent; filium, qui sine crimine fuit, odio habuerunt gratis. Hæc inter alias quatuordecim, quas recenset hic Pererius, proprietates invidiæ est, quas scrutari non vacat.

65
Patri vul-
nerant qui
filium ode-
runt.

Vel dic: filium dilectum insimulant, innocentem licet, vt patrem vulnerent. Vulneratur cruentur Parens, vel superior, vel etiam Dominus, si filium, subditum, vel servum, quem vehementer amat, vulnerent, & insectentur æmuli. In Deum, qui eius munera non respexit, commotus, & iratus Cain fratrem pitum, & innocentem occidit, eo quod viderit specialiter dilectum à Deo. Hinc, qui Christum offendunt, Patrem æternum vulnerant.

66
Appretia-
tio virtuti-
bus emi-
tur.

Cur, aut qua ratione, *oderant eum*? Videlicet: *Videntes quod plus amaretur.* Non viderant laborem eius, applicationem, modestiam, pudorem, ceterasque virtutes, quibus se amabilem præ cæteris reddiderat, quas si specularentur, & imitarentur, amabiles, & ipsi Patri forent. Amatur ille à superiore; ad sublimiora assumitur. Scrutare qua ratione diligitur, & honoratur, eas excerce virtutes, quibus ille amabi-

litatem comparavit, vt etiam diligatis. Et audi S. Chrifof. Oportebat illos æmulari fratrem, & æmulari mores, vt fic, & ipfi Patrem fibi conciliarent.

Cur ergo nunc tantum excitatur odium? Ex tunica, qua indutus est Ioseph. Ex leuiffima caufa quandoque inter fratres incenditur odium. Ex fumo, qui ad modum virgulæ in cælum afcenderat, exarfit odium Caini, vſque ad interemptionem fratris. Vnde S. Ambrof. hic cap. 2. ait: Quid miraris, fi ſuper fundum, aut domum, oriuntur inter fratres iurgia? Quando propter tunicam, inter Iacob ſancti filios exarfit inuidia.

67
Inuidia ex
leui caufa
excitatur.

Cur tam acerbum inter fratres odium? Tum quia à dæmone inſitum, à quo vehementius inſuflatur, & incenditur. Id tenet S. Chryſoſt. ſer. 55. Sicut amor fraternitatis ex Deo eſt, ita odium ex diabolo. Qui odit fratrem homicida eſt.

68
Odiū fra-
ternum à
diabolo.

Tum quia ſicut nulla amicitia, vt loquitur Quintil. declam. 141. poteſt eſſe tam felix, vt imitetur fraternam; ita fraternæ contentiones, ait Ariſtot. *Polit. lib. 7.* acerbiffimæ ſunt. Vnde Petrarcha *Dialog. 85.* ait: Neſcio an fraterno vllus maior eſſe debeat amor, an vllus maius odium, & indignatio profundior. Hinc ofores fratrum belluæ dicuntur. Tom. 3. num. 72. eadem, qua ſerpente, maledictione puniuntur. Tom. 2. num. 304. Adde illud Cantic. 1. 5. *Filij matris meæ, pugnaverunt contra me.* Vbi fratres iam non appellat.

69
Fraternum
odium ter-
ribile.

Cur *Nec poterant ei quidquam pacifice loqui?* Quia internum odium haud celari poteſt, quin externe cognoſcatur, & ſenſus immuter. Sic acute Abulenſ. Ira enim, & odium vultu valde manifeſtatur: cum inimicitia cordis, aut odium fervet, oculi turbati ſunt, & inſtabiles; nec recte, quem deteſtamur, intuemur. Sic Iacob *animadvertit faciem Laban, quod non eſſet ſicut heri, & nudius tertius.* Gen. 31. 4. Vnde bene Ovidius 2. *Metamor.* decantavit.

70
Odiū vultu
manife-
ſtatur.

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.

Cur *non poterant?* Quasi libertatem adimat ad pacifice loquendum, vel cum fratribus, inuidiæ livor. Hinc S. Chriſtoſ. Sic loquitur: Quia affectio dominabatur eis, & inuidia quotidie creſcebat, quasi captivi facti, & tyrannidem huius

71
Inuidia li-
bertatem
adiimit,

male ferentes, nihil pacifice loqui poterant.

72
Invidia
nullum ar
tendit res
pectum.

Cur filij Balæ, & Zelphæ, quibus solus Ioseph amicissimus comes erat, à cæteris despecti, odium sulcitant in se amantem Ioseph? Quia invidia ita atrox est, & cæca, vt nullum attendat obsequium, nullum observet respectum. Imo pro bonis mala reddat. Id observavit Abulenti. Tantus, ait, est invidia livor, tantusque odij rancor, vt filij ancillarum, quibus paulo ante Ioseph contra cæteros fratres suos præsidium fecerat, & familiaris extiterat, mortem eius desiderarent.

73
Peccare
in presen
tia Dei.

Cur fratres Ioseph nusquam deinceps pessimo crimine foedati describuntur? Noverunt Patrem rescivisse, nec eos excoriatse, nec dilaniasse; quod satis fuit vt à scelere illico recessissent. Scit Pater, nec vulnerat, satis est vt filij, si vere filij sint, ita respiscant, vt nunquam maculentur. Memineris oportet Deum optimum Patrem tua crimina scire, & speculari delicta, nec tamen sua iustitia vsus, te in baratrum detruderit, si bonus filius sis, hæc in te miseratio à peccando retrahat, frænet à crimine.

74
Correctio
mittis.

Deinde pudicum fratrem viderant, & à patre plus dilectum, & polymita ornatum, qua suo se crimine indigni reddiderant. Suavis hæc, & mitis correctio, & honor pudici, & emendatio delinquentium fuit, quæ fortius compedibus, & flagris, teterrimum crimen à suis cordibus evulsit. Discant Præsules sic crimina emendare, vt sine cruentationibus, decorendo, & præmiando virtuosum, improbum ad bonam frugem reducant.

Vers. V. ACCIDIT QVOQVE VT VISVM SOMNIIUM referret fratribus suis: quæ causa maioris odij seminarium fuit.

Vers. VI. DIXITQVE AD EOS: AVDITE SOMNIIUM meum, quod vidi.

Vers. VII. PVTABAM NOS LIGARE MANIPVLOS in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.

VERSIONES.

Sep. *Et cum somniasset Ioseph somnium nuntiavit illud fratribus suis. Et surrexit manipulus meus, & erexit se, conversi autem manipuli vestri adorabant manipulum meum.*

Cald. *Et ecce stabat manipulus meus, & etiam erigebatur. Et addiderunt amplius odio habere eum.*

Pag. *Et incurvabant se manipulo meo.*

Natab. *Et ecce erant in circuitu manipuli mei.*

Engub. *Circumvolvabantur manipuli vestri, & adorationem exprimebant.*

Cur accidit quoque? Quia non ex cogitata malitia, ut fratres, quos nondum invidos credebatur, stimulare Ioseph; sed quasi contingenter, ex simplici animo, & sincero pectore somnia narravit. Ergo ille, ait Philo *lib. de Ios.* innocenter, simplex non intelligens domesticas fratrum inimicitias, viso somno non irritato, ut amicis adaperit. Ita ille. Vnde in nullo peccasse Ioseph firmat Thomas Anglus. Cui subscribit S. Bern. *Grad. 1. de humilit.*

75
Innocentia
animi.

Cur ex accidenti, & simpliciter, narrata somnia notat Scriptura? Ut innuat quanti sit apud Deum sincerus animus, & simplicitas cordis, & sermonis. Sic populum suum instruxit Deus Deuter. 22. 11. *Non indueris vestimento, quod ex lana, linoque contextum est.* Quod Oleaster sic explicat: Voluit Deus nos simplices esse, & simpliciter apud proximos conversari.

76
Simplicitas
cordis.

Maxime Deo placuit Iob, cuius ea virtutis laudatio: *vir simplex, & rectus*, cap. 2. 3. Quod Sep. vertunt: *Erat homo verax.* Ut intelligamus simplicitatem, qua Deo placemus, & cum rectitudine iungi, & cum veracitate sociari; quasi simplex, rectus, & verax sit. *Defecit sanctus*, ait Pl. 11. 1. At ubi sanctitatis defectio, & exinanitio? *Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt.* Vbi enim non simplex, sed duplex est cor, sanctitas abest, & longe exulat. Vnde Hugo Car. Va, ait, duplici cordi, id est, illis, qui aliquid gestant in corde, aliud in ore, & opere.

77
Quantum
Deo placet.

Cordis dup-
plicitas.

Cur vidi somnium. Quodnam est somnium? Resp. Cor-

78
Somniorū
causā.

nel. Somnium hoc, vti eventus declaravit, non naturale fuit; sed à Deo immissum. Cæterum sex causas somniorum attingit S. Greg. in illud Iob. 7. 14. *Terrebus me per somnia, & per visiones horrore concuties.* Aliquando, inquit, veniunt somnia ex ventris plenitudine, aut ex inanitate, aut ex illusione, aut ex illusione simul, & cogitatione, aut ex revelatione, aliquando ex cogitatione simul, & revelatione.

79
Sōna non
facile cre-
denda.

Cur *audite somnium meum*? Cur scilicet narravit? Forte vt fratribus maioribus exponeret, eosque confuleret circa illud, in quo non facile credendum, nec illi assentiendum erat, nisi post examen, & discussionem. Deinde fratres, vt vere fratres, & amicos colebat, nondum suspicatus illorum in eum odium, & nescit vere frater, & amicus secretum celare, inò familiaritas ad aperiendum, & communicandum invitat. *Vos autem dixi amicos.* Ait Christus, Ioann. 15. 14. *Quia omnia que audivi à Patre meo nota feci vobis.* Demum sicut illa somnia fuerunt Iosepho divinitus iniecta, sic ad ea narranda divinitus motum, & incitatum credere fas est. Quod firmat Thomas Anglicus.

Amicitia.

80
Inviditor
quentur
bonis alio
rum.

Sed cur Deus incitaret Ioseph, vt somnia narraret? Vt invidios sic castigaret ominatione imperij. Favet Oleaster: Solet Dominus invidios torquere augendo bona eis, quibus invident, non sat fuit Deo Ioseph facere ampliore dilectione dignum; sed ostendit fratribus, fore eis præponendum in Regno.

81
Zelus vit-
tuosus præ-
miatur.

At quando vidit somnia ista fausta Ioseph? Postquam accusavit fratres de pessimo crimine. Tunc elevari cœpit, & patris polymita, & divinis arcanis, curvatis in obsequium eius, & arcę manipuli, & cœli astris. Vt enim Sacerdotium Phinees impiorum confossione consevit, ita Iosepho impiorum delatione imperium sibi demessuit. Usque adeo gratum Deo videtur impiorum exterminium:

82
Fratres se
invicem
iuvent.

Cur *Putabam nos ligare manipulos in agro*? Quia Ioseph; vel somnians fratres ligare manipulos, etiam se videt ligantem manipulum suum: non otiosum se somniat; sed laborantem, vel somniando fratres non deserit in labore, sed eos iuvare satagit. Quid ageret vigilans, qui dormiens ita suos comitari in labore contendit?

Cur quasi confurgere manipulum meum? Sep. leg. Surrexit manipulus. A quo adiutus; à quo adiuvatus surrexit? A nullo; sed à sua virtute elevatus est. Suis enim rempublicam promeritis debet quisque ad honoris culmen ascendere, non alienis, aut meritis, aut intercessionibus acquirere.

83

Merita propria elevent.

Cur Quasi confurgere? Quia vere non surgit qui elevatur; sed quasi confurgit. Non est proinde quod invidias ascendenti, quando non vere ascendit, sed quasi ascendit. An ascendisse tibi videtur Saul ex Agasone, seu Asinorum custode electus Princeps? Qui, si Patris oves pavisset, in glorius expirasset in senectute bona inter nepotes, & filios. E contrario raptus miser in solium diu pugnavit, raro vicit, cito desipuit, incubuit denique ense suo, amissio filio, regno, spiritu, &c, vt suspicari potest, Deo.

84

Imperium periculofu

Cur & stare? In Hebr. sic leg. Surrexit manipulus meus, & etiam stabat. Quia elevatus manipulus, imò, & adoratus, stetit immutatus, sicque etiam stabat. Vt condemnet eorum arrogantiam, qui, vt erectos se vident, blandioris fortunæ afflati aura illico superbiter demutantur. Pro magno posuit, quod, cum surrexisset, stetit. Confurgere, & stare perarum est. Quis enim surrexit, & stetit? Quis ad magna eventus non anhelavit ad summa? Omnis dignitas semen est ambitiosum amplioris dignitatis.

85

Elevatus elevari amplius ambit.

Cur elevatus supra cæteros se etiam manipulum dixit? Vt condemnet eos, qui ita dementantur, cum assumuntur erecti, vt iam non sibi homines; sed supra homines esse stultissime videantur. Falluntur sane, omnes manipuli sumus, & qui prostrant se, & qui eriguntur; & qui adorant, & qui adorantur, & quidem colligati vbi ignoratur vbertas; cum enim aream attigerint, & ventilabrum senserint, ille fellicior, qui grandiori, & locupletiori bonorum operum fructu redundabit.

86

Superbia.

87

Iudicium Dei.

Quasi confurgere manipulum meum, & stare: Somniasti pariter, & prophetasti. Somnium enim est, stare posse manipulum, tot inter inclinatos manipulos, tam similes genere dissimiles conditione. Quis enim patiatur, si se prostratum, & humi serpentem sentiat, spectare erectum, & elevatum illum, qui sibi similis est, & dotibus, & promeritis. Prophe-

88

Ambitio erectum aliam non patitur.

tæ vero est prospicere non vere surrexisse, sed quasi exurrexisse manipulum.

89
Rex, &
guberna-
tor non
excoriet.

Cur, cum filij Iacob non messorum; sed Pastores essent, fratris tamen Principatum, non in vellere, sed in manipulo obumbretur? Quia in manipulo, ut pote frumento dite, adumbratur qui annonam curat pro alendis, & conservandis subditis: In vellere, qui alios expoliat. Ille ergo vere Princeps est, qui messor est, & frumenti manipulos ad suos alendum, & conservandum ligat, & colligit; non qui quasi Pecuarius lac violenter fugat, & extrahat: & lana quos gubernat expoliet; qui subditos alendo servet, non qui exigendo, & rapiendo excoriet.

90
Regna à
Deo dan-
tur.

Sed aliter cum nostro Oliva logizandum censeo. Ut doceamur Regna, & imperia à Dei nutu pendere, non humano consilio possideri. Non quia ille gubernare studet, & dignitates ambitiose inquirat, capax effectus imperij, imperium inde possidebit, quod Deus manipulis destinavit. Geodeon, non pugnando, sed cribando, præfectus est cohortibus. David ex contempu fratrum, viam sibi stravit ad regnum. Moses, licet aliunde sapientia instructus, Principatum, non docendo, sed rusticando adeptus est. Elisæus arando Prophetiam sibi enatam gratulatur. Apostoli non volvendo libros, sed reficiendo retia Principes Ecclesiæ constituti, & Iudices duodecim tribus Israel. Matthæus ex telonio deferretur ad Evangelium. Saulus dum anhelat cædes ad Apostolatam festinat. Ut fateare necesse sit, non industriæ nostræ beneficio; sed Divinæ Providentiæ arcano stepra feri, & purpuræ texti.

Vers. VIII. RESPONDERUNT FRATRES EIVS:
Nunquid Rex noster eris, aut subijciemur ditioni tuæ?

Hæc ergo causa somniorum, atque sermonum, invidia, & odij fomitem ministravit.

Vers. IX. ALIUD QVOQUE VIDIT SOMNIVM, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & Stellas undecim adorare me.

V B R S I O N E S.

SEp. Nunquid regnans regnabis super nos? Adijcerunt ad-
huc odio habere illum propter somnia eius, & propter ver-
ba eius. Patri, & fratribus suis dixit: Ecce somniavi somniū
aliud tamquam sol, & luna, & undecim stella adorabant me.
Pag Ecce somniavi somnium, & ecce sol, & luna, & unde-
cim stella incurvabant se mihi.

Cur Nunquid Rex noster eris? Superbi erant filij Ancilla-
rum, & Iosephum superbe sapere fingunt, & imperium, &
dominationem in eos somniare credunt, & ad dominatio-
nem aspirare. Vnde bene scribit Seneca: Hoc habet omnis
affectus, vt in quo ipse insanit, in idem putet ceteros insani-
re. Sed expressius S. Nazianz. Callidi, & astuti homines fa-
cile adducuntur, vt vitia, quibus tenentur, de alijs partim
suspicentur, partim loquantur.

91
Natura ex
nostra
alios fingi
mus.

Nec omittenda sententia Carthuf. Impij æque, & calli-
di ita facile de alijs sentiunt, dicunt, & iudicant, qualiter ipsi
in semetipsis dispositi sunt. Et S. Chrisof. Omnis homo ex se
æstimat alium; fornicarius neminem putat castum: castus de
fornicario non facile suspicatur; superbus nullum putat hu-
mitem; humilis nullum putat esse superbum.

92
Impij im-
pios ceter-
ros cogi-
tant.

Nunquid Rex noster eris? Sic explicat Abul. Quasi eum
mentiri, & fingere somnia. Ita ille. Quasi ex arrogantia som-
nij mendax, ac proinde indignus Regno vincatur. Quem
enim mendacij labe inquinatum senseris, non Regno tan-
tum; sed nobilitatis gloria expoliatum, & in miseram servi
conditionem deductum existimes, dicente scriptura, Prover.
17. 7. Non decet Principem labium mentiens. Addo Aristo.
dicentem: Mendacium est seruitium.

93
Mendax
indignus
regno.

Adeo Regni incapax est qui mentitur, vt plusquam infam-
ia furis afficiatur, dicente scriptura; Ecclef. 20. 27. Potior
est fur quam assiduitas viri mendacis. Quod expendens Eu-
rthym. ait: Furi præter opes, cætera fidere potest; mendaci
nihil. Vnde Deus iniquos odit, at non destruit; mendaces
vero perdit sic Ps. 9. 6. Odisti omnes qui operantur iniquita-
tem. p rdes omnes qui loquuntur mendacium. Limitat Belar-

94
Mendaces
infidi, & à
Deo de-
struuntur.

minus dicens : quod de pernicioso intelligitur.

95 Frater fratrem odit exaltatum
Nunquid Rex. nosser eris? Regem futurum, aut putant, aut non putant? Si evehendum existimant, quare oderunt? Si censent exaltandum, quare non captant gratiam regnaturi? Quia nihil acerbius fratribus annuntiari potuit, quam destinatum imperio Iosephum. Cur? Fratres erant. Livore adeo ij, quos arctius natura consociavit, dissolvuntur, ut quæ gratissima servis, & domesticis forent, amarissima habeantur fratribus.

96 Invidi omnia sibi in malum vertunt.
 Cur *subijciemur dictioni tue?* Cur sibi subiectionem ominantur, cum potius à benevolo fratre possent exaltationem, & dominatum expectare? Resp. Oleast. Quia omnia interpretatur invidia in malum suum. Ita ille. Id enim invidiosus habet, quod malum sibi obventurum ex aliena fortuna suspicetur. Quod expressit S. Chris. *hom. 41. in Matth.* Alienas iacturas, ait, suos quæstus existimat invidus, & aliorum felicitatem suam miseriam arbitratur.

97 Beneficia Dei occultanda.
 Cur *Hæc ergo causa somniorum invidia, & odij fomitem ministravit?* Quia non ministraret, si Ioseph tacuisset, tamquam hortetur scriptura: præstare divina beneficia, & arcana cordis, quibuslibet, impijs præcipue, manifestare. Timenti Achaz ortum bellum adest *Isaias 7. 4.* dicens: *Vide ut sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet.* Quasi dicat: tutus eris, si arcana sileas.

98 Dites facilius invidentur.
Hæc ergo causa. At quæ? Manipulum viderant vberior, & ditior, fingebant Ioseph. Et locupletior facilius, & promptius invidia impetitur. Audi S. Cyprian. Acrius divitibus quam pauperibus invidetur; & non inopes; sed locupletes in quietat infestatio sæva bonorum. Laconice S. Nazianz. ait: præstantissimos quosque viros Momus attingit.

99 Da, si adorari vis.
 100 Regnabis, si paveris.
 Cur ergo Sol, Luna, & Stellæ adorant, quem invidi oderunt? Ex dite manipulo suos locupletandos sperarunt. Ut scias ipsa reipublicæ lumina, & si tibi invisæ, in obsequium tuum inclinanda, si eorum horrea à te coacerbari cogitent. Si se sciant, vrbes, populosque annonæ inopia sublevandos, vel exterum adorabunt, fratresque tui servi tui erunt vel invidi. Regnabis, si paveris. Christum designavere Regem: *Venturi essent ut raperent eum, & facerent eum Regem.* Ioan.

6. 15. Non cum paralifim compreflerat, & fatanam subegerat, & mortuos revocaflet ad vitam; fed cum turbam portentofa annonæ exundantia fatiaffet.

Cur, qui in terra adorant, manipuli funt, & iacent; poſtea vero ſidera funt verſis ariſtis in radios? Quia qui in terra adorant terram ſapiunt, humi ſerpunt proſtrati, & deiecti; in cœlo vero non effulget qui imperat; ſed qui incurbatur, & humiliatur. Angeli in cœlo ſubiecti inter ſidera collocantur, imo, & aſtra funt matutina. Lucifer cum ſequacibus, qui mane ſurgebat, dum adorationem ambit, & ſublimitatem, ex ſidere in cometem converſus tenebris obrutus foeditatis, vt fulmen deiicitur in baratrum.

101
Adorâdus
Deus, non
homo.

Cur qui adorant Sol, Luna, & ſidera funt; Ioseph vero nec ſidus eſt? Vt denotetur præ humilitate adorantes, ſequere vel homini ſubijcientes, adorato fulgentiores, in aſtra commutari. Qui vero imperat, & adoratur homo eſt, nec ſtellaræ comparatus. Malo ergo adorare, quam adorari; imperari, quam imperare. Qui enim humiliter adorat, & ſubijcitur ſidus eſt; qui imperat, & adoratur homo manet. Ideo S.P.N. Ignatius hortatur nos in Epif. de Obed. vt ſuperiorem non vt hominem contemplemur, vt ab eo, qui homo eſt, & homo dum imperat manet, adorationem abſtrahamus; ſed vt Deū, quem, licet aſtra ſubditi ſint, ſuprema, & fulgentiora cœlorum lumina venerantur.

102
Subijci
præſtat
quam im-
perare.

Cur, cum primum adorant fratres, manipuli funt, nec erecti; ſed proſtati; cum ſecundo adorant, ſidera funt in cœlum ſublimate? Quia hic aderat Pater, cuius ex directione obſequium præſtant, & adorationis cultum. Ergo Patris præſentia, & directio manipulos in ſidera commutavit. Ita vt, qui ſua ordinatione directi manipuli erant, nec à terra erigebantur, cum patris directione inſtruuntur, ſurgunt in cœlum, & fulgent vt aſtra.

103
Subditi
aſtra funt
ſi ſuperè
vt Deum
colant.

Deinde: cum manipulum manipuli adorant, eo forte quia vberiore viderant frumenti abundantia, à quo ſpectabant, & ipſi amplius ditari; cum rurfus adorant, eo tantum ducti vt humiliantur, & obſequium præſtent adorationis, & cultus. Si Deum cupiditate acquirendi temporalia venereris, manipulus humi iacens permanebis; ſi deſiderio colendi, hono-

104
Directio
ſpiritualis.

105
Adoratio
vera.

randique Deum lives, & adores, sidus eris refulgens in conspectu Dei.

Cur *vidi quasi Solem, & Lunam, & Stellis undecim adorare me?* Quia in Sole Pater; Mater in Luna, in Stellis fratres adumbrabantur, à quibus postea adoratus fuit, sed quomodo mater adorabat, quæ mortua erat, & etiam Lia? De Bala, & Zelpha vxoribus Iacob, non legitur quod adoraverint. Sed probabile est Balam adoravisse, quæ cum esset famula Rachelis, Iosephumque educasset, loco matris veniebat. Pererius sentit ad tantam dignitatem elevatum Ioseph, ut Patet, & Mater, si vixissent, eum adorassent. Aliqui dicunt: Rachelem adorasse Iosephum in coniuge Iacobo, cum vir, & vxor duo sint in carne vna. Alij adorasse in filio Benjamin, qui eam representabat.

Cur Mater, quæ mortua erat, adoratur, cum sufficerent Sol, & Stellæ in viventibus, & adorantibus patre, fratribusque? Ut non deficeret inter adorationes lubricitatis simulachrum. Mater mortua est, adsit etiam nihilominus inter adorantes, ut mortis imagine non evanescat adoratus.

Mater mortua est, adsit in Luna, ut in ea inconstantiam Ioseph speculetur eorum, qui nunc adorant, experturus cito irreverentiæ, & invidiæ venenum, quo eum, quem nunc adorant, expolient, ad mortem petant, tumulentur in cisterna, & pretio tradatur ut verna. Ergo Luna, quæ demortuam matrem proclinare regnatura non potuit, potuit fortis inconstantiam representare principanti. Adstat Luna, non ut Matris oscula designet; sed ut regni conversiones, & adorantium iras præsignet. Luna proinde ut mater recreet; sed quasi inconstantia simulacrum franget.

Cur Iosepho puerulo tanta revelantur? Pudicus ab infantia fuit, zelatorque puritatis fratrum, quos statim de pessimo crimine apud Patrem accusavit. Divinæ sane arcanorum mysteriorum revelationes puritati, & castitati debentur. En cur castissimo illi seni S. Philippo Nerio tot, vel interna cogitationum hominum revelantur, quia lilium castitatis ita ab incunabulis suo in pectore floruit; ita eius in corde pudicitia amor exarserit, ut impudicos sibi averfos ex odore dignosceret.

Vers.

106
Uxor in viro est, sicut in patribus.

107
Mortuus me moria in gubernantibus.

108
Inconstantia in imperio.

109
Casto revelantur arcana.

S. Philippus Nerius.

Vers. X. QVOD CVM PATRI SVO, ET FRATRI-
bus retulisset, increpavit eum Pater suus, & dixit: Quid
sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego
& mater tua, & fratres tui adorabimus
te super terram?

Vers. XI. INVIDEBANT EI IGITVR FRATRES SVI:
Pater vero rem tacitus considerabat.

VERSIONES.

SEp. *Et obiurgabat eum pater eius; quod somnium hoc quod somniasti? Nunquid veniemus ego, & mater tua, &c? Pater vero eius observabat verbum.*

Pag. *Vt incurvemus nos tibi super terram. Observabat rem.*
Ion. *Observabat verbum.*

Cur cum patri suo retulisset? Cur scilicet Patri retulit? Non ut laudes veneretur; sed ut visionis intelligentiam confunderet. Sic Ioseph *de Antiqui. lib. 2. cap. 2.* Quam visionem, ait, patris indicavit, & interpretari sibi quid vellet hoc signum poscebat. Prudentissimum quidem est in rebus dubijs, præsertim cælestibus, ab expertis consilium mutuare. Quod laudabile quidem est. Nam, ut ait Casiod. *lib. 1. Ep. 1.* Plurimum laudis iuvenes moribus applicant, quoties de negotiorum meritis ambigentes ad peritorum consilia decurrunt.

Cur, sicut nuper, solis fratribus non retulit? Quia iuvenes, & inexperti; & solum seniores, & experti ad iudicium de rebus sublimioribus, & difficillibus apti. Sedentem vidit Ioann. Apoc. 4. 2. Dominum. *Et ecce sedes posita erat in caelo, & supra sedem sedens.* Sed adnota, quod eundem Dominum viderat cap. 1. 14. canum: *Caput autem eius, & capilli erant candidi, tamquam lana alba, & tamquam nix.* Nimirum ait Viegas hic: Canus apparet cum iudicium refert, in quo necessaria est rerum cognitio, quæ per canitiem ostenditur.

Deinde: In fratribus, cum somnium retulit, invidiam, & secordiam prætulit. Inepti quidem sunt consiliarij malevoli. Audi S. Bernard. *Epis. 42. ad Henr. Archiepis. Omnes, ait, etiam inimici diligantur; sed ad consilium solum*

110

Consilium
in spiritua
libus exi
gendum.

111

Consilia
à seniori
bus.

112

Malevoli
inepti con
siliarij.

eligantur prudentes, & benevoli. Scias absque prudentia, & benevolentia non esse perfecta consilia.

113
Cōtinuus
in re pro-
pria malus

Cur retulit, & à se, qui prudens erat, & sui amicissimus, sibi que benevolus, consilium non arripuit. Quia licet prudens, & sciens nemo in re propria consiliarius sibi bonus est. Si te consultorem rebus tuis præficias, ait Plautus, ruinam tibi, rebusque tuis moliris. Ita ille. Dives ille, de quo Luc. 12, 17. *Cogitabat intra se dicens: quid faciam?* Hunc interrogat S. Basil. dicens: Ex te ipsum captas consilium? Plane imprudenti vteris consiliario. Et quid consilij cepit? *Destruam horrea mea.* Ad destructionem, & ruinam consilium eius tetendit. Ideo cecinit ille.

In re quisque sua fallitur, est que puer.

114
Invidiosè
perare de-
bemus.

Cur increpavit eum Pater? Ut fratres invidios quomodo-cumque temperaret, ne quid insanum in Ioseph tentarent. Audiendus S. Chrisof. Sciens, ait, pater quod fratres invidabant ei, propter hoc increpavit puerum, & dijudicavit etiam ipse somnium, & coniectans à Deo revelationem ei factam, observabat verbum.

115
Vanitas in
filijs vitan-
da.

Cur coniectans Pater à Deo revelationem, adhuc increpat? Ne puer vanitate ductus superbiret, aut ambitiosus redderetur. Sic loquutus Lipp. Deo totum commisit, nihil tamè interim omittens, quæ ut pater agere debebat, puerum reprehendit, quasi præsumptuosum ambientem imperium; nō solum in fratres; sed etiam in se. Ita ille. Addit Olear. Tenentur Parentes increpare in filijs ea, quæ ad eorum vanitatem pertinent.

116
Patris est
laudare,
& punire.

Cur ita increpat Pater filium nimis dilectum? Quia Parentum, & superiorum est filios laudare, si proficiant; increpare, si delinquant. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt*, aiebat David Ps. 22. 4. Virga percussus consolatur? Ita: Patris munus exercebat Dominus, & verbis eum leniebat, & increpationibus frænabat; tum ne deficeret; tum ne etiam evanesceret. Sic locutus S. Greg. *in pas. lib. 2. cap. 6.* Sit itaque amor; sed non emolliens, sit rigor; sed non exasperans, sit zelus; sed non immaniter sæviens, sit pietas; sed non plusquam expedit parcens.

Increpavit eum Pater: Ne, & ipse apud Deum argueretur.

tur. Arguuntur enim apud Deum Patres, & superiores, qui filios, & subditos vel leviter delinquentes non corrigunt. Iratus Dominus ait ad Moysen: *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulo.* Num. 25. 4. Populus deliquerat, & puniuntur Principes? Ita ait Orig. *Hom.* 20. in Num. Populus peccavit, & Principes ostentantur contra solem; non enim tantum pro suis arguuntur delictis, pro populo enim coguntur Principes reddere rationem.

117
Superior
corrigat
ne corrigan-
tur,

Cur increpavit Pater, quem vidit invisum fratribus, & à fideribus adoratum? Somnium vanum suspicatus est, pro incredibili ducens, adolescentem inexpertum, nec factis egregijs adhuc conspicuum, aut meritorum suffragijs commendatum ab astris adoratum iri. Hic ait Lyra: Ostendere voluit vanum esse somnium, & pro nihilo ducendum, ut pote quod impossibilia, & incredibilia contineret.

118
Gloria si-
ne merito
non datur

Increpavit Pater filium dilectum: Quia pater non minus misericors est dum increpat, & castigat. Cum Deus adoptat Salomonem in filium ita loquitur 2. Reg. 7. 14. *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium.* Et illo sic adoptato, sic prosequitur: *Qui si inique aliquid gesserit arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum; misericordiam autem meam non auferam ab eo.* Quasi misericorditer videatur se Pater gerere, cum punit, vel increpat.

119
Pater & que
pius dum
punit.

Cur Mater non increpat, quæ etiam adoratura prædicatur? Dices è vivis ereptam, quod Caietan. negat, sed hoc dato. Cur Bala, quæ loco matris successerat, non corripit? Fœmina erat, quæ cito somnijs credunt, & quasi veris illico assentiuntur; præsertim cum faustum aliquid, vel filijs auguratur imperium. Quid quod Mater indulgentior esse solet in filium etiam delinquentem.

120
Fœmina
somnia fa-
cite cre-
dunt.

Deinde, increpante Patre, & Mater videtur increpare cum eiusdem dictaminis, & sensus debeant esse vir, & vxor. Quod firmat S. Chrisof. Perpetuus, ait, scripturæ mos est à magis principali totum significare; quoniam igitur caput mulieris vir sit, cum adoraverit caput, manifestum est quod corpus totum caput sequatur.

121
Vir, &
vxor idem

Cur Num ego, & Mater tua, & fratres tui adorabimus te? Nequaquam adorabitis, nec tale somniavit Ioseph, scilicet, quod

122
Lucidiora
nostra fa-
cimas.

quod fui; sed quod se astra adorarent. Ita, sed Pater, qui somnia adhuc non crediderat, facile credidit se, & suos in astris representari. Quam facile credimus nos sicut caelestia lumina fulgere, & sidera esse, cum pulvis, & umbra simus. Quidquid lucidum, & illustre est, illico amplectimur, & de nobis concipimus, & credimus; si quid minus splendidum aut ignobile, nostræ miseriæ, & nostræ forte stirpis oblit, respuimus.

123
Correctio
sit rationa-
lis.

Deinde rationibus congruis vult Iacob suam apud filium obiurgationem firmare. Indiscreta enim est, & sine fructu, irrationalis increpatio. Quasi dicat: Non vides quam vanum sit somnium tuum? Quis credat me patrem sole significatum, & matrem tuam luna indicatam, te vnquam adoraturos? Quid innanius, & à veritate alienius, quam vt Rachel mater tua, iam sepulta, ab inferis excitetur, resumptoque corpore, te filium adoret? Sic firmata ratione increpatio plurimum adulescenti profuit. Vnde irrita est correptio ira, insultibus, & vocibus perstreptentibus excitata.

124
Invidi de-
structione
invisi soli-
citant.

Cur post increpationem, adhuc inuidebant ei fratres sui? Quia invidi ita frenetici sunt, & crudeles, vt non qualibet reprehensione, imo, & supplicio fatientur, nisi inuisum exoriatum vident, & iugulatum, & è medio sublatum. Non satis fuit invidis Sacerdotibus, & Phariseis, quod Christum aspicerent exanguem, flagellatum, illustum, & spinis coronatum, quia repetitis vocibus inclamarent crucifige: crucifige eum. Cur tanta in Sacerdotibus rabies? Cognovit ipse Præses, de quo S. Matth. cap. 27. 18. *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum.*

125
Adulato-
res detru-
dendi.

Cur Iosepho de suo somnio aliquid Pater faustum, aut saltem spem, non ominatus est? Ne filio blandiri videretur, & fallaciam potius, quæ timeri poterat, apperiret. Sunt assentatores, qui levi signo, splendida nobis annuntiant, venustatem, & excelsa merita representant, corruptiores sane vitro, quod nostram etiam fæditatem, maculas, & squalorem per specula representat. Protudantur ex ædibus, & cellulis nostris nequissimi assentatores. Apud apes ij principantur, qui mella compingunt, & pungere norunt. Apud nos, is Princeps amicorum sit, qui aculeo raro abstinet, & rarius

conficit mel. Iacob est, qui de sideribus vaticinantem Ioseph non palpat, sed obiurgat.

Cur Iacob filium supra cæteros evolantem non admonet de periculo? Evolvit Icarus, & solutis alis in ægæum demergitur. Evolvit Simon, & à Petro crura diffringuntur. Evolvit ad summum dignitatis fastigium Aman, & laqueo suffocatur; raris in altum evehitur, quin detrudatur. Ita sane; sed nullus dum sublimatur de ruina cogitat, nemo dum ascendit cassum timet, aut suspicatur, hanc time fortunæ volubilitatem, quæ cito adverſa deturbat, quem prospera ad astra sublimavit.

Cur tantæ felicitatis augurium per somnia ominantur? Quia ea, pro quibus anxie insudamus, nosque felicitare, & ad culmen honoris elevare credimus, fantastica somnia sunt, quæ cito evanescent, ad nihilum redduntur, nosque innanes, & vacuos relinquunt, & miseros deserunt. Sic S. Nazian. Infidæ sunt opes, sublimiumque thronorum, & dignitatum fastus, mera sunt somnia.

Cur Pater rem tacitus considerabat? Quia mysterium late-re his in somnijs Pater suspicabatur, tacitus interea rem considerat, nec filio suam suspicionem aperit, imo ad eius correptionem accurrit, ne ad vanitatem Ioseph inclinaret. Sic ait Oleaster: tenentur Patres increpare vanitatem filiorum; quando tamen vident ea, quæ dicunt, non ex vanitate, sed potius ex simplicitate procedere, trutinanda, & examinanda sunt.

Cur ad primum somnium nulla vox patris auditur; ad secundum resonat increpatio? Quia in primo manipuli manipulos adorarunt; in secundo sidera, & incredibile visum est, quod qui radijs se, splendoribusque fulgere præsumptuose existiment, ad aliorum adorationem incurventur. Ideoque hic increpatur, ne superbiat.

Deinde: stipulis, paleis, & aristis manipuli vestiuntur humiliter; fulgoribus, & splendoribus astra. Pro impossibile est, & vane speratur, vt hi, qui pomposa, & lucida veste induuntur, vel ipsum Deum duobus flexis genibus adorent. Imo nec sacris ministrare dignentur.

Cur Ioseph à fratribus correptus narrationem somnio-

126
Elevatus
lapsum ti-
meat.

127
Felicitates
nostræ
quasi som-
nium.

128
Myltica
considerā-
da, & scru-
tanda,

129
Præsump-
tuosi su-
perbi.

130
Vestis luci-
da nullum
reveretur,

Correctio,
ex bono
zelo, pro-
dest.

rum iterat; nunquam tamen postquam Pater illum increpa-
vit somnia evulgavit? Quia fratrum correctio nimis propra
ex livore profiliit: Parentis vero matura, & ex charitate
animadversio correptum penitus emendavit.

132
Superioris
reprehen-
sio efficax
est.

Deinde: ut Parentis verba plurimum fecit Ioseph, ita
fratrum dictoria penitus contempsit. Tandiu non errasse se
credidit, quamdiu correptus non est à Parente. Fratrum
verba contumelias apud sapientissimum puerum olebant.
Discamus nos superiorum dumtaxat verba magnificere,
æqualium spretis susurris. Discant, & superiores, nullam fu-
turam inferiorum reprehensionem, nisi suis ipsi verbis erran-
tem compefcant.

133
Superbi
non facile
humilian-
tur.

Cur, cum Ioseph à manipulis adoratur, non reprehendi-
tur: bene vero cum adoratur ab astris? Quia incredibile iu-
dicavit Pater, somniumque fantasticum, posse iuvenem ab
astris adorari. Manipulorum humi repentium, humiliumque
adoratio pervia est. At, qui ita sibi ut sidera fulgere viden-
tur ad adorationem incurventur, somnium est futile, quod
dissuaderi debuit, & reprehensione carpi.

Vers. XI. CVM QVE FRATRES ILLIVS IN PAS-
cendis gregibus patris morarentur in Sichem:

Vers. XIII. DIXIT AD EVM ISRAEL: FRATRES
tui pascunt oves in Sichimis: veni, mittam te ad eos.

Quo respondente:

Vers. XIV. PRÆSTO SVM, AIT: VADE ET VIDE
si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora: &
renuntia mihi quid agatur. Missus de valle
Hebron venit in Sichem.

V E R S I O N E S.

SEp. *Non ne fratres tui pascunt in Sichem. Vadens vide si*
fratres tui valent, & oves, & misit eum.

Cald. Ion. *Vade obsecro nunc vide pacem fratrum tuorum, &*
pacem ovium, & redde mihi responsum.

Pag. *Et refer mihi rem.*

Oleast. *Vide pacem fratrum tuorum, & integritatem pecorum.*

Cur

Cur fratres tui pascunt oves in Sichimis? Ergo Iosephum Pater domi retinebat. Ita, vt sibi esset solatium in absentia ceterorum, eo quod præ cæteris magis diligebatur. Delectamur iucundius in fruitione eius, quem amamus. Sic loquitur Abul. Quia minor omnium erat, & tenerrime deligebatur à Patre, manebat magis in domo quam alij, ad consolationem paternam.

134
Delectamur agendo cum dilectis.

Retinebat deinde Iacob filium Ioseph domi, vt ab illis, in quibus inuidiæ ignis exarserat, separaretur, ne rursus accenderetur, credens quod per tempus extingueretur. Nam, vt ait, S. Bern. *lib. 1. ad Eug.* Nihil tam fixum animo, quod neglectu, & tempore non obsolescat. Et Philo Hebr. Cum luctui tollendo, & furori sedando, & timori pellendo sit tempus efficax, cuncta enim reddit leuiora, etiam quæ non facile sanantur. Qua propter cecinit Ouid.

135
Tempus affectiones mutat.

Leniat, aut odium tempus, & hora meum,

Cur ergo, nec per tempus furor, & odium fratrum in Ioseph non lenitur; imò post tempus furor petitur ad necem? Quia plusquam furor, & odium, inuidia fuit, quæ furorem acuit, & odium incendit. Inuidia enim nullo, vel longissimo temporis intervallo, sedatur, & quiescit; imò in dies augetur, & crescit.

136
Inuidia nullo tempore sedatur.

Fratres tui pascunt oves in Sichimis: Quia hæc prima cura, & anxietas Patris, quod filij morarentur in Sichem, vbi tot ob strupum Dinæ trucidaverant, & nemo tutus in loco vbi deliquit; vel tellus ipsa inimica illi erit. Cura filios, sed tunc maiori studio, cum illi in periculo labendi sint.

137
Locus in quo peccatur, non tutus.

Cur hic tanta cura? Absentes erant filij, & absentia curam, & amorem acuit. Breviter S. Chrysol. *ser. 147.* Amor quod amat non potest non videre. Et S. Ambros. *tom. 5. ser. 2.* Hic enim affectus paternæ pietatis est, vt de absentibus filiis tam spe certa gaudeat, quam sollicita cogitatione desperet: & simul ac eos videre desierit, amare plus noverit. Veniat, ait Sponsa. *Dilectus meus in hortum suum.* Cant. 5. 1. Dilectus erat sponsus; sed tunc maxime dilectus, cum abest, & vocatur, vt veniat. Hinc S. Pasch. *in Tren. lib. 3.* Frequenter absens videtur, vt Sponsæ amor acrius inflammetur.

138
Absentio amorem acuit.

Cur veni, mittam te? Cur scilicet ad fratres illi inuisos, & odio

139
Cum
dammificū
pueris.

140
Legatus
immanis
est.

141
Superio-
res, quæ nō
audēt, sub-
ditis com-
mittunt.

142
Maria si
desit peri-
clitabis.

143
Propone-
re incon-
grue.

144
Obedien-
tia vera
pericla
temnit.

145
Pastor, &
Legatus sē-
pe lupus
fiunt.

odio possessos mittit? Maluit dilectum periclitari, quam otio-
sum inter domesticas blanditias retinere. Vide quantum ma-
lum otiosi pueros, & inter delicias degere sit. Responder
deinde Philo: Vbi cogitavit, ait, iam evanuisse similitudines
domesticas filium suum misit, ut fratres salutaret. Lites enim,
& contentiones domesticæ facile evanescent; non tamen si
orientur ex invidia. Deinde: Malum non timuit Iacob, cum
tamquam legatus filius mittebatur. Missus enim loco mitten-
tis est, cui honor par, & reverentia debetur.

Cur Iacob, qui ut odium fratris Esau vitaret, subdu-
ctus longe est, & Mesopotamiam missus ad avunculum,
nunc filium mittit, non ad unum; sed ad plures Esauos, qui
eum odio incredibili prosequabantur? Quia obliviscuntur
non raro superiores periculatorum, quæ evitarunt, & quæ
ipsi aggredi non ausi sunt, quibus, sui immemores, facile
exponunt subditos, & ea subire imprudenter obligant,
quæ cum subessent exequi, aut admittere penitus repug-
nantur.

Cur tanto discrimini obijcitur Ioseph, à quo evulsus est
Iacob? Quia huic adfuit Rebecca mater, quæ exilium con-
suluit, & iter ad avunculum suavit. Periclitatur Ioseph, imò,
& perijt, quia Raquel eius mater aberat, quæ illum patrocini-
naretur, & à periculo vendicaret. Periclitabis, & infelici-
titer petibis, si pia peccatorum mater tibi defuerit in pe-
riculo.

Cur *Praesto sum*? Quia nihil obijcere voluit ex ijs, quæ
poterat. Non enim dixit: Nuper arguisti me, & nunc mittis
ad fratres invidios, & apud te reos delatione mea, ovem sci-
licet vrsibus, & leonibus? Tu cum vnus in te fureret. Primo-
genitus eductus è domo es. Cum in me sæviant tot primoge-
niti irati, & accusationis dolore exagitati, mittis ad eos? Ni-
hil ex ijs proposuit, sed *Praesto sum*, ait. Nequit enim vera
obedientia vitare, aut metuere pericula.

Cur *vade*, & *vide*? Quia tanquam exploratorem mittit
Iosephum Sanctum, ut loquitur S Chrys. ad fratres, ad quod
non quilibet; sed vir cordatus, prudens, & virtuosus mit-
tendus est. Hoc intelligant supremi Pastores; quia non raro
Ruben, qui nuper ab amplexibus Balæ abstractus est, dele-

gatur ad reformandos Iosephos, qui vertuntur in Ismaeles, licet pascendis Domini gregibus destinati, & traditi sint. Deplorabimus non semel depravatum pastorem, & gregem ab exploratoribus.

Cur explorator mittitur fratribus, de quibus nullus rumor sinister increbuerat? Ne increbescat. Prævenit Parentis providentia filiorum lapsus, & vlcera. Explorator mittitur, non quod filij, aut greges ægrotent; sed ne ægrotent. Multa exequimur tepidi, quæ omitteremus, nisi expectatorem, aut exploratorem nostrorum operationum timeremus, præstat hac ratione exercitia nostra profequi, nec interrompere, quam exule speculatore remittere. Non quidem malorum suspicione; sed prosperorum, & bonorum desiderio visitatores, & speculatores à superioribus inducuntur.

Cur *vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora?* Quia legatus, & explorator instrui debet, in ijs omnibus, quæ exequi iubetur. Placet hic, ait Oliva, quod posthabeat pecudes filijs: Multis enim omnis de grege cura, summa de filijs incuria. Placet quod quamvis præcipuè de filijs satagat, non tamen negligat pecora. Placet denique quod filium non sciscitando; sed explorando, suisque oculis indagando scrutari docet fratrum, pecorisque conditionem.

Personam hic gerebat Iacob Patris Familias, & superioris, quibus cura esse debet circa subditos, regendo scilicet præsentibus, & scrutando quid agant absentes. Ne quia extra præsentiam Prælati vagentur, liberum illis sit, ea agere, quæ ipsos non decet, quod magis satagere debent superiores, & Patres Familias.

Vade, & vide: Non ut scrutetur, & audiat, & si audiat nulli credat, nisi suis oculis conspiciat. *Vide:* Quod si necessarium exploratoribus consilium est, quam necessarium erit Præsulibus? Audiant profecto suffurratores, & accusatores; at nulli credant, nisi suis oculis circumspiciant.

At quibus oculis conspiciendum? Illis certè, qui celebrantur ab Sponso *Oculi tui columbarum*, Cant. I. 15. Sed si ideo dilaudantur, quod explorare consueverint, cur non Aquilæ comparantur; sed Columbæ? Certè perspicaciores

146
Visitatores
si expectetur,
bene operatur.

147
Legatus;
& visitator
instruendus

148
Absentium
cura.

149
Vide prius
& post ere
de accusa
tem.

150
Oculi non
tam sagaces,
quam diligentes,

aquilarum oculi sunt. Ita; sed in Pastore animarum diligentia commendatur, non sagacitas. Respiciat; non perspiciat viderit, non rimetur, id est, non per rimulas callide, & maliciose scrutetur.

151

Prælati
aproximatus
videat
vt credat.

Deinde Aquilarum oculi à longe vident. Præsules ne eminus respiciant; sed cominus. Nihil nocentius exploratori domus Israel accidere potest, quam si de oculorum suorum acie præsumat, proculque aspiciere sat esse ducat, cum tutius sit hebetiori acie rem prope nosse cum columbis, quam à longe cum Aquilis intueri. Nam si proprius accedas, vt videas, videbis acuratus, & sagacius olfacies, & tutius videntia deprehendes.

152

Videnda
quæ dam-
nanda.

Id egere Angeli, Sodomas incendio consumpturi, licet visu præpollerent, tamen iuere, vt viderent cominus, quæ eminus viderant, & cognoverant. Quod si vbi fulgur apertissimi sceleris exarserat, & suas diffuderat gehenales faces vltra sidera, Angeli descendunt, vt flammam in ipso incendio exactius intuerentur: Tu quis es, qui fulgorem à longe vides, & damnas? Fulgurat: Ergo cometes est? *Vade, & vide.* Tam sidus esse potest quam fax, si fulgerat. Æque ludit Ismael, & Isaac, hic aris; exilio ille destinatur. Æque luctantur Iacob, & Esau, sed colluctando alterum odio, alterum dilectione Deus prosequitur. Sic plura nisi ira videantur, vt etiam palpentur, videri sine periculo non possunt.

154

Vide, vt vi-
deas non
vt rapias.

Adde quod Aquilæ non respiciunt nisi cadavera, aut prædam. Si rapere, & obliquere non possint, alio aciem intorquent. Non respiciunt nisi vt mactent, & prædentur. Columba videt, vt videat. Quam multi speculatores sunt, qui explorant, vt rapiant; vt prædam sentiunt oculos applicant, & vel innocentes, nocentes vident, & insimulant: criminosos vident, & fingunt, vt excoriant, & eorum bonis saginentur; sceleratos vero si nudos, & inopes vident, non vident.

155

Visa à te
non nisi su-
periori re-
nuncianda.

Cur, & *renuntia mihi quid agatur?* Quia non omnibus propalanda sunt, quæ explorando cognoscuntur, quæ speculati possint, & perpendi à superiore, qui te misit exploraturum. *Quid agatur*, scilicet renuncianda sunt quæ post speculationem, & visionem cognoveris; non quæ tu aut alij suspicantur; non quæ ab alijs narrantur, & sussurrantur; sed quæ vere vidisti, & aspexisti.

Vers.

Verf. XV. INVENITQVE EVM VIR ERRANTEM
in agro, & interrogavit quid quæreretur.

Verf. XVI. AT ILLE RESPONDIT: FRATRES MEOS
quæro, indica mihi vbi pascant greges.

Verf. XVII. DIXITQVE EI VIR: RECESSERVNT
de loco isto: audivi autem eos dicentes: Eamus in
Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fra-
tres suos, & invenit eos in
Dothain.

V E R S I O N E S.

CAld. Ion. *Invenit eum vir, & aberrabat in agro, & in-*
terrogavit eum.

Cald. *Fratres meos quero. Profecti sunt hinc.*

Pag. *Discesserunt hinc.*

Cur invenit eum vir errantem in agro? Vbi scilicet eum errare cognovit? Quia errantium ipse error proditor est. Nec Ioseph se errasse cognovit, donec convictus errore est. Hæc nostræ ignorantia misera conditio, vt extremi cognoscamus incitiam nostram.

Deinde puer erat Ioseph. Difficilius iuvenes cognoscunt errorem, & incitiam suam. Ideo fortasse sapientissimus Salomon ignorabat viam viri in adolescentia. Adolescentes enim de se vane præsumentes arbitrato suo ducti, nec errorem cognoscunt, nec ducem quærunt, imo nec eo egere putant.

Quis iste vir? Resp. Lipp. Sunt qui suspicentur Angelum fuisse eum virum. Ita ille. Dum enim errantes corrigit, vt possint redire ad viam salutis, licet vir videatur, Angelus est. Errabat Agar in solitudine, vt eam corrigeret, *vocavit Angelus Dei Agar de cælo dicens: Quid agis Agar.* Gen. 21. 16. Vides quam sit proprium Angelorum errantibus subvenire.

Cur, si vir est, Angelus reputatur? Vt noscamus posse nos Angelorum hoc, inter alia, munus dirigendi errantes obire. Quare indictum est hominibus illud Deuter. 21. 1. *Non videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præter-*

156
Error se
prodit.

157
Iuvenes se
errare ig-
norant,

158
Angelus,
qui erran-
tes dirigit.

159
Corrigedi
munus da-
tur homi-
nibus.

bitis; sed reduces fratri tuo. Ad quem locum Carthuf. Sic loquitur: Si pietas ista brutis fuerat impendenda amore proximi possessoris, quanto magis vnusquisque fidelium Christi, &c. Si viderit errantes, debet pro illorum reductione laborare.

160
Errantem
nullus est
qui non di-
rigat.

Cur etiam non imponitur præceptum circa hominem errantem, cum imponatur circa boves, & oves? Quia nulli forsan adeo ferinum pectus, & æneum cor futurum Dominus sperabat, vt errantem proximum videret, & non corrigeret, vel Esau invisio fratri per viam erranti ducem se itineris offert, dicens: *Gradiamur simul, eroque socius itineris tui.* Gen. 33. 13. Cumque ille renueret, addit Esau: *Oro te, vt de populo qui mecum est saltem socij remaneant via tua,* vers. 25. Vsque adeo directionis obsequium, vel invisis, & hostibus, deposito odio, præstatur.

161
Amicitia
ficta.

Cur *quid quæreret?* Quia vt plurimum multi, non quem, sed quid quærunt; non personam, vt illi obsequantur, & seruiant; sed quid ex illa emolumentum, & lucri elicere possint. Quam multi exploratores, & directores sunt, qui aliquid quærunt, & quærere putantur fratres. Invaluit certe pessimus iste mos omnia, præter animas, quærendi. Luporum hic incurfus est, sub ovium vellere; seu vt verius dicam, sub Pastoris simulato zelo.

162
Quid, non
quæ quæri
mus.

Cur vir non interrogatus, iterrogatus? Quia vidit puerum errantem, nec errorem agnoscentem, & vt ait Hamerus hic, inter maxima incivilitatis, atque adeo impietatis exemplum merito censetur, si quis erranti viam non monstraverit, vel etiam, quod longe peius est, in aliam viam duxerit, quam viator ire non volebat. Huc pertinet illud Deuter. 27. *Maledictus qui errare facit cæcum in itinere.*

163
Error ostē-
dendus
erranti.

Cur *indica mihi ubi pascant?* Quia nihil aliud interrogare intendit, nisi id, quod ad adimplendam patris iussione pertinebat; non suum laborem exaggerat, non fratres incussat, quod infcio Patre recesserint à Sichem, non rogat viatorem cuias sit, non quo abeat, non fratres alio divertisse, vt aliud agerent, nec de accusatis crimine pessimo quid mali suspicatur. Illud tantum attendit, quod sibi à Patre commissum est.

164
Iussio su-
perioris at-
tendenda.

Cur interrogatus non dixit: *viam quæro Sichem, sed fra-*

fratres meos quero. Quia id primum mente evolvebat, quod inditum à Patre est, nempe: *Vade ad fratres tuos.* Vnde intentionem Patris, tamquam suæ executionis obiectum, præsentem habebat, quod est supremus obedientiæ gradus, & nobilior, qui non tantum in exequenda voluntate superioris confilit; sed in observanda eius intellectu, & intentione, & iuxta illam, operationem complere.

165
Obedientiæ
supremus
gradus.

Cur *recesserunt de loco isto?* Cur non ait: sunt in Dothain? Quia id affirmat quod certum est, & pro certo habet; nec affirmare audet, quod certo non scit, ideo addit, *audivi eos dicentes: eamus in Dothain.* Quasi dicat; nescio an, quod dixerant, adimpleverint. Nos è contrario audita, inauditaque affirmamus tamquam certa, miscemusque non modo facta infectis, sed, & factu incredibilia, dictuque affirmamus. Ille quod audivit non asserit; sed se audivisse testatur tantum.

166
Incerta nõ
affirmãda,

Cur fratres, inconsulto Patre, transierunt in Dothain? Quia dæmonis sagacitas iam occasionem ad excidium innocentis destinabat. Non enim in Sichem; sed in Dothain præsto erat vetus cisterna, & via proxima, qua mercatores Imaelitæ transire debuerant, quibus facile tamquam vernâ traderetur, & illi acciperent in mancipium. Vide quantis periculis exponitur, cum conculcatur voluntas imperantis.

167
Occasio
quæritur à
dæmone
in nostrâ
ruinam,

Cur Iacob filium mittit peditem, sine duce, & errori itineris exposito? Ne blanditijs assuesceret, & mollitiei, & luxui traderetur. Sic expresse S. Chrisof. hic. Sic Iacob filium mittit charissimum, non equo, non asino vehendum, cum tot haberet; aberat omnis luxus, & mollieties, sanctum laborare noverat, & vtilia curare.

168
Pueri non
blande
educandi,

Cur *Perrexit ergo Ioseph?* Ut denotet promptitudinem obedientiæ, exactamque executionem Ioseph. Non sermonibus aut alijs colloquutionibus cum obvianti sibi se immiscuit; sed illico quæsiturus fratres, iuxta Patris iussione, perrexit. Sic Lipp. Obedientia ergo filij notatur ad patrem, & obedientia sine mora.

169
Obedientiã
prompta.

Cur *invenit eos in Dothain?* Ut innuat, quod etiam quærendo amabiliter, & anxie fratres, non tutus inter eos fuit. Ioseph in agro quamvis solus, & pulcher, & polimyta exornatus sine damno progressus est, & sine periculo. Interroga-

170
Fratrũ in-
fidie cru-
deles.

tur tantum, & certior fit de discessione fratrum: At ubi fratres convenit, non fratres invenit; sed tigres. Tutior sane apud advenam solus in agro, quam inter fratres, in pasquis.

Vers. XVIII. QVI CVM VIDISSENT EVM PROCVL, antequam accederet ad eos, cogitaverunt illum occidere:

Vers. XIX. ET MUTVO LOQVEBANTVR:
Ecce somniator venit:

Vers. XX. VENITE OCCIDAMVS EVM, ET MIT-
tamus in cisternam veterem: dicemusque, fera pessima devoravit: & tunc apparebit quid illi profint somnia sua.

V B R S I O N E S.

SEp. *Previdebant autem eum à longe, antequam ipse appropinquaret ad eos, & maglinabant ad eum occidendum. Et videbimus quid erunt somnia sua.*

Pag. *Machinati sunt contra eum ut interimerent eum.*

Cald. Iona. *Ecce Dominus somniorum iste qui venit. Et nunc occidamus eum, & proijciamus in unam de cisternis, videbimus quis erit finis somniorum eius.*

Alij. *Insidiabantur ei.*

Oleas. *Ecce dominator somniorum venit.*

Arias. *Magister somniorum.*

Cur cum vidissent eum procul antequam accederet ad eos? Quia livoris virus ita crudele, & atrox est, ut etiam videns à longe effervet, & immaniter debacchatur. Atrocior sane incendium est flammis. Hæ sibi nimis approximantem adurunt, & incendunt; longe venientem calefaciunt, fovent, & recreant. Illud vero à longe visum vehementissime consumit, strages, & mortem machinatur, & exequitur.

Cum vidissent eum à longe: Cave ne videaris ab invidis, vel à longe prospectus insidiaberis. Sanum consilium est aspectum illorum, qui nobis invident, fugere. Sic consulit Oleaster dicens: Debet odiosus homo maxime cavere aspectum eorum, quibus est odiosus, ne videlicet, ante eorum

171
Invidia
atrociior flā
mis.

172
Invidorū
aspectus
fugiendus

obrutibus se exhibens, eos in se provocet.

Cur *ante quam accederet*? Ut videas quam activa, efficax, & operativa in malum invidia sit, quamque propera in damnum. Luxuria Vriam prius accersijt, tum demulsiť, demum *invida* hostibus obiecit, quo saltem moreretur vt vir. Livor, & statim vt videt, & crudeliter necat, vel etiam dehonestaudo, & maculando inuisum destruit. Ideo illico cogitaverunt, antequam accederet, illum occidere.

173

Invidiæ
activitas.

Cur *dicemus, fera pessima devoravit eum*? Ut constet qua ratione mendaces excludantur à Regno Dei. Nam vix invenies vllum scelus, quod non erumpat in lucem obstretricante mendacio. Fratricidium hic aggreditur invidia, quod speret mentiando suffragium.

174

Mendaciũ
omne sce-
lus patrat.

Levi, & Simeon sororis defloratum pudorem vlti sunt sternente facinori iter mendacio. Amnon simulando ægritudinem sororem Thamarem violavit. Senes illi duo procaces quibus machinis speraverunt Susannæ pudicitiam expugnare? Non muneribus, vti à Iove corrupta est Danae, non gladijs; non convivijs, sed? Mendacio vno. Aut assentire nobis, aut mendacio traduceris à nobis. Qua ratione Christi Domini incussatur innocentia, nisi adhibitis multis mendacibus, & falsis testibus? Meminisse velim primum factum scelus in mundo vno satanæ mendacio. *Eritis sicut Dei.* Vno? Imo, & pluribus, quinque enumerat Cornel. Vide tō. I. num. 1093. Ut tandem fateare vix vllum scelus fuisse, quod non patratum sit interveniente mendacio.

175

Scelera
mendacio
directa.

Fera pessima devoravit eum: Num hoc mendacium dixeris? Imo nunquam verius Iosephi fratres locuti sunt. Trucidatus intenditur ab invidia, & si advertas, omnium ferarum fera pessima livor est, qui pro sua crudelitate, & immanitate, fontes, & infontes, per fas, & nefas cruenter trucidat quin meritis, famæ, honori, sanguini, aut vitæ parcat. Vnde Alex. Anglus *part. 6. cap. 2. num. 3.* concludit: Hæc est fera pessima, quæ devoravit Ioseph.

176

Invidia fe-
ra pessima

Qualiter fratrem, quem pietatis titulo, & relatione conjunctionis, & consanguinitatis complecti debuerant, occidere tentant? Quia nullum attendit respectum: omnem respuit pietatem livor. Id notavit S. Ambros. hic. Nunquid, ait, respectum

177

Invidia
nullũ het
respectum

& ipsi fratres tam impij, vt fratrem occiderent? Quomodo conveniunt pietatis nomina, & sceleris insignia? Ita ille, vt noscas omnem pietatis, & attentionis rationem suffocari ab inundante malitioso invidiæ diluvio.

178
Domestici
nos perse-
quuntur.

Invidia
domestico-
rum,

Cur ita incognita, & ingrata fratribus, virtus Iosephi fuit, quæ ita amabilis, pergrata, & cognita viatori obvianti? Quia sæpe, si floremus, potius à consanguinis, & domesticis contemnimur, quam amamur. Defendimur ab externis, à domesticis insidiæ parantur. Habet ille contionem, quæ apud extraneos excitavit plausus, apud nostros vero nauseam provocavit. Scribit ille volumen, spernitur à domesticis, ab alijs exteris commendatur. Virtus Davidis increpatur à fratribus; adamatur à Rege, quod illis proximus, huic quasi extraneus foret. Imo prostrato Golia Regi invisus esse cepit, eo quod desponsata Michol secum affinitatem contraxit. Cum luderet ante arcam nulli displicuit David, nisi coniugi. Christus à Nazarenis, civibus suis, in abrupta compellitur. Paulus graviores à contribulibus suis passus est calamitates, quam à Romanis.

179
Unio im-
piorū ad
strages.

Cur *Mutuo loquebantur*? Quia inter se ad damnandum fratrem conveniebant. Facile enim ad aliorum perniciem coadunantur impij, quamvis aliunde discordes, gemelli fiunt, vt damnum inferant. Sic S. Leo *serm. 6. de nat.* Non habet mundus veras amicitias, & multos facit perversione concordēs. Sunt etiam vitij pares animi, & similitudo desideriorum æqualitatem gignit actionum. Ita ille. Sic, vt Christum perderent, Herodes, & Pilatus. *Facti sunt amici in illa die*, Luc. 23. 12. Cum antea inimici essent. *Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum eius.* Pl. 2. 2.

180
Nomina
probrosa.

Cur *ecce somniator venit*? Quia illa nuncupatione appellatur, quæ probrosa videbatur, & qua posset in illis invidia concitari. Quod expressius firmat Abul. dicens: Satis apparet modus iste loquendi, mordax, & hostilis est, quia cum non fratrem, quod naturæ, & amoris nomen erat; sed somniatorem, tamquam hoc aliquid criminofum esset, vocabant. Ita ille. Sic Christus apud infidos, & invidos filius faber, per opprobrium vocabatur.

Cur

Cur ecce somniator? Seu vt Cald. *Ecce Dominus somniorum*. Seu vt Arias: *Magister somniorum*? Quasi incussare vellent quod somnia congereret, aut fingeret. Quæ enim in fratrum decus, & commendationem augurantur, somnia fictitia creduntur ab invidis. Sic Oleaster dicens: Ecce Dominus somniorum ille, id est, qui somnia ad manum habet, & in sua potestate est, somniare quod vult.

Cur *venite occidamus*; cum vnus ad pueruli necem sufficeret? Quia malitiosa conscientia timidos, vel validissimos efficit. Favere videtur Oleaster vides, ait, viros robustissimos sese hortari ad viri occisionem. Timet enim malus solus plecti, ideo non nisi multi simul audent illud perpetrare.

Cur *dicemus fera pessima devoravit eum*? Quia cogitant qua ratione suum apud patrem, & homines scelus colorent; non qua ratione dissimulent apud Deum. Dicitis Patri, cæterisque fera pessima devoravit. Deo quid dicitis? Nimirum in eo tuti iudicamur, si apud homines iusti habeamur; Deo licebit prope feretrum facere satis. Ipse David, vt adulteriũ coloraret, evocavit Vriam, & fucato per belle iam crimine coram satrapis, Dei penitus obliuiscitur. Externam famam, & opinionem sectamur, conscientia nec meminimus

Simulachra gentium argentum, & aurum. Pl. 113. 4. *Deus autem intuetur cor*. 1. Reg. 16. 7. Quam solers artifex in expolienda facie simulachri! Vel vngues limantur pedum quã diligentissime. Circa præcordia non solum aliqua incuria, sed profus tota. Videas Sacerdotis attonsam vndique cæsariem, promissam ad talos togam, librata in ore verba, sine pompa currum, sine ornatu famulos, linum, quo collum circumdatur, lactæe par via. Tunc enim fulgent levitarum ornamenta, cum squalent illa, & facies. Quam elegans statua simulachrum! Intus autem? Oculos, rogo te, converte, ne videas è chlamyde malogranata pendere, speculerisque petus vrticis vitiorum inhorrescere.

Cur *occidamus eum, & mittamus in cisternam*? Quia dum oves pascunt, degenerarunt in lupos, à quibus agnus laceratur. Noli dicere: si Pastor esse incipiam, & Ecclesiæ præesse, mutabor in virum alium. Inter calices, & chrismata dedicam ludos, thyrsos, & gladios. Nec veneri harebo, nec Mar-

181
Somnia
quasi augu-
ria.

182
Malitia ti-
midos gignit.

183
Iustificamur apud homines non apud Deum.

184
Virtus paliata.

185
Pastor in lupum versus.

186
Locus non
mutat mo
res.

ti. Falleris. Inter frumenta crevere zizania: & in ipso tabernaculo iniquitas filiorum Aaron erupit. Iudas ad apicem apostolatus sublimatus, tunc factus est leo, cum agnum patris comedit, vel sacris initiatus. Vapor è terra in altum elevatus in fulmen ad destructionem, & ruinam constipatur. Innocentius in sterquilinio iacuisset: scandendo ad sublime, fatalior ad excidium evasit.

187
Invidiam
comedit
sed devo
rat.

Cur non dixere: fera comedit, sed: *devoravit eum*? Quia qui comedit, aliquid intactum relinquit; qui devorat, omnia deglutit. Invidia enim non comedit, sed devorat, utinam, ait Card. Vital. *in suo spec. trac. de invid.* Ita carnes lacerarent, ut saltem ossibus parcerent, nempe bonis, & virtuosis.

188
Vindicta
non atten
dit mala
sequentia.

Cur *Mittamus in cisternam*? Quia immemores Dei, & doloris Patris, aliorumque sequentium ex nece, suam tantum iracundiam, & invidiam fatiare sibiunt. Mortem comminiscuntur fratri, ait Lipp. immemores Dei, & Patris, dolorum, & damnorum, qui ex cisterna vel bibitori, vel animalia potatura erant. Sic obruti odio nihil cogitabant præter nefas.

189
Spes mundi
nihil fiunt.

Cur *tunc apparebit, quid illi prosint somnia sua*? Scilicet post internectionem, & mortem. Quia cum è vivis discedamus, apparebit certe quid nobis prosint fantasie; quid vane spes sæculi; quid somniatæ vanitates; quid apprehensiones, & cogitationes, quibus sublimari intendimus ad summa æstimationis, & dignitatis fastigia. Quid mundi honores, & opes, quid postquam hæc habita, & possessa sint per longum tempus? Certe nihil omnino apparebunt, & reducentur ad cineres, & fuitiles umbras.

190
Frater ele
vatus invi
detur ab
alijs.

Cur *quid prosint somnia*; non vero: accusationes de crimine pessimo? Quia non tam illos pupugit vera sui pessimi criminis apud patrem accusatio, quam somniata pueri celsitudo. Acrius eos in fratricidium impulit annunciata somnijs felicitas, quam detecta corruptissima eorum iniquitas. Accusati silent: posthabiti fremunt. Ergo non est quod tibi à fratribus metuas, si illos accuses, dum tu te illis non præferas. Nunquam invisa Caino pietas Abel, sed prælatio. Psalat Abel, sed eum Dominus non respiciat. Non condemnat prodigi frater fratris nequitiam, odio exardescit dum cœna paratur, & vitulus anteponitur. Prodigium substantiam dis-

disipet; sed eum pater non amplectatur, & excipiat.

Cur cogitaverunt illum occidere, à quo fulgere illos, ut sidera, nuntiatum est? Quia intellexerunt ipsos stellas futuros; fratrem vero minorem natu solem, vel sole ipso fulgentiorem. Inferiorem stellarum splendorem contempserunt, ne minorem fratrem conspicerent gloriosorem. Invidus enim plus torquetur, si videat invisum fulgentem, quam doleat de no-cumento proprio. Verbo: abiectiorem, & vilitatem tolerat, ne minorem videat super se exaltatum.

191
Invidia
fratrum.

Verf. XXI. AVDIENS AUTEM HÆC RUBEN, NITEBATUR liberare eum de manibus eorum, & dicebat:

Verf. XXI. NON INTERFICIATIS ANIMAM EIVS, nec effundatis sanguinem: sed projicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusque vestras servate innoxias: Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum, & red-
dere patri suo.

VERSIONES.

Sep. Eripuit eum de manibus eorum. Non percutiamus eum in animam, eijcite in unam cisternam harum, quæ in deserto, manum autem non inferatis ei.

Cald. Liberavit eum. Non extendatis manum in eum, ut liberaret eum de manibus eorum, ut reduceret eum patri suo.

Pag. Et reverti faceret eum ad patrem suum.

S. Chrisof. Abijcite eum in locum hunc.

Cur Ruben nitebatur liberare eum, cui potius invisa debuerat esse felicitas pueri, cuius progenita tantæ celsitudinis mole opprimebatur? Quia nobilior, & ingenui, & liberi sanguinis filius. Cæteri ex ancillis nati, & progeniti, vilioris sanguinis succum cum moribus hauerunt. Vides, ut puto, livoris rubiginem non auro nasci, sed ferro. Quo quis vilior est, eo ad invidendum paratior. Ancillarum filij, quos nulla effulgendi spes erigebat, insurrexere contra eum, cui imperium vel in somnijs ominabatur.

Dices etiam Iudas natus ex Lia ingenua matre, & libe-

192
Vilior pro
ptior ad
viliora.

- 193 Nobiliores proprii ad defensionem aliorum.
- 194 Fratres maiores minores contigant.
- 195 Frater fratres defendens benedicitur.
- 196 Liberat qui à morte eximit.
- 197 Malum minus eligendum.
- 198 Anima pro vita.
- ra. Ita sane ideo etiam fratribus, ne necaretur, & à cisterna extraheretur persuasit, ut videre est vers. 27. & 28. Itaque Iudas, & Ruben familiae Principes, non modo non savierunt in invasorem coronarum suarum, verum omni conatu fatigerunt, ut ad parentem puer remitteretur. Nam Ruben in cisternam eum demittendum curavit, ut servaret immunem: Iudas è lacu eduxit, ne periret in pulvere.
- Cur Ruben loquitur, & nititur liberare Ioseph? Resp. Oleaster: Ruben maior natu erat, cuius muneris est minores fratres in absentia parentum arguere, & castigare.
- Cur Ruben maledictus à Patre propter commissum incestum, à Mose Deute. 33. 6. benedicitur dicens: *Vivat Ruben, & non moriatur?* Quia pietate, qua usus est defendendo fratrem, & liberando eum à morte, omne scelus expiavit, & maledictionem in benedictionem transfudit. Sic Theodor. *quest. 46. in Deu.* Fraternalis, ait, amor Ruben fuit illi benedictionis occasio, nam illius ergo liberatus est à maledictione.
- Cur Cald. & Græc. legitur: *Liberavit eum?* Qualiter liberavit, quem in cisternam mitti conatur? Quia liberavit eum à morte, quam cæteri inferendam decreverant. Ille te certe liberat, etiam si inter angustias constituat, dum à morte eximat. Sicut ille te felicitat, qui dum affligit, ab æterna morte redimit.
- Cur nititur liberare, quem in cisternam claudi permisit, imo, & hortatus est? Quia ita vidit iratos cæteros in puerum, ut non omnino voluit indemnem ab ipsorum manibus eximere, & minus longe malum elegit, & consuluit. Sic Oleaster cum homines omnino non possumus avertere à malo, saltem persuadere debemus ut minus peccent.
- Cur *Non interficiatis animam eius?* Num anima ab hominibus interfici potest? Ita, non potest, dicente Domino, Mat. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere.* Sed modus loquendi est in scriptura vsitatissimus, ubi anima ponitur pro homine, ita ut sensus sit: ne interficiatis eum, vel etiam pro vita, quasi dicat: ne eripiamus ei vitam. Quod firmatur à Domino dicente: *Maiores hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Luc. 15. 13.
- Cur

Cur Sep. *Non percutiamus*, seu: *non feriamus eum in animam*? Quia, qui se videt à fratribus impetum, à quibus amari, & defendi pro confanguinitatis necessitudine debuit, non tam percutitur, & interficitur in corpore; quam cruciatur in anima. Intolerabilis est animæ dolor, ipsa morte truculentior, & atrocior, si nobis insidiæ parentur à confanguineis, & fratribus.

199
Fratrium
persecutio
nes atro-
ciores
morte.

Cur *Nec effundatis sanguinem*? Ut vehementius compesceret, ait Pererius, à fratricidio, eosque terreret, monens sententiam à Deo Noe, & filiis promulgatam Gen. 9. 5. *Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu viri, & c. præcipue: De manu fratris.* Et: *Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Ita divinam clementiam irritat effusio sanguinis, fraterni præcipue, ut per Isaiã cap. 1. 15. *minatus fuerit Deus: Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaveritis orationem non exaudiam: manus enim vestra sanguine plene sunt.* Oculos Deus avertit, nec orationem effundentium sanguinem audit.

200
Sanguinis
fraterni
effusio.

Cur *proijcite eum*? Quem? Iosephum: fratrem, quem reliqui somniatorem vocarunt: Quia, ut ait Philo: Nec nomine quidem eum dignabantur. Antiqua impijs consuetudo est, iustis proprium nomen subtrahere, eisque imponere quod ludibrium, & vitium sapiat. Sic interrogantes Iehu de filio Prophetæ, qui eum vixerat in Regem, inquirunt. 4. Reg. 9. 11. *Quid venit insanus iste ad te.* Sic ad Pilatum de Christo iam vita functo dicunt Pharisei, Matth. 27. 63. *Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens.* Super quæ S. Christ. sic ait: Impositorem illum vocant, ob nimiam feritatem suam, quia nec eo mortuo iram exuerant: sed priori adhuc detinebantur insania.

201
Nomen lu-
dibrij im-
ponere.

Cur *proijcite eum in cisternam hanc*? Nimirum: Ioseph virtuosus, iustus, & prudens habebatur, & nulla virtus solida, & certa est, nisi laboribus, persecutionibusque exerceatur. Id firmat Apof. ad Rom. 54. *Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem.* Adde S. Bas. sup. Ps. 53. *Qui tribulationem detrectat, ait, probatione se privat.* Hinc Ps. 12. 5. ait David: *Qui tribulant me exultabunt, si motus fue-*

202
Tribulatio
virtutem
probat.

fuero. Quasi dicat: si in tribulatione deficiam, qui me exercent, de mea virtute, vt supervacanea, & futili ridebunt.

Vnde tanta pietas in Ruben aliunde incestuoso? Quia non ideo in omnibus criminofus est, qui in vno deliquit. Peccavit impuritate; sed non repulit fraternam pietatem, & charitatem. Nimirum, ait Lipp. iam senior compafsione fraterna melior erat, non ergo temere iudicandi peccatores à peccatoribus, potest enim vno vitio deterior, virtute alia superior esse.

Deinde: pœnitentiam de suo peccato egit, quæ illi cum resipiscencia pietatem inferuit. De eius autem pœnitentia loquitur libellus ille, qui inscriptus est: Testamentum duodecim Patriarcharum, & habetur tom. 3. Bibliot. Patrum. Vbi suum scelus execratus coram filiis, sic loquitur: Dico vobis quoniam percussit me Dominus plaga magna in ilijs meis per menses septem, & nisi Pater meus Iacob orasset pro me ad Dominum, quoniam voluit occidere me: periissem. Ita ille: & præter hanc à Deo missam pœnitentiam voluntariam amplexus addit: Et electione animæ meæ septem annos pœnitui coram Domino. Vinum, & ficeram non bibi, & caro non intravit in os meum, lugens pro peccato meo, magnum erat.

Insuper peccaverat ipse gravius, nec tamen morte puniatur: in levius peccante mortis punctionem pro viribus evitavit, & liberandi modum compatiens vix delinquentem, invenit. Compatietur tibi confitenti peccata confessarius, qui se novit etiam deliquisse, aut deliquisse potuisse. Adulterio captæ foeminae Dominus sententiam profert. Ioan. 8.8. *Primus in illam lapidem mittat.* Nullus tamen eam lapidavit. Præmiserat enim Dominus: *Qui sine peccato est vestrum.* Vt peccatores se meminere, pepercere peccanti, & feritatis, accusationisque oblitum didicerunt, in foeminam impudicam, pietatem.

Cur *manus vestras servate innoxias*? Respondet Pererius: Quia nihil est quod magis inquinat, ac foedit, & exosum reddat hominem apud Deum, quam crudelitatem in fratres, & humani sanguinis, fraterni præsertim, effusionem. Id maxime pupugit Iudam, non latrocinio, non murmura-

203

Vitiosus
aliquã vir
tutē habet

204

Pœnitētia
pietatem
inferuit.

205

Pœnitētia
Ruben.

206

Confessa-
rius com-
patiens.

207

Crudelitas
in fratres
Deo exosa

tiones, non sui Magistri venditio; sed sanguis, quem novit effundendum: *Peccavi tradens sanguinem iusti.* Vel Pilatus timuit coinquinari sanguine, ideoque: *Lavit manus coram populo dicens: Innocens ergo sum à sanguine iusti huius.* Mat. 27.

208
Sanguinis
effusio.

Cur tanta, tamque crudelia moliantur fratres contra Ioseph. Certe extincta tunc temporis flamma livoris erat; nullusque incendij fomes nisi perverus, & oblitus? Ita; sed *co-*
gitaverunt eum occidere, & mutuo loquebantur. Mutuis colloquijs excitati in exidium fratris commoventur. En convitiatorijs verbis ignis iam suffocatus respirat, & reacenditur. Ita vitia, quæ sopita, & oblitterata sunt, si sermones, & colloquia circa illa intexantur, ardent iterum in modum Æthnæ, vt circumstantes in sui ruinam inflamment verba turpia. Caveamus proinde colloquia mala, quibus ira flagrat, & luxuria ardentius debacchatur.

209
Colloquia
mala, &
turpia.

Vers. XXIII. CONFESTIM IGITVR VT PERVENIT
ad fratres suos, nudaverunt eum tunica talaris, & polymita:

Vers. XXIV. MISERVNTQVE EVM IN CISTERNAM
veterem, quæ non habebat aquam.

Vers. XXV. ET SEDENTES COMEDERVNT PANEM,
viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam,
& stactem in Ægyptum.

V E R S I O N E S.

SEp. *Quando venit Ioseph ad fratres suos exuerunt Ioseph tunica varia, quæ circa eum, & sumentes eum proiecerunt in foveam. Fovea vero vacua erat, in qua non erant aquæ.*

Calde. *Ecce turba Arabum veniebat de Galaad, & cameli eorum onerati aromatis.*

Oleaster. *Exuerunt eum tunica particularum. Ecce sodalitiis Ismaelitarum, & cameli portantes pretiosa quæque.*

Alij teste Lipp. *Et spoliaverunt eum interula, seu indusio suo cum tunica discolori, quæ super ipsum erat. Portantes ceram*
the:

theriacam, & glandem.

Alij. Exuerunt eam tunica variegata.

S. Chris. Vestem variam, proiecerunt in lacum, lacus autem erat vacuus aqua.

Caiet. Proiecerunt in puteum, & puteus vacuus, non ipso aqua.

210
Livor statim laevi.

Cur *confestim* ut *pervenit*? Quia livor, si funus concipiatur statim exequitur, coelum, antequam fulminet, fulgurat: Nubes, antequam fulgura mittant, tonant: Leo rugit, priusquam saeviat. Livor statim insiliit in pudicum, eumque, & nudavit, & obruit. Nec furorem suum cohibuere fratres, dum Ioseph patris mandata exponeret: verum inauditum oppriment, & Parentis incuriosi, & fratris carnifices.

211
Verecūdia atrox supplicium.

Cur Alij vt testatur Lip. legunt: *Exuerunt eam interula, seu indusio suo cum tunica discolori*? Quia externa, internaque veste expoliarunt innocentem, vt poena illi par morti inferretur. Nihil atrocius puero ingenuo, modesto, & pudico, quam nudum in aliorum apparere conspectu. Id in passione Christi sensibilius fuit. Nec enim modestissimus, & purissimus Dei, & Virginis filius tantum doluit ob ipsos flagellationis cruciatus, quam ægre tulit nuditatis ignominiam ante oculos hominum, vnde per Prophetam conquestus est. Pl. 21. 19. *Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me.*

212
Christus flagellatus.

Cur tantam permittit Deus pati ignominiam Ioseph? Quia sic disponit, quos ad culmen honoris, & gloriae elevare prætendit. Sic S. Chrisol. *serm. de Ioseph.* Accepturus, ait, totius Provinciae dominatum venundatur in servum, in famulum adijcitur, suscipit servitutis notam, quem Deus præparabat ad gloriam. Ita ille, vt videas quam verum sit, quod Deus humiliat, & sublevat: deducit ad inferos, & reducit.

213
Ignominia gloriae parit.

Cur primum tunica exiit Ioseph? Quia in illud fratres extendere manus, quod prius ignem accendit invidiae. Satis suo livori satisfecisse crediderunt, si scintillas à quibus succensa fuit æmulationis flamma confestim extinguerent, quasi exsecta radice, omnis marcesceret amoenitas, & foecunditas. Errastis sane, non enim tunica commendabilem, & vobis invisum fecit fratrem; sed interna virtus, quam haud poteritis ab eius animo eradicare, aut eruere.

214
Virtus interna constantis.

Tunica deinde exiit, vt ea fratricidium cooperiatur.

Porro quis non miretur exui pudorem tunica sua, vt ea tantum scelus involvatur. Proh Dolor! Denudant fratricidæ fratrem, vt suum larvent, personentque crimen. Infelicioꝝ sane tunica Ioseph, vestibus sponsæ à custodibus expoliata, & indumentis viatoris à latronibus exuti in itinere Ierico, vtriusque vestis raptores textit, Iosephi polimita non scelestos, sed scelus contextit. Vestis viatoris, & sponsæ, si spectaretur, ad vltionem prædonum excitaret. Iosephi tunica, vt visa est, desijt inter latrones inquiri, & hædi sanguis, non modo non clamavit; sed silentium in malefactores indixit.

Cur miserunt eum in cisternam? Cur, scilicet, non liberat à carcere, quem à morte exemit Ruben? Vt tandem aliquando faciaretur quomodocumque conceptum semel à livore funus. Plane nequitia, nisi suffocetur in semine, frustra extingui prætenditur, cum creverit. Discamus rogo vultures suo in nido illaqueare, vt feritatem non discant. Nam si rapinam semel gustent, nec in laqueo sævitiem dedocebunt. Ioseph semel ad necem impetitus, aut proijci debuit in cisternam, vt aliquid de feritate remittant fratres: aut venundari, vt seruiat.

Cur in cisternam mittunt fratrem, eos amicissime salutantem, imo, & preces humiliter effudentem. Nam ipsi post falsi sunt dicentes: *Peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos? Quare ergo humiliatum, & deprecantem non exaudiunt? Quia invidus blanditijs agrestior, & precibus magis superbit.* Quam pulchre S. August. ser. 83. de temp. de invidia locutus, ait: Quam bestiam morum immanitas non superat: Canes namque educatione mansuescunt, leones obsequio tractabiles sunt, invidi tantum officio aggestiores evadunt.

Cur, qui necem fratris decreverunt, paccantur, si in cisternam mittatur? Quia non pietatis causa; sed atrociori id permittunt crudelitate. Acerbius necaretur frater, si inedia, fame, & siti inter serpentes, & scorpionès, quibus, vt aliqui volunt, cisterna habitabatur, proluxa morte descenderet. Sic Hamerus hic. Eum tamen longe crudeliori mortis genere conficere sustinuerunt. Cum longe satius fuisset eum semel occidisse, & vno macasse vulnere, quam tam cruciabilem, &

215

Tunica Ioseph infelicioꝝ veste sponsæ,

216

Principijs obstandū.

217

Invidus obsequijs aggestior.

218

Mors diuturnior acerbior.

219

Christus flagellatus

longam ad mortem viam fecisse. Ita ille: Sic Christus cum peteretur ad crucem, admissus ad flagella est à Principibus synagogæ, quibus longissimo, & crudeliori martyrij genere, extingueretur.

220
Peccatur
quasi per
iocum.

Cur *sedentes comederunt panem*? Quia ubi invidia facta est, iucunde, ac hilariter invidi quiescunt, & epulantur. Nam ubi quis veterascit in peccatis, omnemque humanitatis sensum exuerit, ferinamque animum induerit: Sanguinem humanum non alienorum modo; sed etiam suorum profundero pro ludo, iocoque habet, & triumpho. Is quo gravius peccat, eo vehementius gaudet, exultat, & triumphat. De ijs Salom. Prober. 2. 14. *Latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis*, & cap. 10. 23. *Quasi per risum stultus operatur scelus*, in illud Pl. 68. *In me psalebant qui bibebant vinum*: ait S. Aug. Irrisio mea erat ipsis psalterium.

221
Invidia in
perditio.
nejamor
in recupera-
tione
gaudet.

Cur demerso fratre comeditis? Quia illud præstat invidia post perditum fratrem, quod præstat amor recuperato filio. Reducem enim prodigum, lascivumque adolescentem cum excepisset humanissime Pater, convivium instruxit. Convivantur hic quoque fratres, pudicum puerum cum perturbassent in cisternam. Ut enim exultat charitas redivivo filio; ita, oppresso fratre, triumphat livor.

222
Gula suas
querit de-
licias.

Cur *sedentes comederunt* tamquam placide epulati? Quia gula, vel inter cruorem, vindictas, & sanguinem, delicias avidissime sectatur, mensam struit statim post exidium fratris, & accubitum suadet. Neque sedent tantum, & comedunt in cavernis, & specubus; sed in aperto loco, ubi viatorum ultro, citroque commeantium recrearentur spectaculo.

223
Mortis me-
moria re-
pulsã.

Cur concepta fratris morte, non comprimuntur peccantes: Certe cineris, & sepulchri recordatio vel depravatos frænat, & corripit? Ita; sed convivio, & potatione studuerunt; ab eorum mentibus, & cogitatione cadaveris speciem abolere: Ut mortis imaginem respuunt, epulatione, & diversionibus mortalitatis suæ obliti traduntur. Ne à tuo conspectu, & consideratione exulet cadaveris, & mortis non longe adventuræ præsentia, quæ te peccantem reprimat, & ad viam salutis feliciter reducat.

Cur *viderunt mercatores venire*? Quia tanto gravati cri-

mine, nihilominus eis vacavit, non modo spectare viatores; sed, & sarcinas curiosè peruestigare. Vique adeo curiositas nos transversos agit, vt neque horrore sepulchri fratris inhi- beatur, vel ita exultat in cruore livor, vt à cisterna funeris digrediatur ad epuli illecebras, & ita ventrem expleat, vt oculos pascat, paratus rimari arcas camelorum.

224
Curiositas
distrahit.

Cur adnotatur quod cisterna non habebat aquam? Resp. S. Cyrillus: Quia inferos significabat. Aqua enim vitam significat; quia vivificatrix est: porro apud inferos vita non est.

225
Vita apud
inferos nō
est.

Cur in cisternam veterem? Sunt qui dicant cisternam abundare draconibus, & serpentibus, alijsque brutis anima- libus. Mittunt ergo in cisternam, vt eum, qui apud ipsos visus est ominatione somniorum superbisse, profundius humiliassent. Nihil cogitarunt humilior, & vilior, quam si ipse inter animalia degere cogeretur. Perpende hic voluntarium pueri Iesu in præsepio reclinati humilitatem, præcipue inter bruta commorantis.

226
Nativitas
Iesu inter
animalia.

Cur sedentes comederunt panem? At quem panem? Illum scilicet, ait S. Chrisof. hom. 9. in Luc. quem ipse Ioseph beneficentiæ gratia fratribus asportabat, qui ad eos deliciandum, & iucundandum aptus esset, vt pote domi lepide conditus, mollis, & delicatus. More fratres prædonum, & latro- num se gerunt, qui postquam innocentem viatorem expo- liant, deprædantur, & plectunt, eorum bonis perfruuntur, & placidissime deliciantur.

227
Latrones
bonis alic-
nis iucun-
dantur.

Cur sedentes comederunt panem? Hoc si magnum non esset, & notabile, non expressisset scriptura? Ita sane. Hor- rendum quippe est post tantum facinus in fratrem perpetra- tum, cruentatis, vt ita dicam, animis, panem quiete, & pla- cide manducare. Sed longe horribilius post patrata in Deum scelera, panem Eucharisticum, quem nobis Christus aspor- tavit, & dedit, polluta flagitijs conscientia, quiete sumere, & sine rubore, ac timore manducare.

228
Euchari-
stiā male
suscipien-
tes.

Vers. XXVI. DIXIT ERGO IVDAS FRATRIBVS
suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem no-
strum, & celaverimus sanguinem ipsius?

Vers.

Vers. XXVII. MELIVS EST VT VENVDETVR ISmaelitis, & manus nostræ non polluantur. Frater enim, & caro nostra est. Acquieverunt fratres sermonibus illius.

Vers. XXVII. ET PRÆTEREVNTIBVS MADIANTIS negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt Ismaelitis viginti argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum.

VERSIONES.

Sep. Venide vendamus eum Ismaelitis istis, manus autem non sint in eum, & audierunt fratres eius. Et extraxerunt Ioseph, & ascendere fecerunt, & vendiderunt viginti aureis.

Cald. Quid lucri erit nobis, si occiderimus fratrem nostrum, & cooperuerimus sanguinem eius. Vendamus eum Arabibus, & manus nostræ non sint in eum, & obedierunt ei fratres sui, & vendiderunt eum viginti siclis argenti.

Onkal. Et paruerunt ei fratres sui. Viginti argenteis.

Oleast. Quæ impletio seu facietas erit nobis, occidere fratrem nostrum?

Orig. S. Aug. & Beda: Vendiderunt eum triginta argenteis.

Alij teste S. Ambr. Viginti quinque argenteis.

Alij. Viginti minis.

S. Ambr. Manus nostræ non sint interiectæ super eum.

Cur dixit Iudas fratribus? Scilicet: pietate motus, nam sicut inter duodecim Apostolos vnus repertus est Iudas impius, & latro; sic inter Patriarchas vnus Iudas inventus est fidelis, & pius. Hoc scilicet, inter alia, bonum est in communitate habitantibus, quod semper vnus, aut etiam aliquando plures sunt, qui nos defendant, & peccantes moneant.

Cur Quid nobis prodest? Vt suavitate iratos demulceat. En paucissimis verbis Iudas, non natu maximus, mutat enses in vincula. Intumescens æquoris rabies decumana, non muris, non aggeribus; sed arena frænatur. Littus susternendo sese fluctibus, ita eorum rabiem fatigat, vt ideo fracta relabatur; quia non frangitur. En Iudas hoc loco qua mansuetu-

229
Communitatis
modum.

230
Mansuetudo
frænatur.

rudine ab efferatis fratribus impetrat, ut fratrem educant e cisterna. Rationibus pugnavit; non iurgijs. Discamus aliquando rationem curadi Leopardos, anguesque demulcēdi.

Quid nobis prodest? Quia non possent evanescere, & blacteri de nece fratris, quam celare decreverant. Delectatio autem, ait Abul. quam ipsi consequi volebant de morte fratris sui erat, ut possent publice dicere: nos occidimus somniatorem illum pessimum; sed hoc non licebat, ideo nullum fructum consequi videbantur de nece fratris. Ita ille. Ut videas fructum vindicantis illud esse, scilicet, delectationem, & blacterationem, quam ex effusione sanguinis percipit.

Cur si celaverimus eius sanguinem? Quasi id impossibile fore suadens, nam, ut ait Lipp. Hoc suadere nitebatur Iudas quandoquidem non facile sanguis illius celari posset, de terra enim clamaret, nec se pateretur inultum.

Cur melius est ut venundetur? Quia sic, ab eorum præsentia exule Ioseph, invidiæ fomes auferebatur. Tum quia venditus, traditusque Ismaelitis, & Madianitis ab Abraham progenitis, commode, & sine vitæ periculo apud eos victurus credebatur, imo pie, & charitative ob memoriam, & fidem parentis, & relationem, coniunctionemque sanguinis tractandus. Demum maluit compedibus subijci, & servituti, quam morti destinari.

Sed ira respondet S. Chrisof. Hoc totum factum est, ait, ut etiam inviti dispensationi divinæ servirent; & facerent ea, quæ à Deo sunt prædicta. Ita ille. Sed Rupertus ait, quod sicut Caiphas nesciens, sic ipse Iudas prophetavit: melius est ut venundetur Ismaelitis Ioseph, quam occidatur; magisque sibi profuturum, si venderent, quam si occiderent, & eius sanguinem celarent.

Cur manus nostræ non polluuntur? Et hic: *Acquieverunt fratres?* Quia sic stulte crediderunt manus eorum non pollui. Vidisti pudicos, verentur ne dexteræ inquinent suas, & cor polluunt toties destinata puero nece? Tam pingui religione imbutus est livor, ut quidquid extra cædem steterit, putet blanditias esse: catenas pietatem putet, & servitutem clementiam esse credat. Adumbratur, nisi fallor, hic nostri sæculi hypocrisis. Savire lubet personatæ, fictæque pietatis;

231

Vindicatio
cruore de-
lectatur.

232

Sanguis
fusus cla-
mat.

233

Servitus
præstat
morti.

234

Prophetia
inopinata.

235

Hypocrite
manus ser-
vât, ut cor

sed ita temperat savitiam, ut hostem perdat, ne se polluat.

236
Avaritiæ
cedit livor
Auri sitis.

Cur *Acquieverunt fratres sermonibus illius?* Quia cædit avaritiæ livor; & quos nec Dei timor, nec Patris reverentia inflexit, ad mitiora consilia induxit aurum. Etenim extorquet Numus quod numen non impetrat. Non occidere Iosephum fratres, ut venderent. Exhaustere cisternam, ut crumenas implerent. Et, ut ait Lyran. cum de pretio venditionis reportarent emolumentum, consenserunt: quasi diceret: non pepercissent, nisi utilitate manente. Sitierant eius sanguinem; sed avidior, truculentior, & ardentior auri sitis.

237
Pauperis,
& nudi mi
seratio.

Vnde tanta charitas in Iuda; vnde miseratio in fratribus Iosephi sanguinem avidissime sitientibus? Ex nuditate, & cisterna veteri Perierat, nisi miser fuisset. Potuit miseria fratris efferatos invidentium mores demulcere. Fratrem appellant, quem somniatorem dixerunt. Quemque occisuri erant chlamydatum, nudatum ferite non ausi sunt. Quem non moveat, si viderit inopem nudum, & oppressum? Iudæis quidem, aut Pharisæis similes, qui Christi Domini expoliati oppressi, & vulnerati compati, & misereri nescierunt.

238
Virtus
magni
emitur.

Cur *vendiderunt Ismaelitæ?* Cur scilicet statim facta venditio, nulla interiecta contentione de pretio? Iosephum viderunt tot, tantisque contumelijs affectum, & sine querella modestum, & iustum iudicarunt, & virtuosum. Ut virtutem acquiras, ne contendas in pretio. Sic ille margaritarum emptor, inventa una pretiosa, id est, virtutibus decorata, vendit omnia, quæ habet, & nulla interposita de æstimatione quæstione, emit illam. Qui ad aromata emenda venerant, Iosephum emunt, nullum pretiosius aroma existimantes, virtute, quam in iuvene videbant splendescere.

239
Mercator
virtutem
vendit.

Dices: Non tam Madianitas, & Ismaelitas virtutis amatores, & sectatores, ut Iosephum, quia virtuosum, emerent. Ita; sed si non virtutis avidi, saltem lucri erant, quod de puero virtuoso, patienti, & modesto, rursus vendendo, se adepturos sperabant. Virtutem pretio numorum exponunt negotiatores. Vel Magistrum Iesum vendet Iudas, si negotiatione implicetur. Fuge mercaturas, ne Deum vendas.

Cur *pretereuntibus Madianitis. Vendiderunt eum Ismaelitæ?* Et postea vers. 26. *Madianita vendiderunt Ioseph?* D.

Aug.

Aug. Inquit eandem gentem in scriptura nunc Ismaelitarum nunc Madianitarum nomine appellari. Caietanus vult diversas esse gentes; sed quia inter se societatem inierant in commercio, vtriusque nationis nomine appellabant. Vel dici potest, quod Ismaelita emptum Ioseph Madianitis venderunt, & hi postea Eunucho Putipharis.

240
Venditus
ter Ioseph

Cur vendiderunt eum viginti argenteis: cum Sept. leg. *Viginti aureis*: Cald. *Viginti siclis*: Alij. *Viginti minis*. Alij. *Viginti quinque argenteis*: Origenes, S. Aug. & Beda: *Triginta argenteis*? Mystice resp. S. Aug. hic. Ioseph, ait, per consilium Iudæ triginta argenteis distrahitur: Et Christus per consilium Iudæ Iscariotis eodem numero venundatur. Quod autem à diversis translationibus non æquali describitur Ioseph venditus; sed alij dixerunt viginti, alij triginta; hoc spiritualiter significatur, quod Christus non æqualiter ab omnibus credendus, aut diligendus esset. Et quippe plus valet Christus apud eum, qui maiori cum charitate dilexerit. Sed ad litteram componi credo versiones, si cum aliquibus dicamus: Ioseph primo emptum ab Ismaelitis viginti argenteis; à Madianitis maiori pretio stimantibus viginti quinque: Ab Eunucho, qui carius emit, triginta.

241
Venditio
Ioseph tri
plex.

Cur tot actus contumelijs Ioseph non personat, non irascitur: imo nulla querimoniam, indignationis, aut minarum verba resonant, aut signa? Nudum se vidit, spoliatum, & egenum, polymita exutum, qua etiam se depravatis affectibus exuit. Paupertas enim religiosa, quasi bonorum morum Magistra, ceteras virtutes animo inserit, & nostræ fragilitatis moderatur excessus.

242
Paupertas
virtutes in
serit.

Deinde: fratres erant, qui cum iniurijs affecerant, & qui vere frater est suorum fratrum tolerat patienter contumelias, irrisiones, & proba. Nescit fraternus amor adversus fratres, etiam insolentes, & insensos insilire, nec eorum iniurias vindicare. Discamus, & nos fratrum nostrorum insidias clementer ferre; patienter tolerare, nec ullam ex persecutibus vindictam sumere.

243
Fraternas
insidias to
lerare.

Cur Ioseph viginti; Christus triginta argenteis venditur? Ne aqua servus, & Dominus stimulatione pensaretur. Cur ergo statera in ore piscis inventa æque solvitur pro Domino,

244
Dominus
maioris est
quã servus

& Petro, dicente Iesu: Matth. 17. 26. *Da eis pro me, & tē?*
 Resp. S. Hier. Quia viderant pro Petro, & Domino idem tributum redditum, arbitrati sunt Petrum omnibus Apostolis esse Prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus. Ita S. Hier. Magna Petri dignitas, vt Domino in estimatione equiparetur.

S. Petrus.

Cur se interponit Ruben, & assequitur, ne Ioseph interficiatur, & pereat: Iudas vt è cisterna educatur, nullus tamen est, qui eius venditioni, & servituti resistat, & à servitute vendicet? Quia in venditione omnes accepti pretij, & lucri participes erant, vtpote, pecunia illa inter omnes dividenda. Vbi vsura, & lucrum intervenit, nullus, vel iniuste rapientibus resistit; dummodo aliquid de accepto sibi eventurum spectet. Væ Iudicibus, & Gubernatoribus, qui ministros inferiores iniusta vectigalia exigentes, imò & rapinas exercentes permittunt, eo quod aliquid sibi eventurum clam sperent.

245
 Lucrum,
 quodlibet
 scelus admittit.

Iudices iniusti.

Agricolę videntes Filium Domini vineæ, & illius Hæredem, *dixerunt intra se: Venite occidamus eum.* Matth. 21. 38. Nullus autem tanto facinori, tantæ impietatis crudelitati resistit. Nimirum: *Habebimus hæreditatem eius;* vt spes fuit hæreditatem habendi, & omnium lucrum, & emolumentum cogitarunt, omnes consentiunt, contradicit nullus.

246
 Rapinę facile impij cōsentiūt.

Cur fratres turpi servitutis nota fratrem inurunt, suo generi probrosa, & indecora? Quia dedecus amplectitur proprium invidia, dum in visus obruatur. Deinde eadem moliti atrociorē servitutē mortem illi inferri iudicabant, si mancipium constituerint. Dicente S. Ambr. *lib. 2. Epif. 7.* Quam miserum est, vt qui nascimur in libertate, moriamur in servitute. Vnde Philo lud. *de vita Ioseph,* sic ait: Nemo autem sanus, qui non mallet vitæ, quam libertatis adire periculum. Et Amos 7. 17. *Filij tui, & filia tue gladio cadent.* Quod Gręc. sic legitur: *Captiva ducentur.* Quasi idem sit, hominem liberum mancipium fieri, ac gladio transigi. Vnde inferes quanti meriti sint, quamque gloriosum Redemptoribus manere in servitute pro aliorum liberatione.

247
 Lucrum dedecus admittit.

Servitus peior morte.

Vers. XXIX. REVERSVSQUE RVBEN AD CISTER-
nam, non invenit puerum:

Vers. XXX. ET SCISSIS VESTIBVS PERGENS AD
fratres suos, ait : Puer non comparet, &
ego quo ibo?

Vers. XXXI. TVLERVNT AVTEM TVNICAM EIVS,
& in sanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt:

V E R S I O N E S.

SEp. Revertit autem Ruben ad cisternam, & non erat Ioseph in cisterna. Et discidit vestimenta sua, & convertit ad fratres: Puerulus non est, ego autem quo ibo huc? Iugulaverunt hædum caprarum, & scædaverunt tunicam sanguine.

Cald. Mactaverunt hædum caprarum.

Pag. Et ego quo? Ego quo ibo? Hircum caprarum.

Arias. Et ego quo veniens.

Cur Reversus est Ruben ad cisternam? Quia cura, & ea maxima illi erat de eo, quem incarceratum reliquerat, ne fame periret, aut siti, ubi atrocius vitam finiret, quam si fratrum gladio transfigeretur. Hic Indices, & Gubernatores, qui facile incarcerant, nec vinctos visere, aut illis providere sollicitant; causas ita pigre agunt, ut prius inedia, longiori, & atrociori morte, confodiantur, quam eorum reatum, aut innocentiam investigent.

248
Incarcerati
visendi.

Indices
reos cito
examinent.

Reversus Ruben ad cisternam: Vbi vinctum fratrem reliquerat, hunc amasse demonstravit Ruben, & frigide sane amaret, si in periculo constitutum relinqueret. Non vere amat, nec vere amicus est, qui amici, vel demortui, vel afflicti obliviscitur.

249
Periculo
relinquere
nefas.

Cur non invenit puerum? Quia se absente, aliisque temporalibus occupationibus tradito, qui fratrum maior erat, puerum demisit intutum. Cui convenit aptare illud Lyrani in cap. 30. 1. Reg. vers. 1. narrantis impetum Amalecitarum in siceleg. Sic ait: His significatur quod in absentia Prælati à sua Dioccesi demones incendunt populum suum igne concupiscentiæ carnalis, & cupiditatis, & ducunt captivum pec-

250
Absentia
superioris
mala parit

catis irretitum. Ita ille. Ita hic, absente maiori fratre, cæteri cupiditate ducti Iosephum servituti per venditionem tradit.

251
Vestis
qua in
fratribus.

Cur *scisis vestibus pergens ad fratres*? Signum magni doloris erat, quod fratribus, ad quos statim pergens, ostendere voluit. Deinde vestes scidit, vt se expoliaret. Indecorum ducens se superindui fratre expoliato, & incerto itinere dimisso. Quis enim ferat, se bene poliri, & indui pompaticæ, & consanguineum fratrem circumcursare exutum, aut certe pannolum, & laceratis indumentis indecore, & probrose contactum?

252
Iudicium
temerarij

Cur non suspicatur Ruben Ioseph ab invidis occisum? Noluit tantum malum de suis fratribus, etiam impijs, suspicari. Quod si ab insidiantibus, & necem iam machinantibus viris, non licuit malum quid cogitare; qua ratione de bonis, & virtuosis, nec mala intendentibus, licebit impia non solum apprehendere; sed credere; & affirmare? Certe Apostoli in schola Christi docti; etiam annuntiante Magistro sui per vnum ipsorum traditione, nemo ausus est de alio, etiam de Iuda, suspicari. Quisque enim circa se consulebat, & *contristati valde ceperunt singuli dicere: Nunquid ego sum?* Matth. 22.

253
Defensio
sucepta
prosequenda.

Cur *Ego quo ibo*? Quia indecorum ipsi, & fœdum videbatur, fratrem, quem defendere constituit, ita intutum reliquisse, vt periculis subiceretur. Aut curam innocentis respue, aut semel acceptam prosequi debes, vt à te defensum omnino liberet.

254
Frater maior magis
curet fratres.

Cur *Quo ibo*? Quo cæteri, qui etiam fratres sunt, ibunt? Nimirum ille fratrum maior, & absente Patre, superior erat, qui pro sua superioritate proprius erat inferiores, & minores curare. Sic Lip. Cum maior esset natus, ait, malo præcauuisse debuerat, & à fratris odio absterruisse subiectos.

255
Errans per
richtatur.

Puer non comparat, & ego quo ibo? Quia illud maioris causa doloris erat: cum cognosceret puerum per desvia errantem periculis, quibus eruerat, rursus expositum, nesciens omnino, & dubitans qua amissum quæreret. Hic fuit dolor B. Virginis quærentis per tres dies Iesum: *Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.*

256
Iesus perditus, &
inventus.

Luc. 2. 43. Hic Mariæ Magdalenæ: *Nescio vbi possuerunt eum.*

eum. Ioan. 20. 13. Ad quod Beda ait: Hæc maior causa doloris erat, quia non habebat quo iret ad solatium.

Puer non comparet. Sunt qui dicant, apud Liranum, Ruben tantum accusatum à Ioseph, quod adnotatum manet n. 25. Tamen hic fuit, qui nitebatur liberare eum de manibus eorum. Consensit in eo quod mitteretur in cisternam, ut melius posset eum extrahere, & reddere patri suo. Nec qui aberat, in venditione convenit, & vehementissime doler. Quis vnquam suum quasi aduersarium defendit? Quis vnquã suum defensorem tanto studio persecutus est, quanto hic suum accusatorem adamavit.

Cur tanta probra in Ioseph; nudatur, sepelitur in cisterna, venditur, & ducitur in Ægyptum? Quia id egere fratres ne eum adorare cogentur, quod somnia augurabantur. Sed quis potest divinis dispositionibus resistere. Et ut S. Greg. *lib. 6. mor.* ait: Divino iudicio, quod declinare conati sunt, retinendo servaverunt. Sic divinum consilium, dum devitatur impletur. Timuerunt ne Ioseph super eos excresceret; sed hoc, quod divinitus expositum fuerat, cavendo, factum est ut eveniret.

Cur *Tulerunt autem tunicam eius, & sanguine hædi tinxerunt?* Nimirum Iacob hædorum pelliculis patrem decepit, ut benedictionem adipisceretur, per illud quidem deceptus est à filiis, per quod ipse, filius dum esset, decepit Patrem. Adimplectum hic quidem est Abdiæ vaticinium. Cap. vnic. vers. 15. *Sicut fecisti, sic fiet tibi: retributionem tuam convertet in caput tuum.* Ad quod advertit S. Cyril. Alex. Natura ita comparatum est, ut par quisque recipiat, æqualisque merces respondeat eis, quæ ab vno quoque commissa sunt.

Sic, ait Theodor. Iustissimus Iudex Pharaonem vna cum vniverſo exercitu in aquis interire voluit, propterea quod per aquam tot Hebræorum interfecit. Sic Adonibezet cum se videret cæsis summitatibus manuum eius, ac pedum, dixit: *Septuaginta Reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Iudic. 1. 7. Addit Abul. Ut ipse pateretur, in eo quod deliquit.

Cur *sanguine hædi tinxerunt?* Sufficeret laceratam ostend-

257

Inimici dilectio, & benefactor

258

Dispositio ni Dei nõ resisti potest.

259

Decipieris per quod decepisti.

260

Punimus per quod punimus.

dere? Ita; sed invidia nescit nisi cruore, & sanguinis effusi specie faciri. Ita D. Basil. *or. 8. in Ios.* In speciem cædis compositam patris offerunt manibus tunicam, quasi sine sanguine invidentiam nequeant extinguere.

Sanguine tinxerunt: vt patrem fallerent, & suum celarent crimen. Contra quos invehitur S. Chrsos. *Hom. 61.* Quid decipitis, ait, vos metipfos, o insensati! Nam licet Patrem vestrum decipere possitis, non tamen falleris Iudicem illum, qui decipi nequit. Et paulo post addit: Ita se habet mutorum desidia vt humanum timorem, & præsentis vitæ confusionem maximi faciant; in mente autem non versent terribile illud tribunal, & intollerabilem pœnam. Id omnino curant, vt effugere possint humanam reprehensionem.

Vers. XXXII. MITTENTES QVI FERRENT AD PATREM, & dicerent: Hanc invenimus: vide vtrum tunica filij tui sit, an non?

Vers. XXXIII. QVAM CVM AGNOVISSET PATER, ait: Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum: bestia devoravit Ioseph.

Vers. XXXIV. SCISSISQVE VESTIBVS, INDVTVS est cilicio, lugens filium suum multo tempore.

VERSIONES.

SEp. *Et miserunt tunicam variam, & intulerunt patri suo. Bestia mala rapuit eum. Discidit Iacob vestimenta sua, & posuit saccum super lumbum suum, & lugebat filium suum diebus multis.*

Cald. *Bestia pessima comedit Ioseph, occasione occisus est.*

Pag. *Rapiendo, raptus est Ioseph.*

Oleast. *Discerpando, discerptus est Ioseph.*

Lipp. *Laniando, laniatus est Ioseph.*

Arias. *Et miserunt tunicam versicoloream.*

Onkala. *Alligavit saccum super humeros suos.*

Cur mittentes qui ferrent ad Patrem? At quos mittunt? Alios, scilicet, qui facti inscij patri facinus non possent exponere. Sic studet infana calliditas, scelera perpetrata occultare,

tare, quæ Deo celari non possunt. Nec ipsorum aliquis de-
ferre audeat; ne aliqua in patre suspicio de illorum proditione
oriretur. Ne etiam, quod omnes recusant, legati fatalium
nuntiorum constituerentur. Exequi flagitium non horrent;
nuntiare non audent.

Cur *hanc inv. nimus*? Quasi fortuito invenerint, menda-
cium mendatio obtegunt. Sic mendaces, ut unum celent, plu-
rima agglomerant. Et ut ait S. Aug. lib. 2. *in ra advers. eg.*
Patrem decipere volentes mendacijs se redimunt, ut firment
mendacium occisionis, dicunt tunicam invenisse: Deinde si-
ne puero. Item fingunt sanguine ipsius cruentam, item dubi-
tant cuius sit; imponentes sanguinem hædi. Ita ut plura, &
verbis, & operibus fingant, ut primum mendacium redi-
mant, & defendant.

Cur saltem Ruben, vel Iudas, qui clementiores visi sunt,
non pergunt ad Patrem, ut certiore faciant de vita Ioseph?
Quia necesse erat eius nuditatem, & venditionem aperire;
fratrumque acerbiter incusare. Maluerunt Iacob, morte
filij annuntiata, affligi, quam fratres incusare, aut illius servi-
tutem, quod acerbiter ferret Pater, aperire.

Deinde: funesta Patri annuntiare horrent; quia ingenui
filij est parentibus celare ea, quæ ipsos reddat afflictos. Leo-
nem strangularat Samson in deserto, quod certe suam virtu-
tem commendaret, tamen: *Hoc patri, & matri noluit indica-
re.* Iudic. 14. 6. Iudicavit certe, si confictum cum leonibus
parentibus retulisset, recurrente in eorum præcordijs filij
periculo, angustijs cruciandos. Maluit ergo victoriam occul-
tare, quam occasionem dare tristitia.

Septem Deus Angelos mittit in Ierusalem, sex iuventur
pueros, & senes gladio trucidare: Septimus vero signare cru-
cis typo eos, qui eximendi erant à nece. Hic solum ad Deum
revertus, inquit: *Fe i sicut præcepisti.* Exech. 9. 11. Cur reli-
qui de strage à se facta nuntium etiam non reportant? Res-
pondet Theoph. Ne tristitia nuntiarent. Itaque sat Angelis
fuit divino obedire mandato, indignum nobilitate Angelica
fortasse crediderant, tristitia nuntia vel Deo ipso deferre, qui
solum de hominum salute lætatur. Christi passionem, & mor-
tem nullus Angelorum nuntiavit; eius nativitatem, & resur-

264
Mendacijs
mendacijs
tegitur.

265
Accusatio
fratrum.

266
Funesta
non nuntianda.

267
Angeli facta
nuntiant.

rectionis gloriam quam plurimi.

268
Dissimulatio
prudens

Cur *cum agnovisset pater*? Sed quid agnovit? Non tam tunicam, quam stragem filij, & prodicionem fratrum. Audi Ruper. *lib. 8. in Gen. cap. 25.* Qualis esset non omnino patrem latere poterat: Sed quid ageret? Tacendi tempus, & dissimulanti potius illi erat. Si notum sibi illam feram, id est fratrum invidiam, manifestis querellis exagigaret, maiorem in rabiem eorum dentes acueret.

269
Invidia
fera est.

Cur ergo, si cognovit, mentitur, dicens: *Fera pessima comedit eum*? Non mentitur, ait idem Ruper. *ibi.* Talis nam favitia cum leone, & vrsos; fera, & bestię vocabulo æquissime æquiparari potest. Ideo ingeminat non tantum fera; sed fera pessima; nec tantum fera; sed bestia.

270
Domestica
ignora-
mus exer-
na scimus.

Cur *fera pessima*? Quia si credit raptum à fera Ioseph plus sane lipescit quam Isaac, & caligat bonus senex in meridie. Execratur campi feras, & domi sunt monstra. De bestijs errantibus in agris facile credit vulnera inflicta ad mortem filij, de filijs invidentibus domi, & plusquam bestijs debacchantibus, nihil sibi persuadet. Sic à domesticis, licet aliunde improbis, nunquam mala acta, nec crimina committi pensamus. Pascunt fratres; sed Iacob in monstra deformatos non credit.

271
Superior
domestica
ignorat.

Deinde: venditio Ioseph non in specu, aut in occulto, in propatulo facta est. Scit senex fratres pascere in Sichimis, & nescit spoliatum, & publice venditum filium? Ira est: Videbis de minimis, externis, & longinquis conscium prætorem, rerum maximarum, & domesticarum penitus inscium.

272
Sepultura
privari
libile.

Cur *scissis vestibus indutus est cilicio lugens*? Insepultum, à feris devoratum ingemuit filium. Sic ex ore Iacobi loquitur Philo: Si tibi sepulchrum contigisset in terra propria, nec mihi defuisset solatium; officiose assedissem ægotanti, ante mortem oscula extrema expendissem morienti: mortuum lavissem lachrymis, nihilque de iustis, atque etiam magnificis funeribus omissem. Ita ille. Quasi filium lugeret Iacob honoribus sepulturæ privatum.

273
Brutis
interimi
faustum.

Lugens: Quia nulla atrocior pœna est; nulla durior afflictio, quam filium à brutis interimi, & devorari. Sic prosequitur, ex Philone Iacob. Hactenus multos labores inopinatos

tos exaltavi, in huiusmodi miserijs abunde sum exercitatus; sed nihil præfenti casu intolerabilius, qui totum animi robur subvertit, atque prostravit. Quis enim luctus potest esse maior, aut miserabilior? Totum devoraverunt bestia.

Cur, in tanta afflictione, de fratribus invidentibus non suspicatur, aut sciscitatur, aut non insilit in malefactores tamquam in vassores innocentis sanguinis? Quia aderat, in cruentata tunica, præfens, & recens trucidati filij recordatio. Ad vivam defuncti memoriam, & speciem, nec mens valet aliquid mali volvere, aut suspicari, nec de in valore iniusto vindictam sumere.

Deinde, respondet Abul. Licet Iacob viderat quod fratres odiosum habebant Ioseph propter somnia: Ipse autem rem tacitus considerabat, nec tamen potuit tantam imaginari nequitiam; nec credidit posse fieri, ut pro tam levi re, suū charissimum fratrem venderent.

Cur *Indutus est cilicio lugens*, Cum ille mortalis esset, alijque filij superessent? Quia noverat, quam iustus, & sanctus erat Ioseph; quamque nobile exemplar suæ familiæ ipsius morte deficeret. Ideoque maiori cum dolore, & scidit vestimenta, & cilicio induitur. Breviter Oleaster: Docet sanctus senex quam deplorandus sit sanctorum obitus.

Cur tanta doloris anxietatē tamquam inconsolabilis luget? Quia nullam poterat spem de filij vita concipere. Impertinenter ergo, & indiscrete sane, repetitis exclamationibus suspirijs, eiulatibusque aliqui gemunt mortem felicem eorum, de quibus pie, & congruenter credi potest, se vitam in sempiternum duraturam adeptos.

Cur *indutus est cilicio lugens multo tempore?* Quia nihil ita nos terret, & ad poenitentiam efficacius incitat, & movet, quam præpopera, & immatura adolescentis mors. Adolescens in iuventutis flore, si decidat; si cruento aliquo casu miserrime succumbat. Quid maturior ætas timere potest, si iuventus, quæ diuturna credebatur, cito perit, & tamquam flos agri illico marcescit.

Vers. xxxv. CONGREGATIS AVTEM CVNCTIS liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseverante in flectu.

Vers. xxxvi. MADIANITÆ VENDIDERVNT IOseph in Ægypto Putiphari Eunucho Pharaonis magistro militum.

V B R S I O N E S.

Sep. *Congregati sunt omnes filij eius, & filia, & venerunt consolari eum, & noluit consolari dicens, quia descendens ad filium meum lugens in infernum. Madianitæ vendiderunt Ioseph Petephrae spadoni Pharaonis archimagyra.*

Pag. Ad filium meum ad sepulchrum. Madianitæ vendiderunt Putiphar Principi Parhob, Principi Ianiorum.

Onkal. Ad filium meum lugens in foveam. Vendiderunt magistro interfectorum.

Alij. Descendam in gebennam. Principi occidentium sive mactantium.

Oleas. Potiphar custodi domus Pharaonis.

Lipp. Ministro Pharaonis principi occisorum.

Eug. Principi coquorum. Cald. Ion. Principi militum.

279

Deum peccatis lacertari nolumus.

Cur congregatis cunctis liberis eius? Scilicet: Vt lenirent dolorem Patris. Qui lugentem solari circumstant auctores sunt lachrymarum, & ærumnarum. Imago sunt peccatoris filij Iacob, qui cum abstraxissent à parentis sinu filium cordis sui, eum tamen moerere nollunt. Violamus Dei legem, & eius sponsam laceramus: attamen post tantas contumelias nec illum irasci patimur, & illi assidemus, & circumfundimur, ac si rei non essemus magni flagitij; sed maximarum Sacerdotes hostiarum

280

Lachryme afflicto permittendæ.

Mortificatur ille, & forte laceratur à te; nec illum lachrymari pateris, & illo gemiscente, indignaris. Permite sentiat, doleat, lachrymetur, suum sentiat dolorem; dum tui non

expetat vindictam. Recede, vt defleat, à te, qui afflixisti, nullam potest rationem habere. Nam, vt ait Olearter: docemur, eos qui causa mali fuerunt, non esse bonos consolatores. Vnde Iob amicis, qui eum loco consolationis exprobabant, sic locutus est: *Consolatores onerosi omnes vos estis.* Iob 16. 1.

Cur vt lenirent dolorem patris? Quia solatium debetur afflicto. Sic S. Hieron. *ad Fans.* Et si minus iucunda solatia mœrentibus, non nunquam tamen sunt necessaria. Expressius Philo *lib. de Iudice.* tamquam ex naturæ debito, ait, Misericordia debetur infelicibus. Vnde S. Greg. Naz. *de paup. amore,* ait: Magnum est infortunato remedium misericordia ex animo collata: Siquidem condolere calamitati magnopere leuat.

Cur noluit consolationem accipere? Quia ex virulento, & infano fratrum pectore, tamquam ex vrenti solo erumpebant verba consolationis. Nequibant, quamvis conarentur, solatium afferre in eorum labijs, languente ex malo animo oratione, quæ infecto ex corde dimanabat. Frustra os mella distillat, cum fervet in animo livor. Pactoli vel limus pretiosus est, cum sodomorum stupea sint vel poma. Non tam quid proferatur refert, quam vnde. Rabidum, livenisque filiorum pectus, etiam cum lac fundit, lenire nequit calamitatem mœrentis Iacob.

Noluit consolationem accipere: A filiis scilicet, à quibus, licet nihil mali suspicaretur, malum credidit ortum, quod non eveniret, si illi suo nutu, à sichimis, vbi Ioseph incolumis accesserat, non discessissent. Quod videtur innuere Lip. dicens: Noluit consolari, spiritu sibi suggerente tam dilectum filium misere perditum negligentia sua.

Cur ita lugeat Iacob, vt in infernum velit descendere, qui Nepos est Abrahæ, & Iobi Propatruus, quorum alter siccis oculis in vnigeniti iugulum gladium intendit: alter Deum laudat filiorum omnium naufragium perferens imperterritus? Quia illi mori non putant pignora sua, quoties eos aut Dominus interfecit, aut Domino interficiunt, perire credunt eos tantum, quos fatali casu suo è sinu infeliciter contigerit abripi.

Hic illi, quorum si undecimus filius in Dei domum sedat irarum, & doloris vndas iactant in cœlum. Si decem in

281

Solatium
debetur
afflicto.

282

Concilia
tor tepidus non
persuadet.

283

Negligentia
culpa-
bilis.

284

Afflicto
tanta non
est, si Deus
necet.

285
Deo facer
filius de-
ploratur
nimis.

acie confodiantur, illico in ipso lachrymarum exortu iris emicat, lætanturque oppignoratam sibi Principis benevolentiam cadaverum aggestu numerofo. Ita ne? Vnum Deo vivere non sustines filium, & decem pateris Principi hostias cadere? Orbitas est, si vnus psalat: Et, cæsis decem, non orbitatum te credis; sed sideribus auctumas coronatum? Promptus Iacob, ac Abraham, iugulare in monte Iosephum: at ferre nequijt feris devorari. Hostia sit, non præda. Opto, inquit, illum victimam esse Deo: nolo illum epulum esse terarū.

286
Dolore oc
cupatus
animus ni
hil adver-
tit.

Cur non ignarus Iacob tum livoris fratrum, tum furoris, nec in suspicionem venit fratricidij? Sciebat eos nec cædibus abhorrere, eas quippe executos in Sichen, & sævisse non semel ob somnia? Quia traditus dolori animus non potuit cogitare quod cogitandum fuerat. Sic qui locum dant afflictioni, ita præoccupantur, vt non advertant aut discurrant, quid solatij aut remedij angustijs, & malis adhibendum sit, quidque illis agendum. Præstaret lenire dolorem, & malo remedium cogitare, quam mentem angustijs obruere.

287
Pœnitētia
vera.

Cur prius scidit vestimenta; post induit cilicium? Quia verus pœnitentię dolor instrumenta dirumpit vanitatis. Non vestes deposuit Iacob; sed scidit. Noluit, vel si cuperet, in sua potestate esse, eadem in toga fulgere. Nolo tantum deponas vanitatis, & superbix vestes: aut eas laceres, egenis

288
Pœnitētia
aspera am-
plectitur.

largiari necesse est, vt in posterum pompam reparare non possis. Sed cur post, cilicium induit? Quia, si vere pœniteas, non sat est delicias exuere, nisi cilicium induaris. Et illecebrix abijciendæ sunt, & assumenda quæ cruciant. Sola enim integumenta doloris, nisi cor moereat, non templū extruunt pœnitentiæ; sed scenam excitant hypocrisis.

289
Pœnitētia
diuturna
sit.

Cur *Iugens* filium suum, multo tempore? At quanto? Per tres, & viginti annos, ait Pererius, qui transierunt, vsque quo denuntiatum est illi Iosephum superstitem. In quo insinuatur diuturnitas, & perennitas lachrymarum vere pœnitentium. Adam etiam exuvijs tectus est. Etiam Acab, & sacco amictus est, & conspersus cinere. Neuter tamen flevisse dicitur. David multo tempore, imo omni tempore, vbertate flectuum lectulum suum irrigavit. Petrus, vt respectus à Domino est, cæpit flere, nec flere destitit quo vsque crucē subjicit.

Vereor ne lachrymæ nostræ ab similes Iobi, similes sint Iudæ, qui cum uxorem suam defunctam luxisset, à funere transijt ad illecebras, & evolutus luctu voluptatum festivis implicatus est Phaleris. Et excusso cinere surrexit, vt ad tonendas oves ascenderet. Verum, ante quam deveniret ad agnos, hædos effinxit, dumque ad oves vadit, incidit in lupam. Iunctus Thamari, quam in via offendit, Phares, & Zaram filio suo profeminavit.

Cur descendam ad filium meum lugens in infernum? Circa huius loci intelligentiam variæ sunt, & multæ difficultates, & oppiniones, quas longissimâ diceptatione recenset Pererius. Legitimus sensus, quem probat, & admittit Cornelius, ille est: Propter hunc acerbissimum filij mei casum, maximo cum luctu moriar: & ita decendam in locum inferni, in quem descendunt omnes mortui, & vbi est filius meus Ioseph. Vnde liquet iam tunc priscos illos intellexisse animæ immortalitatem. Deinde: nomine inferni non intelligi semper damnatorum, vbi nec se, nec filium cogitabat descendisse. Item non posse intelligi sepulchrum, quo multi carent. Et carere credidit Iacob filium à bestijs devoratum. Cætera vide apud Pererium.

Cur illo perseverante in fletu Madianitæ vendiderunt Ioseph? Quia pietas importuna crudelitas est. Dum mortuum irrationabiliter desles compedes paras, & aggravas servitutum. Lachrymæ importunæ, & indiscretæ, flammæ sunt, quibus magis accenditur Purgatorij ignis. Si enim temperaretur fletus, animo divinæ voluntati conformi, temperaretur ignis crucians, & forte omnino extingueretur. Repressit Angelus brachium, & gladium Abrahæ siccis oculis extensum iam ad filium immolandum: Absuit lugente Iephte, dum filiam litavit, quæ cassâ est. Sic plorante Iacob, Ioseph iterum Ægyptio mancipatur.

Quid, inquires, ridere ne vis Patrem in funere filij? Non ridere iubeo, non tamen laudabo diuturniorem in Patriarcha eiulatum. Exprimat natura ad nuntium cædis suspiria, lachrymasque diffundat. At ratio, & divina dispositio, quæ res omnes gubernat, moderatur, & decernit, quasi opportunus è cœlo Aquilo, & imbrem cohibeat, lachrymas serenet,

290
Propositū
inefficax.

291
Immorta-
litas animæ

292
Defuncti
non nimis
flendi.

293
Purgatorij
ignis accē-
ditur fle-
tibus.

294
Fletus im-
modera-
tus.

& nubes dispellat. Ita, & fletus rigare potest pietatem patris, non autem obruere. Nam imbres, si semel, aut iterum in campos impluant, fœcunditati seruiunt, sin diuturnius semperve pluant ex agro paludem efficiunt.

295
Eunucho-
rum tres
ordines.

Cur *Putiphari Eunucho*, cum cap. 39. dicatur vxorem habuisse, secundum hebræos, filiam? Quia licet sint Eunuchi qui ex utero matris sic nati sunt, & sunt qui facti sunt ab hominibus, & sunt qui se castraverunt propter regnum cœlorum, ut ait S. Matth. 19. 12. *Putiphar* ex ijs non fuit; sed nomine tenus: nam certi ministri Principum Eunuchi denominabantur. Ex traditione tamen Hebræorum, ait S. Hieron. *Putiphar* emisit Iosephum ob eius pulchritudinem in turpe ministerium; ideoque, Deo vindice, virilia ei exaruisse, ut fieret Eunuchus. Id probare videtur S. Hier. & *Rupertus*, à *Cornelio*, & alijs fabulosum haberur.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESIOS,

CAP. XXXVIII. VERS. I.

EODEM TEMPORE DESCENDENS IVDAS A
fratribus suis, divertit ad virum Odollamitem,
nomine Hiram.

Vers. II. VIDITQVE IBI FILIAM HOMINIS CHANANÆI, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingressus
est ad eam.

Vers. III. QUÆ CONCEPIT, ET PEPERIT FILIVM,
& vocavit nomen eius Her.

VER.

VERSIONES.

SEp. In tempore illo descendit Iudas ad hominem quemdam Odollamitem, cui nomen Hiras.

Cald. Viditque ibi Iudas filiam hominis mercatoris, cuius nomen erat Sue.

Pag. Declinavit ad virum Hadulamitem, & nomen eius Cbirab.

Cur, quod hic primum excutiendum sese offert, interrupta Iosephi historia, quam inceperat Moses, interponit coniugium Iudæ, & incestum? Quia ut hanc historiam scriberet Moses causa fuit explanare nobilitatem tribus Iuda super alias omnes populi hebræi tribus, ex qua tot Reges, & ipse Messias generandi erant, cuius origo, ex incestu nurus cum focero, visa est Moyfi haud quamquam reticenda.

Sed cur coniugium cum fœmina gentili, & stuprum memorantur? Ut deprimeretur arrogantia Iudæorum, qui de sui generis claritate mendaciter gloriabantur. Dicebant enim Ioan. 8. 33. *Semen Abrahæ sumus, & nemini servivimus unquam.* En vtrunque mendacium; nam sapissime servierunt gentibus, tam vicinis, quam longinquis, & si semen Abrahæ sunt, ex origine tamen alienigena, & fœdo incestu. Valet etiam id ad commendandam Christi Domini humilitatem, qui, ut pro peccatoribus turpissima morte affici, ita ex turpissimis peccatoribus secundum carnem genus ducere non erubuit. Vide Ruper. lib. 8. in Gen. cap. 28.

Sic habet mortalium conditio, addit Fernandius, nullus fere invenitur, quem aliqua sui generis labe non maculet. Si profundius terram excaves, Iudææ gentis Reges ex incestu: Conditores imperij Romani ex adulterio; illum, qui sibi vane gloriatur, ex porcario; alium ex bubulco: & forte qui dominantur ex abiectis, & mēdiculis ortū habuisse invenes.

Cur eodem tempore? Quonam? Cum scilicet, & Iacob fletet, & Ioseph venderetur. Luxuria enim nec fraterni cilicij squalore, nec lachrymarum pietate, nec fraternarum horrore catenarum, aut conterretur, aut cohibetur, quin vel in Chananæas excurrat, quæratque inter hostes sponsam. Et ubi rogo amor non flagravit, si exar sit in lachrymis? Profe-

296
Nobilitas
tribus Iuda

297
Arrogantia
Iudæorum
comprimi
tur.

298
Genus nul-
lum sine
labe.

299
Amor fla-
grat in la-
chrymis.

cto exclamare cogimur: Hæc vnda ignem eruat.

300
Occupato
Patre in-
sultat filij.

Cur Iudas, afflicto, & lachrymante parente, proruit in Chananæas? Et ideo; quia fiebat longissimo eiulatu Parens, dum lachrymis, gemitibusque erat involutus. Etenim filij quoties obrutum viderint parentem, quovis animi fluctu, omnia sibi licere arbitrantur, sciunt enim alijs curis vacare non posse. En Iudas, dum Iacob videt angore detentum, & præoccupatum, divertit à fratribus, respicit Sue, ducit illam, & suscipit ex ea Her.

301
Libido ful-
gur est.

Cur vidit filiam, & statim accepit, & ingressus est ad eam? Quia vt vidit exarsit. Si ardere non vis, noli videre. Quis non miretur Iudam adeo statim exarsisse, vt nec exploratis fœminæ moribus, & genere, duxisset illam, parente inconsulto, nec consulto Numine? Porro libido fulgur est, vt emicuit, fulgurat, vnoque temporis puncto exit ab oriente, & paret vsque ad occidentem. Etenim Iudas venit, vidit, arsit, cumque domum non dum redierit, iam vir, & Pater est, Sue duxit, & Her procreavit.

302
Libido
acerbior
crudelita-
te.

Cave proinde libidinis facem; vt incidit, incendit. Diu Cain fratricidium concoxit. Iudas illico fœminæ amori succumbit. David mœcatur, & iugulat. Verum ad amplexus Bethsabeæ momento irruit, ad Vriæ vero bustum, nec post menses devenit, non modo lente; sed violenter. Ioabum geminæ proditiōis, & cædis reum, non superstes ipse David; sed mortuus interfecit. Potuit Rex tantus vltionem non differre modo; sed transferre vltra Regni, vitæque suæ fines. Velociorē ergo, ne atrociorē dixerim, crudelitate libidinem.

303
Fœcinitia,
si sit, te vin-
ciet.

Quid impulit Iudam vt abduxerit Sue ita celeriter ad Thalamum inconsultum? Non genus, nam filia hominis dicitur, cuius ignoratur nomen: Non venustas; nam nec elegans fertur, nec blanda; nec impudicus Iudas, qui fornicante Ruben, eius pudor in modum effloruit lilij. Sue nec venusta, nec prostituta. Quid ergo? Fœmina erat, & quæcumque illa sit, apta ad vincendum est. Magnes, seu levis, seu rudis sit, ferum trahit. Heliotropium solem sequitur, tum effulgentem, tum latitantem. Vt videtur Sue Iudam atrahit, & infatuat. Quam ob rem, si fœminam, quæcumque illa sit, respexeris: periclitabis.

Cur descendens Iudas à fratribus suis? Scilicet: vt ab hominibus, qui ita crudeliter cum fratre se gesserant, diverteret, foeminae vel gentili iungendus. Pluris stimans idolatram sibi copulare, quam inter crudeles, & infidos fratres degere. Iudas, ait Oleaster, qui alios à peccato averterat homicidij, hic à fratribus recedens alienigenam sibi coniungit. Quasi diceret: præstat cohabitare cum idolatris, quam degere cum falsis, & infidis fratribus.

304
Infidi fratris contubernium fugiendū.

Descendens Iudas: Quia consilium ab illo cæteri vendendi fratrem acceperant, quod ille, vt maius malum vitaret, suggessit, & illi modo videntes afflictionem, & patris lachrymas detestati sunt, & Iudam tamquam improbum consiliarium odio prosequabantur. Descendit præterea, ne etiam illorum crudelitatem experiretur, & ad gentiles divertit. En quo ducunt consilia, etiam quæ sana videntur. Caute ergo, & providenter in consiliando procede.

305
Consilium caute dandum.

Cur accepta uxore ingressus est ad eam? Ad filiam scilicet hominis idololatæ? Descendit enim à fratribus. Reliquit sancti parentis domum, & ab eius oculis recessit; illius consilij, & monitis caruit, à contubernio fratrum, qui licet crudeles, & invidi, saltem fideles erant: sic à suis semotus cum infidelibus, impurisque hominibus vitam instituit: fixit domicilium. Sic Prodigus ille, dum à paterna domo recedit, degere cogitur esuriens inter porcos.

306
Paternam domum deserere.

Cur se Iudas tot maculis foedavit, alienigenam admittens? Quia filia erat, vt legit Cald. *Hominis mercatoris* ac proinde divitis. Omne siquidem dedecus obvellat pecunia. Quot videbis illustri sanguine progenitos, qui vulgaribus involvuntur. Sed illa haud vulgaris est, imo illustris habetur, cuius dos non vulgaris; sed pretiosus, & quantitativus est.

307
Divitiæ nobiles reddunt.

Circa tempus, quo hæc, quæ in hoc capite narrantur à Moyse, evenerint, an ante, an post venditionem Ioseph, & qualiter cum historiae ordine componantur diversæ sunt, & implicatæ vndequaque difficultates, quas discutere non vacat, adeat, qui velit, Pererium, qui diffuse, vel Cornelium, qui brevius, tempus recenset, & computat, nos nostro more præsius procedamus.

308
Tempus connubij Iudæ.

Vers. IV. RVR SVMQVE CONCEPTO FOETV, NATUM filium vocavit Onan.

Vers. V. TERTIVM QVOQVE PEPERIT : QVEM appellavit Sela. Quo nato, parere ultra cessavit.

Vers. VI. DEDIT AVTEM IVDAS VXOREM PRIMOGENITO suo Her, nomine Thamar.

Vers. VII. FVIT QVOQVE HER PRIMOGENITVS Judæ, nequam in conspectu domini : & ab eo occisus est.

V E R S I O N E S.

SEp. *Et adijciens peperit filium, & vocavit nomen eius Selom, hæc autem erat in Chasti quando peperit eos.*

Cald. & Pag. *Erat in Chesib quando ipsa peperit eum. Et accepit Sebudah uxorem Her primogenito suo, cuius nomen erat Thamar.*

Pag. *Et erat Her primogenitus Iebudah malus in oculis Domini, & interemit eum.*

Oleaster. *Et erat defectus à pariendo.*

Aquil. *Et factum est ut mentiretur in partu.*

Cayet. *Et fuit ut deficeret in parere ipsam eum.*

Cur tres filios suscepisse Iudam, eorumque infelicem exitum memorat Scriptura? Ut notum sit quam fatales parturiant foetus connubium inconsultum, & sine parentum consilio, & voluntate initum. Qua propter hortatur Hamer. Dicens: Discant hic filij expectare parentes, qui melius feminarum mores noruat, deligere sibi vxores, non ipsi ignari accipiant.

Cur tam cito, *Dedit Iudas uxorem primogenito suo*, qui nondum decimum octavum compleverat annum? Tum quia apud Patres magna primogenitorum cura est. Tum quia nihil ardentius Parentes ambiunt, quam sui posteritatem.

Cur post nuptias, *Fuit Her nequam in conspectu Domini?* Quia non sopiuntur amoris, luxuriæque faces nuptiarum tædis; sed foventur. *Melius est nubere quam vri*, ait Apost. I. Cor.

Cor.

309
Connubiū
inconsul-
tum.

310
Nubendi
primogeni-
tos cura.

311
Uxorati
libidini tra-
diti.

Cor. 7. 9. ita est: Sed aliquando, ideo exurimur, quia nupli-
mus. Davi dis, & pastoris, & militis continentia prorsus chry-
stalina, quamdiu vxoribus caruit. Coniugibus circumseptus
non dedit; sed addidit intemperantiam. Her nequam
fuit postquam thorum salutavit. Neque enim libido fames
est, quæ escis expleatur: hydrops est, quæ calicibus, & flu-
minibus inardescit: Ignis est, cuius subcrefcit flamma apposi-
tione pabulorum: Felicius ieiunat, quam abstinet.

Sed quæres: quamnam fuisse Her nequitiam, seu quale
peccatum? S. August. lib. 22. contra Fauf. cap. 84. significat
fuisse crudelitatis, & sevitiæ. Alij coniectant fuisse pecca-
tum contra naturam, quod admittebat, abutens vxore extra
vas muliebri. Sed prævaluisse videtur traditio Hebræorum;
quam plures ex nostris sequuntur. Aiunt isti: Thamar fuisse
pulcherrimam, & perditæ adamatam ab Her. Qui vt diutius
illibata eius pulchritudine frui posset, sciens per gravidatio-
nes, & partus deflorescere decorem, & venustatem, in con-
grediendo effundebat semen extra vas, ne gravidari posset.
Quod securus est Cayet. & tenet Lyranus.

Quæres: quænam fuerit ista Thamar? Resp. Philo: Nata
fuit in Palestina Syriæ, educata in patria cultrice multorum
Deorum, plena statuis, & delubris, cæterisque superstitioni-
bus; sed fulgente veritatis lumine, capitis sui periculo, ad
pietatem transfugit. Duobus deinde fratribus, ambobus sce-
lestis, nupsit, & servata vitæ integritate in bona existimatio-
ne fuit, suis posteris nobilitatis exordium præbuit, & quamvis
alienigena, fuit ingenua, nec forte obscuris natalibus orta.
Hæc Philo.

Cur Dedit Iudas primogenito suo vxorem, qui ipse sibi
alienigenam inconsulto parente copulavit? Nemo ex Patriar-
chis, vt notavit Oliva, vxorem sibi delegerat, exopto Iuda,
& tamen solus ipse vxorem dedit primogenito suo. Vsq̄
adeo, quæ quisque pati non potuit, ea cæteros sustinere
compellit. Alligant onera importabilia, quæ nec digito com-
moverent.

Cur fuit Her nequam? Quia ideo in matrimonio impu-
rus, eo quod non ipse sibi; sed Pater vxorem elegit, & dedit.
Sinite Parentes, vt filij sibi eligant sponfas, quas si vos dede-

312
Libido hy-
drops.

313
Peccatum
nefandum
Her.

314
Thamar
quæ fuerit

315
Pondera
imponen-
tes, quæ
si nolunt

316
Electio
sp̄sa vxo-
rando lin-
quenda.

fitis.

ritis, vt plurimum in pellices immittitis. Non enim, quia tibi placet tiruncula, filio tuo apta est. Tu enim genus, arcamque exploras: Ille vero non thesaurum querit; sed vxorem. Permittamus, obsecro, vt faciat sibi quisque adiutorium simile sibi: alioquin, si Liam supposueris, Rachel adamabitur.

Fuit Her nequam? Quia nullis illum legimus bonis institutis instructus à Patre. Cum enim in toto hoc capite vita moresque Iudæ describantur, de Her primogenito eius hæc duo scribuntur tantum: Natus est, & dedit ei Iudas vxorem nomine Thamar. Ita ne? A cuijs ad Thalamum traducitur adolescens, nunquam timorem Domini, aut leges numinis doctus. Si Deo nunquam conciliatus, sed tantum ad sponsam conquisitus, quid mirum adulta ætate, & in connubio nequam fuerit.

Cur ergo non educatus? Noli mirari, ait Oliua, Primogenitus fuit. Nescio quo fato, & arborum, & hominum primogenita degenerent. Cain, & Ismael, & Esau; Ruben, & Her, Amnon, & Ophni, & Eliab, cæterique fere omnes in diuinis Scripturis primogeniti, non minus ortu, quam scelere in familia Principes. Nimirum educantur mollius, omnique terrenorum consiliorum sæce imbuuntur: Omnis, tum pabuli, tum cursus licentia indulgetur. Quis Primogenitum docet numen reuereri? Quis eum aris iubet aduolvi? Quis à poetarum veneno epotando absterret? Quis ab istrionibus, & fabulis abstrahit? Nemo. Tantum, ne macies, neque obesitas procreandæ soboli impedimento sit, curatur. Verbo: Veneri, generique reseruantur.

Primogeniti etiam degenerari solent, fortassis, ait Lipp. Quia primi filij non tam amore prolis generantur, quam libidinis causa, à principio vehementius ardentis. Processu autem temporis multis molestijs matrimonialibus tepescente libidinis ardore religiosiores generantur. Vnde, & illegitimi hodie quoque peiores sunt, quia non intenduntur filij; sed libido.

Cur Nequam in conspectu Domini? Quia impuritas adolescentium in conspectu hominum ludus est. Nec scelus esse putatur in adolescente scortatio. Indoles est animæ non stu-

317

Pueritia
male instituta.

318

Primogeniti debacchari permittuntur.

319

Primogeniti cur viciosi.

Illegitimi.

320

Libido adolescentibus ludeat.

pidæ iustrasse quotquot in vrbe sunt, imò, & appetere. Secus apud Deum, & in *conspetu Domini*, qui, vt iudex vivorum, & mortuorum, decernit, & non modo nequam esse pronunciat impudicum; sed occidit.

17. Cur *ab eo occissus est*? Scilicet, quem Pater non intruxerat, nec correxerat, Deus occidit. Quam insulsa clementia Parentum est, quæ dum à filiorum scapulis virgas propellit, secures in eorum iugulum atrahit. Pendet in quercu Absalon tribus confossus iaculis, quarum melior loab; sed fator David. Cum dicit: *Servate puerum Absalon*, iram Dei provocavit in filium: cui si vincula saltem destinasset, hastas forte Deus profugo non conlasset. Proflus, qui parcat virgæ, gladios parat. Vide filios Heli male correptos à Patre iuxta arcam interemptos.

Ab eo occissus est. Suspicio adolescentis Her non tunc incepisse incontinentiam; sed tunc primum post initum concubium Deo exosam. Tolerabilis, vt cumque, libido est in iuvene, qui caret coniuge; scelus vero est, quod Deus per se morte punit, non expediri ab scortis, nec alienas respuere, cum propriam acceperis sponsam. Quam grave flagitium, thori sanctitatem quaterere, quam Deus imaginem esse voluit initi cum Ecclesia foederis! Merito proinde, & nequam dictus Her, & occissus est.

Cur *nequam in conspectu Domini*, & *ab eo occissus est* quod etiam dicitur de Onan vers. 10. Scilicet *percutit eum Dominus*? Quia eorum flagitia adeo fæda, & detestabilia erant apud Deum, vt eorum punitionem per se exequi decreverit. Tum etiam quia, si iudicibus, & ministris vindictam impudicitæ relinqueret, impuniti manerent scelerati, deprecationibus, & interpositionibus cognatorum, & amicorum, quasi innocentes liberarentur. Vix enim filij potentium, & nobilium delicti convincuntur, nec castigantur.

Cur *in conspectu Domini*? Quia vidente Domino vterque peccavit. Sane, si Principes suis civibus adessent, præessentque vrbibus, tot minime essent flagitia in vltra in provincijs suis. Sed venationi, & oblectationibus sese autumant auguratos non Regno. Suas Prætores patiuntur ornari ædes, si cervum illaquearint, cum interea tota liberi provincia va-

321
Filius inco-
reptus à
Deo puni-
tur.

322
Adulteriū
à Deo pu-
nitur.

323
Deus per
se vindictā
sumit.

Potentēs
vix casti-
gantur.

324
Reges de-
licia nos-
cant, & pu-
niantur.

gentur grassatores. Vestrum est, Principes, si vices numinis inter homines agitis, non aprum figere; sed suffigere siccatiū.

Dicitis: paucis diebus, aut foris, à civibus ablumus: fateor.

325
Princeps
assidue vi
gilet.

At grassatoribus divagantibus, dum vos rus vocat, aut theatrum destinat, aut thermæ mergunt, ita latrunculi fallunt, vt dum vos luditis, vobis illi imperium suffirentur, & regnant, devastantque omnia. Vnius horæ spatio sol terræ interpositu lunæ interceptus, quale plantis, hominibusque nocivum indicit. Languent omnia, pallent olera, poma corrugantur, agri moriuntur, sani contabescunt. Tantam ciet tempestatem, & confusionem, non ereptum sidus mundo; sed tantillo temporis spatio interpellatum. Sic Provinciæ languescunt, quibus suum nunquam adest fidus, meris nugis occupatum.

Vers. VIII. DIXIT ERGO IVDAS AD ONAN FILIUM suum: ingredi ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo.

Vers. IX. ILLE SCIENS NON SIBI NASCI FILIOS, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.

Vers. X. ET IDEO PERCVSSIT EVM DOMINVS, quod rem detestabilem faceret.

V E R S I O N E S.

SEp. Intra ad vxorem fratris tui, & duc eam vxorem. Cognoscens Onan, quia sibi non erit semen, quando intrabat ad vxorem fratris sui effundebat super terram, ne daret semen fratri suo: malum autem apparuit coram Domino, & mori fecit etiam hunc.

Pag. Et affinitatem contrahere cum ea. Corrumpebat se super terram displicuit coram oculis Domini quod fecit, & interfecit etiam ipsum.

Cald. Cognovit Onan quoniam non nomine eius vocaretur semen, & quando ingrediebatur ad vxorem fratris sui corrumpebat viam suam super terram, vt non suscitaret semen fratri suo.

Onk. Operam dedit vt ingrederetur ad vxorem fratris sui.

Olcalt.

Oleast. *Sororiam eam effice, surge fac semen fratri tuo. Cor-
rumpere faciebat terram.*

Cur iubetur Onan ingredi ad vxorem fratris sui, cum non dum lata fuerit lex, quæ plus ducentis triginta annis data est per Moysen Deut. 25? Quia id fiebat, non ex præcepto; sed ex more, consuetudine, & traditione maiorum, quam ex divina inspiratione primam habuisse originem non temere existimatur. Voluit enim Deus Patriarchas illos populi Dei multa observasse, eorum, quæ postea per legem præscribenda erant, quo maiorum suorum, molliora ipsis, & leviora legis præcepta fierent.

326

Leges sta-
biliendæ
iuxta mo-
res.

Cur id permistum ante legem? Respond. Oleaster: Indulsiit Dominus in hoc desiderium hominum, quia vidit propensos, ut post mortem suam similem sibi relinquerent, qui eorum gererent, personam, & cum mortuus re vera esset, mortuus non reputaretur; sed vivus.

327

Pater mor-
tuus vivit
in filio.

Sed dices: interdictum tale connubium in Levit. cap. 18. imo, & punitum cap. 20. 21. ubi dicitur: *Qui duxerit vxorem fratris sui rem facit illicitam.. Absque liberis erant.* Resp. Caiet. Secundum legem Mosis illicitum erat tale connubium absolute loquendo; licitum autem, imo præceptum, in eventu quo frater defunctus fuisset sine filio. Vnde ducere vxorem fratris, qui liberos haberet, omnino illicitum erat.

328

Connubiū
cum vxore
fratris.

Et forte introductus est mos ille apud illam gentem, & generosum populum, & postea lata lex, ne vidua ducta semel ab illustri sui generis viro, iungeretur post vulgari aliquo, aut ignobiliori, seu alterius religionis homuntioni, quod apud illos dedecus, & ignominia toti stirpi erat. Quod autem viduam liberos habentem popularis duceret, hoc inconueniens non erat, cum in filijs seruaretur primum totius generis decus, & honor.

329

Vidua si
eigat vul-
garē, dede-
cus prio-
ris est.

Cur ille sciens non nasci sibi filios, &c? Livoris hic insinuatur, & demonstratur malitia in Onan erga fratrem. Et vnde in Onan livor? A Iuda patre eius. Invidit Pater, fratremque Ioseph distrahit, & longe expellere suasit, ne, quam somniarat, felicitatem assequeretur, hoc inseruit virus in filia Onan, qui invidit fratri suo Her, noluitque ei filios suscitare. Ergo etiam quæ nescierunt, nec viderunt filij paren-

330

Vitia pa-
tris cum
sanguine
transfundū-
tur filijs.

tum scele ra imitantur. Nolo dicas procul, & abscondite à filijs prolabor. Iudas non modo procul; sed non dum nato Onan, invidit fratri. Et tamen vitium cum sanguine transfudit in filium.

331
Invidus in
honoratur
ne invisus
honoretur

Sciens non sibi nasci filios: Quia hoc livor præstat, ut invidus in honoratus maneat, ne honoretur invisus. Sic locutus Oleaster: Qui non curat aliena, perdit propria; nam quia iste noluit fratri filium gignere, proprijs destitutus est. Ita ille. Vnde Onan honore fœcunditatis destituitur, ne suscitaret honorem fratris, & nomen.

332
Se dâmat
vt alijs nō
prosit.

Cur ne liberi fratris nomine nascerentur? Quia detestabilis, & incredibilis est malitia, quam parit invidia, ut invidenti noceat, & alteri non prosit. Sic locutus Abul. Ecce quanta iniquitas invidiæ, ut filios nomine fratris non gigneret, rem tam detestabilem exercebat, profecto magna invidia erat sibi nocere, ut alteri non prodesset.

333
Invidia fe
rox.

Ferox appellat hoc invidiæ genus Oliva dicens: Tu vero vide quanta sit invidentiæ feritas. Non modo viventem fratrem insequitur; sed ne defuncto prosit, inficit nasciturum; sed ipsum pervertens infantis conceptum, non solum florem elidit in germine; sed evertit in semine. Inventum est quomodo pereat, qui nec satus est. Detestabile sane flagitium, ne mortuo prolis, oboesse non dum concepto.

334
Operarij
invidi.

Ne liberi fratris nomine nascerentur: aliter acturus, si suo nomine orirentur. Satanæ armentarium hic patet. Hinc iræ, rixæ, dissentiones, & doli. Non curamus quam plurimos in Evangelij lucem edi filios, si eos non à nobis nasci existimamus. Vide quod sic promissa Abrahæ sidera propagabuntur: Dei cultus invalescet: Patriarcharum genus dilatabitur. Video, sed Her nominabuntur. Nolo nascantur, qui nomine meo non nascuntur. Malo semina in litus spargere, quam fratris agrum fœcundare. Præstat laterem rigare, quam Thamar. Humaniores certe plantæ. Pruni si ex amygdalo inferatur furculus, ita eum amplectitur, & fovet, ut succum omnem, seque in amygdalum transfundat, sui prorsus immemor generis, dum alienum nutrit. Nos vero quidquid nobis non nascitur, non modo non florere, verum nec nasci patimur.

335
Contionâ
tores inv
di.

Cur exprimit Scriptura, quod *semen effundebat in terra?*
 Ut agnoscat deformitas, & malitia mollitiei, seu voluntaria pollutionis, qua foedantur impuri, & ita execrabilis, & Deo invisa agnoscat, ut acerba morte, per impuros carnifices violenta, vitæ privatione puniatur.

336
 Pollutio-
 nis malitia

Cur *id circo puniuit eum Dominus?* Scilicet non per se, sed per malignos spiritus, non quosvis; sed per illos, qui, ut viliores, & impuriore, immunditijs ac libidinum sordibus oblectantur. Sunt enim inter dæmones, qui ad luxuriam promovere animos, tamquam quid foetidum, vilissimum, & abominabile dedignantur. Punitus ergo creditur Onan per Almodæum, horum ministrorum principem. Ille enim est qui libidinosos Saræ viros suffocatione, aut alio supplicio, interfecit.

337
 Pollutio
 puniuit à
 dæmone.

Sed quo mortis genere percussus? Eodem quo frater, ait Ham. ijs verbis: Dessevit in vtrumque fratrem divina ira, haud dubio, ob parem noxam; dignum enim erat, ut quos idem reatus cōstrinxerat, eos etiã germana pœna plecteret.

338
 Dæmones
 ad luxuriã
 tentare de
 dignantes.

Cur tam cito puniuntur, & quasi repentino supplicio violentæ mortis toluntur? Quia simili flagitio irretiti desperata est emendatio. Audi Toletum Cardin. in summa, sic loquentem: Est hoc peccatum difficillimæ emendationis, quia occasio fere semper est cum homine, & est adeo vniuersale, ut crediderim maximam partem damnatorum hoc infici peccato.

339
 Par peccū
 pari sup-
 plicio pu-
 nitur.

Audi etiam Cornelium à Lap. qui scitans benedictum in sum. Casuum, & ex hoc alios, mirum est, & formidabile, quod de hoc peccato tradit, sive revelatione, sive experientia acceptum: quod scilicet ij, qui tot annis, quot vixit Christus, puta triginta tribus, in hoc pollutionis peccato perseverant, sint incurabiles, & quasi desperatæ salutis, ni mira, rara, & extraordinaria Dei gratia eis succurat, eosque convertat.

340
 Polluentes
 se difficile
 curantur.

Quares: vter fratrum gravius peccaverit? S. August lib. 20. contra Faul. cap. 84. significat peiorem fuisse Her quam Onan; quia ille fuit malignus, & sævus, & peccavit nocendo. Hic vero peccavit prodesse, & iuvare nolendo. Et quoniam in malo peior est qui nocet, quam ille qui non prodest:

341
 Polluētes
 diu, incu-
 rabiles.

342
 Her pecca-
 vit turpius
 Onan,

ideó prior frater dictus est malignus, & sævus, de altero dictum est, quod fundebat semen in terra.

343
Onan gra-
vius pec-
cavit.

Verum Pererius censet gravius peccasse Onan; quia Scriptura gravioribus verbis arguit huius factum, nam Her appellat nequam; Onan vero detestandum, *quod rem detestabilem faceret*; hoc enim gravioris criminis nota est. Deinde Onan fratris sui supplicio deterreri debebat à peccando. Ex quo licet æstimari quanta fuerit eius malitia, qui, posita ante oculos fratris vindicta, simili, vel etiam maiori peccato non se abstinerit.

344
Libido scē
dissima.

Quam vero foeda, atque abominanda sit hæc turpitude, ipsamet omnium conscientia mortalium contestatur. Martialis, quamvis impurus poeta, hoc flagitium acerbissime detestatur scribens ad quendam, potius sue in quam hominem, nomine Ponticum lib. 9. Epigr. 42.

Hoc nihil esse putas? Scelus est, mihi crede, sed ingens,
Quantum vix animo concipis esse tuo.

345
Supplicio
non emen-
datur alie-
no.

Cur Onan, & à Deo percutitur, & facinus eius detestabile proclamatur? Quia ductus livore eam foeditatem amplexus est, ob quam, tam severe punitum, imo, & occisum viderat fratrem. Divinam contemnit iustitiam, qui ea impudenter committit, ob quæ, alios videt à Deo punitos. Debuerat perditissimus adolescens suo crimini Her à Deo iugulati monumentum obijcere. Verum cœli contemptor, & Numinis, per fratris cadaver; per quæ necati cinerem, viam egit ad flagitium.

346
Culpa pa-
teat dum
damatio
imponitur

Cur advertitur quod fuit Her nequam, & Onan quod rem detestabilem faceret? Ut manifestetur divinæ ultionis iustitia, quod debet Princeps imitari, alioquin disidiæ argueretur, si noti sceleris sit supplicium ignotum: aut sævus conclamabitur, si iugulati cadaver iaceat, & ignoretur crimen. Libido sæviendi est, & furor iugulandi, si proferre non possis supplicij argumentum. Vel Pilatus Cruci Domini causam mortis inscripsit. Horret vrbis visis patibulis, & invisis criminibus. Ideo vel more, vel legibus sancitum, ut voce præconis, & personante tuba, declamentur crimina illius, qui vapulat, vel ducitur ad patibulum.

Huius æquitatis, nec rudi piscat ores ignari. Sed viso cæco

exclamavere: *Quis peccavit hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur?* Ioann. 9. 2. Censuerunt enim, nec naturam quidē multas, aut pœnas sine flagitio imponere libere potuisse.

Cur Rem detestabilem fecisse scribitur Onan, quod non dicitur de Her. Quia hic ob intemperantiam deliquit: ille præter intemperantiam, scelus admisit invidiæ, livor enim illum ad turpitudinem rapuit, ne scilicet liberi fratris nomine nascerentur; peccatum peccato adijciens. Detestabilis omnino creditur, qui ex malitia livoris ita infurgit in fratrem.

Verf. XI. QVAM OB REM DIXIT IVDAS THAMAR nurui suæ: esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres eius. Quæ abiit, & habitavit in domo patris sui.

Verf. XII. EVOLVTIS AVTEM MVLTTIS DIEBV; mortua est filia sue vxor Iudæ: qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Tamnas.

Verf. XIII. NVNTIATVMQVE EST THAMAR quod focer illius ascenderet in Tamnas ad tondendas oves.

V E R S I O N E S.

SEp. Sede vidua in domo Patris tui, donec grandis fuerit Selom filius meus, dixit enim: ne forte moriatur, & hic sicut fratres eius. Abiens autem Thamar sedit in domo patris sui. Multiplicati sunt dies mortua est Seva, & consolatus Iudas ascendit ad eos, qui tondabant oves eius, ipse, & Iras pastor eius Odollamites in Thama.

Cald. Ipse, & Hire socius eius Odollamites.

Onkal. Ascendit ipse, & Hirah amicus eius adullamites in Tamnath.

Oleat. Post multos autem dies pœnituit Iudam luctus.

Cur dixit Iudas Thamar nurui suæ? Quia inter se amicaliter loquebantur, quin Thamar conquereretur de thoro

Fœmina
occultet
crimina
confortis.

illicite violato, nec de iniuria à duobus filijs accepta. Fœminæ enim nobilis, & modestæ est similia occultare, nec defectus virorum, vel conquerendo divulgare, aut, vel propinquis aperire.

Vidua in
domo pa-
tris sit.

Cur esto vidua, seu vt Sep. *Sede vidua in domo patris tui?* Resp. Oleast. Nullibi vidua securior est, quam in domo patris, & putarem illius temporis consuetudinem fuisse, viduas iuniores post virorum obitum in domos patrum remitti.

Vidua nõ
vaget.

Sed cur *sede vidua*? Quia vidua debet domi, vel suæ, vel parentis sedere; non concurrare, vt honestatem, & decenciam, & devotionem sui status seruet. Exemplum sequuta illius celebris in Scriptura viduæ, Iudith scilicet, quæ, vt ait textus, cap. 8. 4. *Erat relicta vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.*

Vidua con-
fortia ho-
minum vi-
det.

Cur apud se non retinet Iudas nurum? Quia apud patrem honestius degit vidua, quam apud socerum, præcipue si filij, aut adolentes alij sint in domo soceri. Nos patimur mistas ephebis puellas: credimus frigere, aut rigere ceram interfices. Hinc non raro vtricas pro lilijs excolimus, lupasque facimus, dum turtures educamus. Non simplicitas; sed amenitas est, sperare, quod flos vireat in medio carbonum ignitorum.

Timor sul-
pectus rei
ciendus.

Cur *timebat ne, & ipse moreretur*? Quia ibi trepidabat vbi non erat timor. Metuebat Iudas ne Sela moreretur, si vellet fratri hæredes suscitare; cum ideo Onan perierit, quod excitare noluerit sobolem fratri suo. Vt vivat Sela, non ingrediatur ad eam, eventus omnes in natura refundit, nulla inquisitione facta flagitij. Tolle scelus, & tutus erit: Tolle periuria, & fulgura in rores liquabuntur. Non est Iuda quod Thamarem reformides: Nequitia, non thalamus, perdidit impudicos.

Nurus so-
cerum re-
veteatur.

Cur *habitavit in domo patris sui*? Vt notetur filialis reverentia Thamar erga socerum, cuius nutui diligenter paruit. Ni dicas eam illico recessisse, vt socerum ad sibi iungendum Selam filium obligaret. Nihil enim fortius proborum virorum voluntatem trahit, quam si fœmina in penetrabilibus domus recepta modeste degat. Mansuete tulit, ait S. Chris. Non eligens aliorum connubia; sed amans viduitatem,

tem, & tempus congruum expectans, festinabat enim vt filios procrearet ex socero.

Cur voluit Iudas nurum intra patris domum recludi, & differt filium tradere? Timuit, ne culpa Thamaris filij cecidissent. Falleris, sua ipsorum nequitia ceciderunt. Sed quod culpæ est, semper ex nostris non credimus, & alijs applicamus. Incepit Iudas dubitare, ait Abul. aliquid putans, aut saltem timens, quod aliquod infortunium, vel peccatum Thamar erat occasio mortis virorum, vel saltem ipsa præstabat occasionem.

Cur: *Qui post luctum consolatione suscepta?* Cur scilicet, tam cito de amissa vxore consolationem accepit? Respond. Abul. *Quia non decet virum magna tristitia.* Pias lachrymas ad funera amicorum effundere, ad quemlibet probum pertinet, sed magno tempore in luctu permanere virilem maiestatem non decet; quia pusillanimitatis indicium est.

Tam cito consolatur: quia vitæ nobis dispendium magnum foret, si pro quæ quotidie nobis eveniunt in hoc miserabili sæculo tempus lachrymarum prolongetur. Assidue nos dolores, & angores affligunt: nos cito consumpturos nisi aliqua modificatione temperarentur. Vanum est pro temporalibus irreparabilibus diu angere. Sed audi S. August. *ser. 11. ad frat. in erem.* Cupis semper vivere? Depone fletum pro terrenis, noli plorare quæ mundi sunt, & quæ necessaria sunt evenire: depone fletum pro terrenis.

Cur *ascendebat ad tonsores ovium suarum?* Quia vt notat Lipp. in tonsione ovium maxime iucundabantur accedentes, convivioque excipiebantur, vt in lib. Reg. de Nabal, & Absalone narratur. Ascendit ergo Iudas vt dolorem animo inhaerentem expueret. Ad tonsores igitur Iudas, ait Lipp. exijt consolationis gratia, post amissam vxorem, vt convivio lætus interesset, & epulis.

Descendit deinde ad tonsores: *Quia anxietates huius vitæ lucro divitiarum temperantur.* Acceptus quæstus pharmacum est, quo animi angores comprimuntur, & oppressiones cordis curantur. Ad tonsores descendit Iudas vir primarius, vt lana tergantur, & exciccentur oculorum lachrymæ. Moriatur Sue vxor nunquam iam foetus conceptura, dum

355

Culpam
nostrorum
in alijs re-
fundimus.

356

Vir diu
nō lachry-
metur.

357

Tempora-
lia non
stenda.

358

I lætus con-
vivio pla-
catus.

359

Percunia
angores
lenit.

oves Iudæ lanas ad incrementum pariant.

360
Amici ap-
ti ad sola-
tium.

Cur *ipse*, & *Hiras opilio gregit Odollamites*: seu vt Cald. *Socius eius*: seu vt Onkal, *Amicus eius*? Quia in afflictionibus socijs, & amicis vti ad consolationem debemus. Nam vt ait Oleast. Nihil melius in tristitijs amicorum societate.

361
Vidua
contineri
difficile.

Cur *nuntiatum est Thamar quod jocer illius ascenderet*? Vix post luctum pedem admovit Indas, cum rescijt Thamar, etiam domi parentis reclusa; quia viduitatem pertesa ea diligenter scire inquirebat, quæ ad excutiendam moestitiam, & solitudinem sibi possent suffragari. Difficile enim vidua, experta coniugij voluptatem, se continet. Quare laudatur in iplis stabilitas dicente Tertul. *lib. ad vxor. de nup. cap. 4.* Nihil ergo viduitati apud Deum ob signatae necessarium est, quam perseverare.

362
Mala cito
nūciantur.

Cur *nuntiatum est quod descenderet in Thammam*? Quia illud citissime à quovis nuntiat, quod ad fovendas, nutriendasque animi affectiones conducit. Illi blandiri nobis videntur, si quæ appetimus, aperiantur. Forte si ad defunctæ vxoris exequias, vel ad sacrificandum descenderet, nemo nuntiaret. De ijs cito certiores effimur, honesta sint, nec ne, quibus animus noscitur propensus, & addictus.

363
Thamar
excussatur
à culpa.

Quæres vtrum reprehensibilis sit Thamar in hac sedulitate, & cura, turpe siquidem facinus aggreditur? Respondet Fernandus, hic: In eo laudabilis est; quod non ex alia quam ex Abrahami stirpe prolem expeteret; in eo etiam quod non ad libidinem; sed ad prolem coniungi vellet marito, vt sterilitatis opprobrium vitaret. Neque quod ad iustam, & legitimam coniugij voluptatem, vt ita concupiscentia medeatur culpari mulier debet, cum ad prolem, & remedium concupiscentiæ, à Deo sit coniugium institutum.

Vers. XIV. QUÆ DEPOSSITIS VIDUITATIS VESTIBUS, assumpsit theristrum: & mutato habitu, sedit in bivio itineris, quod ducit Thammam: eo quod crevisset Sela, & non eum accepisset maritum.

Vers.

Vers. XV. QVAM CVM VIDISSET IVDAS, SVSPI-
catus est esse meretricem : operuerat enim vultum
suum, ne agnosceretur.

Vers. XVI. INGREDIENSQVE AD EAM, AIT: DI-
mitte me vt cocam tecum : nesciebat enim quod nu-
rus sua esset. Qua respondente: quid dabis
mihî vt fruaris concubitu meo?

V B R S I O N E S.

SEp. *Auferens vestimenta viduitatis, adornavit se, & sedit*
ad portas Aneon, quæ est in transitu Tamna. Vidit enim
quia grandis factus est Selon, ipse autem non dedit eam illi
uxorem. Putavit scortum esse operuerat enim faciem suam.
Declinavit autem ad eam viam, & dixit ei, finito me int- a-
re ad te.

Cald. *Se pallio operuit, & ornavit se. Permite obsecro vt in-*
grediar ad te, & dixit ei: quid dabis mihî vt ingrediaris ad me.

Onkal. *Operuit se peplo, & ornavit se, & sedit in diuisione*
fontium, quæ est iuxta viam Timnath, quoniam vidit quod
adolvisset Sobelach.

Oleaff. *Operuit se velamine, & mansit in ostio Henaim. Da*
queso vt nunc ingrediar ad te.

Arias. *Operuit se in velamine, & involuta est.*

Lipp. *Operuit se theistio, & textit se, & sedit in propatulo, seu*
in ostio oculorum.

Calet. *Et sedit in porta oculorum, quæ est iuxta viam Thimah.*

Pag. *Declinavit ad eam de via, & dixit: affer queso, ingrediar*
ad te.

Cur depositis viduitatis vestibus? Quia antiquum fuit vi-
duas lugubri, & modesto habitu circumamici, quod modo
fere inusitatum est, cum viduæ sic induantur, vt vix eius sta-
tus in multis habitu dignosci possit. Hic insinuat air S. Au-
gust. in quest. in Genes. etiam temporibus Patriarcharum
certa, & sua fuisse vestimenta viduarum, non utique talia
qualia coniugarum. Et addit Lipp. Aliquas hoc loco vi-
duas reprehendi, quæ nostro tempore non coniugarum;

364
Viduarum
habitus.

sed turpissimarum induunt vestimenta meretricium.

Cur *assumpsit theristrum*, seu vt Onkal. *peplo se ornauit?*

365
Vestes fœ-
minæ ad
provocan-
dum.

Non solum, vt se operiret; sed vt pompatice incederet, ad quod maxime propensæ sunt fœminæ, quandoque, vt homines illaquent. Audi Lud. Gran. *in sua silua*: Nimia diaboli arte fœminæ viros decipiunt, ille namque omnes curas, & cogitationes suas, omneque studium, & tempus in hac re insumunt, vt se comant, & ornent, formamque ipsam, quantum possint, speciosissimam reddant.

Cur Sept. & Cald. alijque legunt: *Et ornauit se*. Onk.

Peplo. Arias: *Velam ne?* Quia omnes illos ornatus sumpsit quibus posset focerum allicere. Sic idem de ornatu fœmineo loquutus: Vt spectantium oculos ad se trahant, tot velut armis pugnant, quot ornamentis; sensus omnes, & omnia corporis sui membra depingunt, nihil enim nihil incomptum, & inornatum relinquunt, atque ita modis omnibus libidinis affectum per se satis à corrupta natura incitatum, vehementius incendunt.

366
Vestes pō-
patice ar-
ma fœmi-
narum.

Cur *sedit in bivio itineris*; seu vt Lipp. *Sedit in propatulo* fœmina nobilis, duorumque virorum vxor, vt meretrix haberetur? Respond. Oleast. Quia nihil est quod non ausit fœmina libidine tacta.

367
Libido fœ-
minæ om-
nia audet.

Eam tamen excusat Theodoretus, ita loquens: Illustre admodum erat Abraham genus ob suam in Deum pietatem, quod optime sciens Thamar, non libidine; sed prolis desiderio inducta; neque enim postquam peperit ab alio cognita est, coacta est habitum meretricium sumere, vt vel ex hac ratione filium generaret.

368
Thamar
excusatur.

Cur *Eo quod creuisset Sela*, & non eum accepisset maritum? Vt ipsam Scriptura Thamar excuset, quæ, cum diu expectasset, & Selam videret adultum, & nubilem; nec sibi vellet copulari, tale facinus aggressa est. Sic Theod. Simul focerum vidit nuptias minoris filij trahere in longum, ne maritus ille moreretur, furtim tentare coacta est, quod palam non audebat.

Ex Scrip-
tura.

Cur *Quia cum vidisset Iudas suspicatus est esse meretricem?* Tum quia libido illico promptissima est suadere, & suspicari, quod possit fomitem suæ impuritatis fovere. Tum quia

369
Vestis pō-
patice in-
famat.

quia vel honesta aliunde foemina, si vane procedat, & veste, aut pompatico habitu induatur, impudica censetur. Vide quam proprio decori noceant vestes, & ornatus inordinatus foeminarum. Favet Abulensis dicens: Quilibet enim ex suo habitu iudicatur, donec probetur contrarium.

Dices sunt foeminae, quae ad sui ornatum, praeter vllam depravatam mentis intentionem, poliuntur. Ita, permitto, sed de ijs etiam loquitur S. Hier. ad Nepoti, Dicens: Si mulier se ornaverit, & si vultus hominum in se non provocaverit, & si inde nullum sequatur damnum, iudicium tamen patietur, quia venenum attulit, si fuisset qui biberet.

Cur operuerat vultum suum ne agnosceretur? Quia multa velata facie aggredimur, quae non auderemus aperta. Deinde peccatum in se ita deforme est, vt qui illud committere molitur, nolit agnosci, ita vt faciem vellare, aut tenebras noctis, aut domus intestina abdita ad illud perpetrandum inquirat.

Cur dimitte me vt coeam tecum? Foemina erat, licet obvelata facie. Deinde meretricem illam suspicatus est Iudas, & facile credidit vincendam ad lapsum, ideo illico aggressus est. Cave foeminas, quas inter periclitabis, quas si faciles ad vitia, promptasque apprehendas, deprenderis facile, & miserime rues.

Cur foeminam appetit incognitam, & quae vultum suum operuerat? Quia non sola pulchritudo pellicit; sed etiam quae non apparet facies facies subijcit. Et foeminae vultus, vel absconditus, atrocior igne, & ardentior est. Hic cinere sopitus non vrit: ille vel obvellatus inflammat, & erumpit, vt Ethna. Miraris Iudam videntem Sue filiam accepisse? Mirare potius vellatam adamasse, & appetijisse.

Cur Iudas vix excusis lachrymis, in luctu, conspersus adhuc cineribus defunctae vxoris, duorum filiorum strage nuper afflictus, ovibus tondendis distentus, tamen incognitam appetijt? Vt inde noscas quantus sit luxuriae debacchantis furor, qui tot curis, anxietatibus, luctu, & cineribus circumdatum Iudam, cohiberi à coitu cum scorto non potuit.

Miraris duos è senioribus populi insilijisse in Sufannam? Miror ego Abrahæ Nepotem ad Thamarem divertisse. Illi

370
Vestes pò
paricæ sē-
per dāna
biles.

371
Facie vel-
lata quidli
bet aggre-
dimur.

372
Foemina
Provocat.

373
Vultus fœ-
minæ abs-
conditus
lædit.

374
Furor lu-
xuriz.

375
Luxuria in
non cogni
tā fertur.

enim nudatam amavere: hic coopertam deperijt. Illi in viri-
dario dedere manus: hic à sepulchro transfijt ad lupanar. Illi
denique absque arbitris invasere pudicam: Hic propalam
oppigneravit scorto armillam, & baculum. Diluite iam facies
filix Babylonis, plane miseræ. Licet sine purpurisso atque
cerussa irretire filios Iacob, & Abrahæ. Non videtur facies
Thamar, & Iudas mœcatur.

376
Libido lan-
guet ad
cogitatio.
né mortis.

Cur, vt Iudam pelliceret Thamar, deposuit viduitatis
vestes; facilius eam appeteret, si viduam ex vestibus cogita-
ret? Timuit, ait Oliva in *ap. 9. lib. 1. in Esdra, fol. 94.* ne fu-
neris insignibus avocaretur Socer à thoro. Ita distrahit à vo-
luptate representatio funeris, & sepulchri. Ne propterea mi-
reristarde concepisse Rebeccam, eaque vir Isaac vti quasi
coniuge, posse. Nimirum: *Introduxit eam in tabernaculum*
Sara iam inibi mortuæ. Haud mirum ergo si vix concepit,
quæ ibi nuptias dedicavit, vbi expiraverat Sara. Impotens
inter cineres voluptas, etiam licita est, enervisq; ad amplexus.

377
Mors no-
strorū nos
non emen-
dat.

Cur in funere vxoris, filiorumque strage, debacchatur
Iudæ voluptas, cum ad eam subigendam ita fortis sit arma-
tura memoria cineris, & sepulchri? Quia in nostrorum fune-
re, non mors animo, & mente volvitur; sed officiorum, salu-
tationumque nundine instituuntur. In sepulchri, tumuli, fu-
nerariæque solemnitatibus tota cura impenditur; in admit-
tendis amicorum condolationibus; in conscribendis fatalis
nuntij epistolis tota pervertitur, & insumitur mentis atten-
tio. Fallitur temporis opportunitas, & salutaris evolat medi-
tatio. Hinc fit, vt ferè nemo suorum morte sanctior evadat.
Invaluere satanæ artes, quibus, in his polyticipis occupationi-
bus, & ceremonijs mortis memoria expugnetur, & aboleatur.

Funerariæ
impediunt
fructum.

378
Vi, fœmi-
nā habere
probrum.

Cur *dimitte me vt coeam tecum?* Quia noluit eam per vim,
& invitam construpare. Indignum quidem est, & probosum
coram Deo, & hominibus, fœminam, esto, meretrix sit, per
violentiam rapere, & ea abuti.

*Vers. XVII. MITTAM TIBI HOEDVM DE GREGI-
bus. Rursumque illa dicente: Patiar quod vis, si dederis
mihi arrhabonem, donec mittas
quod polliceris.*

Vers.

Verf. XVIII. AIT IVDAS : QUID TIBI VIS PRO arrhabone dari? Respondit : Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit.

Verf. XIX. ET SVRGENS ABIIT : DEPOSITOQVE habitu, quem sumplerat induta est viduitatis vestibus.

VERSIONES.

Sep. Ego mittam tibi hædum caprarum de ovibus meis, at illa dixit; si dederis mihi arrhabonem donec tu mittas. Annulum tuum, & parvum monile, & virgam qua in manu tua, & dedit ei, & intra vit ad eam, & in utero concepit ex eo. Abstulit therisstrium à se, & induit vestimenta viduitatis sue.

Cald. Si dederis mihi pignus donec mittas. Quod ergo pignus? Annulus tuus, & sudarium tuum, & baculus tuus, qui est in manu tua. Deposuit pallium suum à se, & induit se vestimento viduitatis.

Pag. Num dabis pignus donec miseris. Removit velamen suum à se.

Oleast. Anulum tuum, & amictum. Amovit à se velum suum.

Vatab. Annulus tuus, & cidaris tua.

Onkal. Removit peplum suum à se.

Cur Mittam tibi hædum? Quid agis? Munus spondes pro momentaneo voluptatis lucro, quod tibi inferni poenas acerbis comparabit? Æternas flammæ pretio emes? Quod esurienti, & roganti non prorigeres, vt cœlestia vitæ gaudia consequeris, meretrici spontanea voluntate offers, vt damnationem sempiternæ mortis adeptiscaris? En voluptuosi voluptatis, & impudiciæ lucrum, multis auri, argenti que expensis procis comparatum.

Cur nec meretricem refugit, nec pretium exhibere recusat? Avidus descendebat ad tendendas oves: haberet, nec ne, hædum de suis capris spondet; & pro arrhabone pignus. Avaritiæ deditus ad omne propendet scelus. Sic optime **Lyran.** Per hoc quod vadens ad tonsionem ovium designatur, quod declinans ad rapinam incidit frequenter in luxuriam,

379
Avarus ad
omne pa-
ter scelus.

riam, vel aliud peccatum ita grave.

380
Hœdusty
pus repro-
bi.

Cur mittam tibi hœdum, non agnum? Quia in agnis gloriæ destinati adumbrantur: in hœdis ad finitram constituendis, qui ad inferni flammam destinantur. Merces ergo mœchantium hœdus est, in quo illis designatur æterna damnatio. Id expressit Zeno Veron. *lib. 2. ser. 9.* hœdum ei promittit, id est, quæ sit peccati merces ostendit.

381
Hœdus
apta mere-
trici merce-
ces.

Hœdum scilicet spondet. Aptam enim merces, & conveniens, meretrici datur. Hœdus, scilicet, ad venerem pronus. Sponso castissimo grata liliorum munera sponsa præbet. *Dillectus meus descendit in hortum suum.. Ut pascatur in hortis, & lilia colligat.* Cant. 6. 1. Ut pote, qui lilij pudicitia, & honestatis candore pascitur, & recreatur. Procaci foemina hœdus propinatur, luxuriæ symbolum, qua illa volvitur, & construpatur. Hœdus ait S. Paschas. *lib. 11. in S. Matth.* animal valde lascivum est, & petulcum; semper ruens ad coitum.

382
Fallens se-
mel non
creditur.

Cur si dederis mihi arrhabonem? Cur scilicet de arrhabone cum viro nobili pasciscitur; cum vilibus, & popularibus ad pactum pignus additur, ut adimpleatur promissum? Ita plane: sed fefellerat Thamarem Iudas in sponsione, & traditione filij Sela, quam nunquam impleverat. Nunc vero de impletione promissi dubitat, nec fidem adhibet promittenti. Nam si semel fefelleris infidelis iudicaberis. Docet hic locus, ait Oleaster, hominem se securum reddere pignore, cum de veritate promittentis diffidit.

382
Libido po-
tentias, &
sensus cor-
tat.

Cur longum sermonem texens Iudas cum nuru, in sono vocis, quam toties audierat, eam non agnoscit? Quia impudicitia affectus, & cæca libido ita hominis mentem, & attentionem rapit, ut omnem sensum obruat, obnubilet, & cæcet. Favet S. Aug. *lib. 4. cap. 14. contra Pelag.* Quis, ait, cum utatur voluptate, attendere animo, inire rationem, cogitare animo quidquam potest?

383
Ornatus
vani an-
xietas.

Cur *annulum, & armillam*? Cur scilicet, armilla, & annulo ornabatur Iudas in luctu? Quia libido ista phalerarum, & ornamentorum tanta est, ut nec in afflictionibus, & eiularibus cineris, & luctus deponatur. Cum infortunium domi accidit, cum succedit luctus, & planctus geminatur, tepescit ad omnia animus, distrahitur angore mens, nulla potentia-

rum

rum viget activitas. At ornatus cura virescit, nec torpet vanitas, & ambitio se pompaticè induendi ita regnat, vt aliquando lugubris tædeat gerendus pro more habitus.

Forte, addit Oliva, festivitas ornatum Iudam impulit in sinum veneris. Erubuisset præcinctus fune ad scortum accedere. Audacior factus armillis suis ad invadendam, quam nesciebat, nurum. Quod si grandior periclitatus in annulo, tutus ne erit in calamistris, crispatis capillis, tonsa facie, & discolori veste adolescens? Semina crede mihi macularum sunt, sordiumque gemmæ tuæ. Quot annuli, tot laquei: tot retia; quot armillæ. Projice, rogo te, funera tua, venena excute; nam procaces ornatus non pœnitentiam; sed incontinentiam amiciunt.

Cur ad unum coitum mulier concepit? Quia conventionem facta de mercede ad facinus deventum est. Sed quaritur vtrum peccaminosum fuerit? Thamarum sunt qui immunem à peccato fuisse defendant. Et S. Chris. *hom. 62.* dupliciter: tum quia non libidine voluptatis venereæ; sed honesto proli amore incensa id efficeret Thamar. Tum quia id faciendo deservierit, nesciens, divinæ dispensationi, & ordinationi.

Sed obsistit Pererius, eo quod si opus quod fit, ex suo genere malum est, etiam si optimum ob finem suscipiatur bonum non erit: Alioquin furtum, sacrilegium, homicidium, & alia, si ob bonum finem, puta, ad tuendam vitam, ad erogandam eleemosynam fiant, licite committi possent, quod omnes averfantur, & negant. Qua propter, ait S. Augustin. Melius sine filijs remaneret, quam sine iure matrimonij mater fieret.

Deinde meretricius habitus; loci, & temporis opportunitas magnam vim ad provocandum habuit. Quod autem ex se provocat peccaminosum, & illicitum est. Dispensatio, & ordinatio divina, quæ omnino occulta erat, suffragari peccanti, seu pravum operanti, non potest. Si dicas illud Iudæ: *Iustior me est*, intellige: non quia iusta fuerit; sed, vt interpretatur S. Aug. & Hieron. quia minus mala, & minus culpabilis iudicetur.

Iudam porro in illo cum Thamar concubitu peccasse, nulla dubitandi ratio esse potest: nam, & factum illud per se

384

Ornatus
ad libidinē
tendit.

385

Thamar
non peccavit
in coitu
Iudæ.

386

Peccasse
probat.

387

Provocās
ex se, peccaminosū
est.

388
Iudas pec-
cavit cog-
noscendo
Thamar.

malum erat, & mala facientis intentio. Nempe meretricius concubitus per se malus est: Iudas item nulla, vel in specie honesta causa impulsus est ad concubitum Thamar; sed improba, & libidinosa mente, accedens ad eam, quam putabat meretricem, sola explendæ libidinis causa. Videatur longa disputatione Pererius.

389
Hypocri-
sis.

Cur *deposito habitu induta est viduitatis vestibus*? Ut factum veste dissimularet. Quot sunt, qui sub honesta veste impuritatem amiciunt. Intuere pudicam, ait Oliva, osculare viduitatis fimbrias. Sed, & in habitu sancto vidua non sancta. Arca est, geminos habet, non Cherubim, sed Æthiops, à quibus non fervetur, sed prodatur. O integumenta! Ac si actum nihil omnino esset. Thamar vidua putatur, quia velo obnubitur viduitatis, cum in stabulo vteri eius duo hedi subsultent Zara, & Phares. Quot hinnuli obvelantur pudicitie involucro! Æthna, sub nivea tunica sulphur concoquit, & procellas. Noli fidere simbris: Thamar atrata est lugubri tunica, intus plena est hostijs voluptatis. Intra menses novem sol iste pudoris apparebit in geminis, cum iam transfuserit Taurum.

390
Vene ho-
nesta non
fidendum.

Cur *Induta est viduitatis vestibus*? Quia licet amore, & desiderio prolis ex femine Abrahæ id egerit, indignum tamen putavit, & resipuit, habituque poenitentiae induerit. Audi Zen. Veron. Viduitatis vestem rursus accepit, non utique ut fecerat faceret; sed ut fletet se fecisse, quod fecerat: aliter enim quis salvus esse poterit, quamvis sit iustus, nisi exomolegesum faciens, & presentia peccata extinguat, & futura repellat?

391
Poenitentia.

Vers. XX. MISIT AVTEM IVDAS HOEDVM PER
pastorem suum Odollamitem, ut reciperet pignus
quod dederat mulieri: qui cum non
invenisset eam,

Vers. XXI. INTERROGAVIT HOMINES LOCI
illius: ubi est mulier quæ sedebat in bivio? Respon-
dentibus cunctis: Non fuit in loco
isto meretrix.

Vers. 1

Vers. XXII. REVERSVS EST AD IVDAM, ET DIXIT EI: non inveni eam fed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam fedisse ibi scortum.

VERSIONES.

Sep. *Hædum de capris in manu pastoris sui, ut reciperet à muliere arrhabonem. Vbi est meretrix, quæ erat in Aenam super viam? Non fuit hic meretrix.*

Cald. *Hædum de capris per manus amici sui Odollamitæ.*

Lipp. *Per manus socij sui.*

Onkal. *Vbi est scortum, quod in Arenin iuxta viam erat.*

Arias. *Vbi prostituta illa in Enain super viam? Non fuit in hoc prostituta.*

Oleast. *Vbi separata illa? Resderunt: non est hic separata.*

Cur *Misit Iudas hædum*, cum maioris pretij sit arrhabo traditus, quam hædus promissus? Quia licet illud maioris æstimationis sit, ut fideliter procedatur, illud largiendum est quod individualiter spondetur. Vnde S. Gaudentius *trac. de Mach.* sic ait: Imo illa insignior est fides, quæ nec in modicis violatur.

Cur tan festinanter *misit hædum*? Quia cito recuperare arrhabonem properat, pœnitens, & tradidisse, & spondidisse. Quam multi passionibus excæcati dum imprudenter ab ipsis diriguntur, illa offerunt, & exequuntur, quæ expulso affectus dictamine, oderunt egisse, & obtulisse. Audies non raro viduam spirante conforte revulsis capillis deplorantem, protestantemque per cœlestia numina nec Principem deinceps ad sui consortium admissuram; siccis cito lachrymis, & decusso sepulchri cinere, vel scurram adijecisse.

Sed cur Iudas tantum arrhabonem dedit, cuius postea pœnituit? Respondet Abul. dicens: Iudas tanto calore libidinis tenebatur, maxime in præsentia ipsius obiecti delectabilis, quod non solum dedisset illa; sed etiam vestes, si postulasset. Ita ille. Quid non conferat mœchator, ut suæ libidini pabulum propinet?

Cur *per pastorem suum*, seu ut Cald. *Per manus amici sui,*

seu

392

Fidelitas
in promissis,

393

Passiones
promittunt,
quod post
pœnitent.

394

Affectus
inordinatus
excitat.

395
Amicis ve-
ris aperiē-
da secreta.

Ieu vt Lipp. *Socij sui*? Ne alteri, quam flagitium scienti, factum aperiret. Vel dic quod noluit extraneo, & minus taciturno rem impudicam committere. Amici enim, & focij, si veri sint, secreta tua recludent. Favet Lipp. dicens: Per manus familiaris amici arrhabonem repetit, & hœdum de capris transmisit, secreta sua credebat certius.

396
Vitia nos-
camus vt
derefte-
mur.

Cur hæc, & similia, foedissima sane, narrat Scriptura? Respondet Procop. Nemo offendatur, si audit Scripturam sacram commemorare aliquem enormia commisisse scelera, ea enim commemorat, vt sicut detestantur, à nobis vitentur.

397
Impudicæ
nomen
amittunt.

Cur *vbi est mulier, quæ sedebat in bivio*? Alij. *Vbi meretrix*? Alij. *Vbi est scortum*? Pag. *Vbi est prostituta*? Nunquid carebat nomine? Ita, carebat nomine, nec quod ab ea appellaretur fictum scicitatus est Iudas. Impudicæ nullum fortiantur nomen, nisi illud quod sua earum flagitia inserunt, & communicant. Nec dissentit stella in Luc. cap. 7. in illa verba: *Mulier quæ erat in civitate peccatrix*, dicens: Nomen amiserat, ex operibus enim vnique nomen imponitur. Sic Dominus per Isaiam cap. 14. ait: *Perdam nomen babilonis*. Improbi enim coram Deo nullum fortiantur nomen, nec per approbationis scientiam cognoscuntur.

398
Scandala
vitanda.

Cur *Non fuit in loco isto meretrix*? Quia ita sedit in bivio: sicque facinus commissum, vt nullus adverterit; cognoverit nullus, vt quam latenter, & in abscondito factum fuisse crimen incestus cognoscamus. Ex quo patet, ait Abulensis, cum nullus eorum hanc mulierem viderit, quod hoc latenter fuit factum. Ita ille. Vt tandem Iudices foeminam inter impudentiam prudentem, vt tradita libidini, illam tamen amplexa est, vt sola esset, & nulli scandalo deserviret.

399
Iudicium
temerariū.

Sed incredibile videtur foeminam sic perpolitam, & in bivio publico per tempus sedentem, à tot hominibus illius regionis non adnotatam, & curiose circumspectam. Et ideo vitam à pluribus infero; sed licet habitu pompatico conspexerant, non ideo meretricem suspicati sunt, nec scortum illico crediderunt, veriti ne iudicium temerarium committerent. Væ minori, aut quandoque nullo titulo, de proximo impurum quid suspicantibus, aut malo sine fundamento prudenti assentientibus.

Vel esto, viderant meretricem, aperte cognoverant, & factum scelus non ignorabant; sed noluerunt delictum foedum à se conspectum, & notum, adveniēti explanare, foeminae honori consulere studentes. Discant qui cito delicta proximorum divulgant, & facile peccantes diffamant.

Crimina
celanda.

Fama alte
rius tuēda

Cur nunc *misit Iudas hœdum*? Vt exclamare in persona Thamaris adversus Iudam liceat: Tandiu versata sunt in domo tua, & nunquam mihi hœdum dedisti, vt cum sociabus meis epularer, vix sedi in bivio, & illico ablegas munera, nuntioſque? Panem arctum, & panem brevem habuit Thamar quamdiu perstitit impolluta. Vbi pudorem proſtigavit epulari quotidie potuit. Esurit Minerva, Venus impinguatur.

401

Meretrix
alitur, non
pudica.

Cur *vt reciperet munus quod dederat*? Quia longe maioris erat pretij munus, quam hœdus. Vide Iudæ avaritiam, vt reciperet anulum, & armillam, perdidit famam; evulgavit siquidem intemperantiam suam inter servos, & vicinos, & cum vel monstra concupiscentiæ suæ dedecora caveis, foveisque abant; Iudas probrum suum evangelizat vniverſo populo per tubicem Odollamitem. Maluit famam eius proſtitui; quam annullo, & armilla carere.

402

Avaria fa
mā tenuit

Cur *vbi est mulier quæ sedebat in bivio*? Vt videas quam infidi sint post voluptatem procaces, per totam viciniam evulgat flagitium foeminae, quam viderat furtim, secretoque peccantem, ita abdite, vt nec vultum retexerit. Cavete à procis foeminae, quibuscum, etsi abscondite conveniatis, vt vestro honori consulatis: illi facinus divulgabunt, non taciturnis, & prudentibus; sed pastoribus, tonforibusque.

403

Fœminatū
scelera di
vulgantur

Vbi est mulier: Meretricem nominare non audet, qui eam alere, & impinguare studet, & mœcho famulatur. Quæ est illa, quæ domi alitur, & pascitur? Mulier est; consanguinea est, pauper est, quæ pro sua egestate reliquijs vtitur ad pabulum. Falleris: Nec mulier est, sed scortum; nec consanguinea, sed affinis; nec pauper, quam charitas admisit; sed quæ fovet impudicitiam: Et si famula; quæ plus thoro, quam domesticis servit.

404

Meretri
ces domi
nomine cō
sanguinea
rum.

Cur *non fuit in loco isto meretrix*? Quid loquimini Chananaei: Odollamites de muliere interrogat: *Vbi est mulier?* Vos de meretrice respondetis: *Non fuit meretrix?* Egregie tanc:

405

Mulier per
sonata, &
vagans me
retrix est.

fane: nam foemina personata, quæ sedere fertur in bivio, aut scortum est, aut scorto per quam simillima. Ideoque, qui de muliere vaga rogantur, non infulse de prostituta respondent.

406
Meretrix
ces esse in
loco, prob-
osum est
vicinis.

Cur *Non fuit meretrix*, cū meretricularum, non centuriarum; sed greges vbique sint, in illo loco nulla est? Ita, erit, & plusquam vna erit in illo loco; sed verentur, vel populares, vulgare impudicam scabiem apud eos esse: pudet colonos scortum ibi cohabitare, & commorare; & non pudet Ecclesiæ ministros scorta, non solum turpiter intra domesticos lares colere; sed ea Christi patrimonio ditare.

Ver. XXIII. AIT IVDAS: HABEAT SIBI, CERTE mendacij arguere nos non potest, ego misi hoedum quem promiseram: & tu non invenisti eam.

Vers. XXIV. ECCE AVTEM POST TRES MENSES nuntiaverunt Iudæ, dicentes: fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas: producite eam vt comburatur.

V E R S I O N E S.

S Ep. *Habeat ea, sed ne forte derideamur. Et ecce in utero habet de fornicatione.*

Cald. *Accipiat sibi pignus, ne forte simus in derisum. Ecce concepit ex fornicatione.*

Onkal. *Accipiat sibi ne forte fiamus in ludibrio: scortata est nurus tua, & ecce concepit quoque ex fornicatione.*

Pag. *Ne forte simus in contemptum. Etiam ecce gravida est de fornicationibus.*

407
Pretium
peccati, ci-
to solvitur

Debita nõ
solventes.

Cur *Habeat sibi*, &c. Vt videas quanta sollicitudo sit, ne fornicaria fraudetur mercede sua. Ablegatur Pastor, foemina quæritur, cives interrogantur, dolet Iudas quod inventa non sit, cui hoedus traderetur. Certe nos vix tanta diligentia quæreremus, imo fugeremus, eos, quibus summam aliquam debemus. At quanta sedulitate creditorem suum Iudas indagat. Sed quænam merces solvenda est? Adulterij. Sat est. Vbi operarij iniquitatis merces reddenda est, vel solvendum pro vindicato in ludo lucrum, vltro arcæ patent, nec spe-

ſpectamus, creditorum adventum, verum vltro eos adimus, & inquirimus. Scortorum hoc privilegium eſt, & etiam lucrantium in ludo, vt recipiant mercedem iniquitatis die qua peccaverunt. Væ Thamari, ſi vellera depexiſſet, telamve ordiretur: nec poſt annum reciperet capram. Quia vero monſtra concepit, præſto erit hœdus ad cœnam.

Cur certe mendacij nos arguere non poteſt? Vt noſcas ignem fornicationis omnia eradicare virtutum germina. Mirabar enim Iudam poſt impuritatis flagitium iuſtitiam ſervaviſſe, tantumque zelum, & ſtudioſum ſolvendæ mercedis in corde foviviſſe: Sed, vt video, non ſolvit vt ſuum ius operariæ ſuæ reddat; ſed timet ne mendacij arguatur ab ſcorto. Non virtus eſt; ſed arrogantia. Non æquitatem exiſtimites, gloriæ ſtudioſum eſt, ſuæque proſpicit famæ, non fami defloratæ conſulit. Impudicitia enim vel ſcintillam virtutis in pectore mœchantis extinguit.

Sed ſunt non nulli, qui putent Iudam hœdum Thamari tranſmiſiſſe, ne rem ſibi retineret alienam. Gratulor mœchũ religioſe angere. En delicatam adulteri conſcientiam. Fornicari non veretur, & debitum ſcorto hœdum, tamquam vaſtatoſum ſuæ animæ aprum, exhorret. Ego vero ſic ſtatuo, ait Oliva, nullam hominum conditionem effuſiorem in omne ſcelerum genus eſſe, quam eam, quæ hæret in minimis.

Quæ natio ſuperſtitioſior Iudæis, qui vel manducare non lotis manibus panem, & horrent, & damant? Dominiũ crucifixere. Videas non raro in ieiunijs quosdam appendentes materiam cœnule, vel collationis veſpertina, ita religioſe, vt vel micam pondere exedentem excludant. Omnem tamen impuritatis cœnum deglutiunt. Plures Adæ devorant Evas aut filias, pomo, vel nuce abſtinent, cum luxuriæ pabulis ſine menſura facientur. Locum habes, ait Lipp. contra ſæculares homines, qui conſcientias ſuas, plus de minori quam de graviori culpa arguunt.

Cur certe mendacij arguere nos non poteſt? Quia plus timet de mendacio, quam de impuritate argui. Nam impuritas apud obſcœnos ludibrium eſt, ætatis ardor; ludus habetur, qui pro lucro æternas adepiſcitur flammæ. At mendacium horret, quod apud homines ſummum ſit contumeliæ. Sic lo-

408
Luxuria
omne eradicat virtutem.

409
Scrupuloſi vitioli,

410
Scrupuloſi camelum deglutiunt.

411
Mendacium extremum contumeliæ

cutus S. Basil. *in præm. lib. de Spu. S.* Rerum omnium potentissima est veritas, & extrema malitiæ linea mendacium.

Cur ita exhorret mendacium? Resp. S. Hieron. *Epif. 37. ad Iulian.* Antiquus sermo est: mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur. Addit Carthuf. *in Eccles. cap. 20.* Mendacium valde probrosum, turpeque est in homine, qui rationalis, & verax esse videtur; imo reddit eum infamem, & omni fide indignum.

Dices mendacium istud officiosum, imo facinus dissimulare, & suo, foeminaeque honori consulere. Ita. Sed mendacium quomodocumque sit, & maculat, & fugiendum est. Audi S. Aug. in illud Ps. 5. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium*, sic exponentem: Duo sunt genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa; sed tamen non sine culpa: Aut cum Iocamur, & ideo non est periculosissimum; quia non fallit, novit ille quod dicitur Ioci causa dictum esse. Aut vt proximis profimus, quod ideo mitius est: quia retinet non nullam benevolentiam. Ita S. Aug. Vt videas etiam levissima mendacia sine culpa non esse.

Cur Sep. legunt: *Ne forte derideamur.* Cald. *Ne simus in derisum.* Onkal. *Ne fiamus in ludibrio.* Pag. *Ne simus in contemptu?* Quia mendax in derisum habetur, & contemptum, quem omnes subfannant, & pro vili spernent.

Cur non invenisti eam? Reccesserat quidem, postquam focerum illusserat, & fefellerat. Id enim habebat Thamar in votis, vt eum deciperet, à quo ipsa illussa, & decepta erat, vt per id ab ipsa castigaretur, per quod in ipsam peccaverat. Sic S. Ambros. *in cap. 3. in Luc.* Diu foceris fraudata promissis ex ea familia quam delegerat, converso dolo, fructum voluit successionis adipisci. Ita S. Amb. Cave proinde foeminarum rabiem, modum illis dictat iracundia, & furor, vt vindictam assequantur.

Cur ecce autem post tres menses? Quia ad id breve spatium temporis apertum est facinus ex tumore vteri. Sed nostri temporis Thamares indemnitati suæ consulere, pro cyclade conopeum induta. Tanta est tunicarum, & ornamentorum amplitudo, vt per multum tempus, per novem integros menses, celetur impuritas. Quam intemperantiæ late-

bram

412

Infantis
homo mē-
dax.

413

Mendaciū,
vel leve,
peccatum
sit.

414

Mendax
deridetur.

415

Fraus frau
de castiga
ta.

Fœmina
vindictam
invenit.

416

Vestis a-
dulas
cooperiūt.

bram non miror placuisse foeminis ad alvi securitatem intumescentis. Illam stupeo in viris hebetudinem, vt ea vxoribus indulerint asyla flagitij. Quibus non nisi ex vagitu nascentis adultera cognoscatur.

Dices: imò nostri temporis foeminæ, arguuntur, & damnantur; eo quod fere nudæ procedant. Ita; sed pectora, humerosque nudant, vt cupidinem prodant. Reliquum corporis tanto vestimentorum ornatu obvelant, vt panni profusio non obscure arguat, aliquid præter foeminam in vxore velari. Nudant mammæ, vt pelliceant; velant corpus vt flagitia tegant. Olim Amazones vnam tantum nudabant mammam, vt se præliando defenderent. In Europa foeminæ duas nudantur ad mammæ, vt se prodant. Illæ vnam vulnerabant, vt ferirent hostes: ambas nostræ implent, & ostentant, vt amafios vulnerent, & ipsæ vulnerentur.

Cur *nuntiaverunt Iudæ*? At qui? Nomina reticentur, quod approbare nefas est. Veritas sol est. Quis enim solem lucere velit in nocte? Qua ratione sese rea tueatur, quæ testibus nihil potest obijcere inuisis, & incognitis. Stent ergo contra ream, quam detulere; vt eam sceleris convincant, & mendacij ab ea revinci non possint: Nihil enim contra eos, si veritate delatio nitatur.

Cur *nuntiaverunt Iudæ*? Illi nempe, quem magis pungeret poterat nurus flagitium, & apud quem foemina citius, & atrocius castigaretur. Delatores ignorantur, ne quid mali ex accusatione patiantur. Impudica divulgatur, vt diffametur, & durum subeat pro delicto supplicium.

Cur immediate. *Nuntiaverunt Iudæ*? Nempe apud eum, penes quem erat supplicium imponere, aut factum alia ratione dissimulare. Ideo non iudicibus, aut domesticis scelus exponitur; sed Iudæ. Felicia sane illa tempora, in quibus licebat, sine interpositione Iudicum, aut ambage intercedentium, aut sine anfractus domesticorum Principem adire, & factum civium exponere.

Cur *videtur uterus intumescere*? Scilicet à quo visa, quæ viduitatis habitu recepta, & abdita, in penetralibus paternæ domus latitabat? Quia de latebris tenebrarum flagitia profiliunt, vt erumpant in lucem, & scelestos diffament. Nescio

417
Mammæ
nudæ ad
libidinem.

Amazones

418
Testes ma
nifestandi.

419
Accusato
res celan
tur.

420
Interposi
tiones
apud Iudi
ces.

421
Crimen se
prodit.

cio qua arte cito, & cognoscuntur, & divulgantur, quæ famam proximi lædere possunt. Cave scelus, vel in abscondito perpetratum, ipsum se crimen prodet, vel per rimulas suspitionis, tuam prostituet famam.

422
Suspicio
non admit
tenda.

Cur videtur uterus intumescere? Quia videtur tantum, certum non est an intumuerit: ergo male propter suspitionem, aut præsumptionem accusatur. Væ delatoribus, ex ijs, quæ ex apparitione norunt, in rebus ita gravibus, accusantibus.

423
Murmura-
tio scelus
auget.

Sed cur Pagn. legit: *Ecce gravida est de fornicationibus?* Quia hic detractoribus, & indiscretis zelatoribus mos est: prius crimen quasi dubium imponunt; post asseverant non solum; sed multiplicant. Prius videtur dicunt, verentes ne male acciperetur à Iuda accusatio, vt audiri, approbarique intelligunt, licentius miseram obruunt. More fluminum intumescit eundo accusatio, & murmuratio, & cum semel coeierit Thamar, sapius fornicata conclamatnr.

424
Libidinosa
cognata
non est.

Cur producite eam? At quam? Eam scilicet. Non Thamarem nominat, non nurum, non affinem, omnis enim cognitionis relatio exulat à peccante. Quæ fornicata est, nurus non est. Vel eam nominat; non Thamarem, non Nurum, ijs abstinet nominibus, quibus ratione carnis, & sanguinis in iram extimulari, aut in commiserationem molliri potuisset. De rea loquitur tamquam de fœmina, nec nobili, nec sibi affinitate coniunta. Id certe agendum à Iudicibus, vt reorū genus, & proavos ignorent, illa tantum scrutentur, & iudicent, quæ illi scelerate commiserunt, alioquin clientelas observabunt, & consanguinitates, & iudicia pervertentur, & mitescent sententiæ.

425
Iudices ge-
nus reorū
ignorent.

Cur inaudita Thamar damnatur? Invisa erat Iudæ, & forte ob filiorum stragem odio habita. De ijs quos odio prosequimur facile deliquisse credimus. Sic Lipp. dicens: Facile creduntur deteriora de personis etiam sanctis, si aliqua ratione cuiquam fuerint invisæ, sic contigit hic de Thamar ipsi Iudæ. Eum tamen damnat idem Lip. addens: Nihilominus discutienda erat veritas, poterat enim ex aliqua infirmitate uterus intumescere.

426
Iudices
passione
ducti.

Cur statim adultera damnatur; non enim, si intumescat uterus, sola peccavit; quæratnr pro inde adulter, vt combu-

ratur? Ita fieri debuerat, præsertim cum nulla tunc lex lata esset in adulteram. Sed nulla peccantis viri inquisitio, aut quæstio; quia libido apud terræ Iudices in viris non damnatur, incendio tantum foeminis reservato.

427
Adulteriū
turpius in
foeminis.

Cur ergo adulterantis viri scelus non damnatur? Non quod foemina Deo contumacior sit, quam vir; sed quod genus illa foedasse stupro visa est. Non quia numen læsit castigatur; sed quia Nurus est. Comburatur pro inde, quod cum nurus esset, enormiter peccavit in nos, nullo respectu habito ad offensam divini numinis. Ita est; calumniam, & dedecus nostrum lugemus, & crudeliter vindicamus. Scelus in Deum commissum spernimus, nec vindicare curamus.

428
Crimen in
nos vindicatur,
non in Deum.

Ergo apud Deum æque grave vtriusque adulterantis scelus? Imo gravius in viro, & adeo atrocius, vt soli divinæ iustitiæ reservetur damnatio. Foemina, vt pote debiliori, & fragiliori, in hac vita supplicium indicitur. Viris quidem vt robustioribus, & sanioris mentis, & prudentiæ, divinæ iustitiæ ministris imponi decernitur. Asmodæus septem viros suffocavit qui Saram, filiam Raquel vxorem acceperant, suæ tantum desiderio satiantæ voluptatis. Si sponsi trucidantur in thoro suo, in alieno thalamo parceret mœchis?

429
Adulteriū
gravius in
viris.

Hanc æquitatem parcendi, commisserandique fragilioribus, vel à doemone condiscamus. Strangulavit ex Dei imperio Asmodæus Her, & Onan cum Thamare indebite cœuntes, abusosque connubio. Cur ergo Thamarem non punit non reiicientem, nec exprobrantem; imo tolerantem maritos sic impudice se gerentes? Tum quia in lascivientibus minus grave videtur foeminae crimen. Tum etiam quia, & si æque atrox scelus, imbecilliori pepercit sexui, viris perfocatis.

430
Clementia
in fragilibus.
res.

Cur Iudas, qui faces incenderat impudicitia, impudicam damnat? Quia inclementiores solent esse in peccantes, qui scelestius peccaverunt. Cham perditissimus fratrum, nuditatem Patris accusavit. Petrus toties reprehensus septies censuit remittendum delictum transgressori. Mori iusserat David raptorem oviculæ, prædo coniugis alienæ. Vnus Iudas profusionem Magdalena damnavit, qui latro erat, & loculos habens.

431
Peccatores
crudeliores
in peccantes.

Cur, audito crimine, adultera statim comburi iubetur?

432
Carcere
non deti-
nendi Rei.

Quia impietas sane crudelis est reos diu sententiam spectando detineri. Videas latomias, & carceres, vinctos imberbes ad canos vsque protendi, & præter meritam delictorum poenam longum vinculorum cruciatum sustinere. Audeo dicere, nec reis gratam, nec Reip. salutarem, & exitialem civibus Iudicum esse tarditatem; nam vincti distabescunt, & friget supplicium, quod tanto abiungitur ævo à flagitio. Virgas indidere, & secures, suis fascibus consules, vt sciremus supplicium cito adolescere debere. Hinc est quod damnato lucifero, ait Dominus Luc. 10. 18. *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Quod notat celebritatem supplicij. Avaro horrea protendenti dictum. Luc. 12. 20. *Hac nocte auferent animam tuam à te.* Gratus Deo Phinees, qui adulteros ipso in crimine confodit. Num. 25. 7. Danielis auctoritate ipsa die iugulati sunt senes de falsitate in Susannam convicti. Dan. 13. 62. Qui accumbere ausus est epulo sine veste nuptiali, è triclinio raptus in tenebras. Scatent divinæ litteræ sumptis de flagitio supplicij, in ipso criminis ortu.

433
Sententia
cito profere-
nda.

Vers. XXV. QVÆ CVM DVCERETVR AD POENAM, MISIT AD SOCERUM SUUM, DICENS: De viro, cuius hæc sunt, concepi: cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus.

Vers. XXVI. QVI, AGNITIS MVNERIBVS, AIT: IVSTIOR ME EST: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attramen vltra non cognovit eam.

V E R S I O N E S.

SEp. *Misit ad socerum suum, ex homine, cuius hæc sunt, ego in utero habeo, cognosce cuius est annulus, & parvum monile, & virga hæc. Et addidit Iudas: iustificata est Thamar quam ego.*

Cald. *Cognosce obsecro cuius est annulus, & sudarium. Iustificata est, ex me ipsa concepit, & vltra non cognovit eam.*

Onkal. *Cuius est annulus, & pallium.*

Pag. *De viro, cuius hæc sunt, ego sum gravida, agnosce quæso cuius sint sigillum, thania, & virga ista.*

Oleast.

Oleas. *Agnosce ad quem sunt annulus, inuolutiones, aut cinguli, aut panni.*

Arias. *Est iusta prae me, & non addidit adhuc ad cognoscendam eam.*

Quæritur hic, qua auctoritate, & potestate, Iudas poena capitali damnauerit Thamar? Tostat. Burg. Caiet. & Oleas. asserunt datam illi potestatem à Chananæis, quos inter degebat, ob eius præstantiam, prudentiam, & virtutem, eo quod socero Sue, qui eius loci Princeps erat, aut certe primarius, magno in honore erat. Sic ait Lip. Ex hoc videtur quod habuerit Iudas gubernationem loci illius, vt posset hominem comburere, & salvare; ex quo coniectari licet Iudæ prudentia, qui etiam inter gentes ius dicebat.

434
Iuridictio
Iudæ.

Thomas Anglic. sic interpretatur: *Producite eam*; id est, tradite eam Iudicibus, ad quos pertinet causas inquirere, vt, probato crimine, comburatur. Requisiuit enim iustitiam publicam aduersus illam, quæ magnam sibi, filijsque suis videbatur iniuriam fecisse. Quod probatur in Iuda, ait Oliva, cum non suis nrum manibus trucidauit, vt dolori faceret satis, acerbitate vindictæ; sed à Iudicibus poenam imponi expectauit.

435
Vindicta
à iustitia
exigend

Aliter opinantur alij censentes, quod non respuit Pererius, scilicet, fuisse in id temporis in more apud illas gentes, vt qui Princeps erat, caputque totius familiæ, in eos, qui eius familiæ sub illius gubernatione essent, plenam, & absolutam, & vitæ, necisque potestatem habere. Vt apud multas gentes viro in adulteram coniugem animadvertere ius, & potestas fuit. Iudas porro caput familiæ ad quam Thamar, tamquam nurus eius, pertinebat.

436
Familiæ
caput,

Quæres: an iusta fuerit sententia Iudæ in Thamar: nam simplex fornicatio, de qua accusata fuera nurus, non merebatur talem poenam, nec apud vllam gentem tanto vnquam supplicio punita fuit? Hebræi iustam affirmant, eo quod Thamar filia fuerit Melchisedech, & Lex Levit. 21. *Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro.. flammis exuritur.* Sed facile id soluitur, cum impossibile iudicetur, ex temporum computatione, Thamar filiam fuisse Melchisedech. Lex deinde illa multis post annis lata, & contra cõprehensam in stupro.

437
Sententia
in Thamar
an iusta.

Thamar de simplici fornicatione accusata tunc fuit.

438
Sponsalia
ligant,

Aliter Liranus, & alij iustam defendunt, quorum rationem expendit Tostatus, dicens: Thamar non damnabatur ad ignem ob simplicem fornicationem; sed ob adulterium sicut enim mulier per matrimonium iuncta viro, & ab eo cognita, si cum alio misceatur, plectitur capite: Ita, si solum desponsata sit per verba de presenti, nec dum cognita, si ab alio cognoscatur, plectenda capite est. Thamar autem desponsata erat Selæ filio Iudæ per mandatum legis, siue consuetudinis de suscitando fratris semine.

439
Seuerentia
præceps.

Cur Thamar prægnans damnatur rogo? Quia ex dolore, & indignitate flagitij, ob infamiam suæ familiæ ex eo sequentam commotus, & perturbatus Iudas, & præcipitavit sententiam, & crudeliorem statuit. Non ideo immunis à peccato: sicut nec excusatur à fornicatione cum Thamar, nec à perfidia, non seruando quod promisserat Nurui, nec à peccato venditionis Ioseph, cuius fuit auctor.

440
Prægnans
non debet
damnari.

Quod autem prægnans damnari capite non possit, patet ex Exeq. cap. 18. dicente: *Anima qua peccaverit ipsa morietur, filius non portavit iniquitatem Patris.* Ex Deuter. 24. *Non occidentur Patres pro filijs, nec filij pro patribus.* Deinde à ratione: Vbi culpa non est, ibi pœna est iniusta; in filio Thamar nulla fuit culpa: ergo nulla ei debebatur pœna, ac propterea quælibet imposita iniusta esset.

441
Prægnans
immunis
apud gen-
tes.

Apud gentes omnes foemina prægnans immunis tunc erat à supplicio. Clemens Alex. lib. 2. Strom. testatur legibus Romanorum institutum pœnam capitis illatam in prægnantem differri quoad peperisset. Areopagita, Teste Æliano lib. 5. prægnantem non prius morte mulctabant, quam edidisset conceptum. Id ipsum fuisse in more, & legibus Ægyptiorum tradis Plutar. lib. de sera numinis vindicta. Hinc execranda claudij imperatoris crudelitas, qua gravidas morte puniebat. Ex quibus patet sententiam Iudæ iniquam.

442
Reges sig-
nis persua-
dendi.

Cur mittit anulum, armillam, & baculum? Vt taciturnis testibus convinceretur. Resistunt Principes verbis loquentium, & hortantium suaderi. Signis non loquentibus; sed insinuantibus conveniendi sunt, mendacia iudicant veritates si proponantur verbis. Nato Domino, Angelus ad pastores;

fidus mittitur ad Reges, quod taciturnis fulgoris suasionibus natum Regem Iudæorum convicit. Attende ait S. Chrisof. quomodo silens fidedignos testes adfert qui loquantur... Tacens in causa, vicit.

Cur etiam baculum mittit, quod nullius pretij est? Vt si pretiosioribus muneribus non temperaretur ad veniam, baculo, qui typus crucis est, propitiaretur ad vitam. Sic locutus Græcus Theophanes *Hom. in exal. cruc.* Thamar illa, quæ æstu quodam focerum fefellit, cum nullum pietatis fructum edidisset, furripuit fructum ex Iuda, crucemque baculi instar arripuit, per quam à morte liberata est.

Cur Thamar focerum colloquium, congressumque non inquit, ut eum verbis suaderet? Negaret proculdubio factum si loquella niteretur convincere. Deinde: Ne in conspectu Dinastarum crimen Iudæ proclamando aperire cogeretur, focerumque rubore afficeret. Maluit pro inde mori, quam tantæ familiæ Principem foeda adulterij nota deturpare. Paucis Abulens. Vt ipse non infamaretur saltem leviter.

Hac de causa constitutam Thamar em Melsiæ Progenitricem suspicari non abnuo. Fœmina enim, quæ suppositis flammis, comburi potius, quam alterius infamiam divulgare patitur; digna profecto est ita honorari, & extolli, ut eius ex sanguine, & progenie Christus Dominus originem ducat.

Cur de viro cuius hæc sunt concepti? Resp. Abulens. Quia dato quod Iudas, in occulto illa insignia rescipiens, remitteret ei illam adulterij iniuriam, cognito quod ipse eam carnaliter cognovisset, tamen populus non cognoscens hæc, putaret ipsam Thamar recepisse veniam à Iuda, ex alia causa, & maneret semper de ipsa infamia, quod cognita fuisset ab alio. Ita ille, quasi Thamar magis voluisse in se calumniam refundi, quam focerum adulterij incusare.

De viro cuius hæc sunt concepti: Hæc si nunc fœmina, ait Oliva, loqueretur exurenda, non vitaret rogum, imo in ignes detruderetur acriores. Repugnare Principi, capitale est. Conijce quo involveretur crimine, qui Principem accusaret. Et sane si diem dicere Primori non licet, quin in noctem in curras ærumnarum: Vide, an transferre liceat vindicta scelus suum in regnantem.

443
Cruce nos
liberat,

444
Fama alte
rius contu
lendum.

445
Fama tue
tis premitur.

446
Crimina
excensada,

447
Principes
culpate,
grave est.

448
Iudas par
Abrahæ.

Cur *iustior me est*? Quia noluit se excusare denegando crimen, in quo, ait Oliva, fateor parem Abrahæ Iudam dixerim, quamquam hic ferrum strinxerit in filium: Et quamvis tantæ hostiæ Sacerdotem venerer, non minoris fecerim Iudam. Etenim ille ferrum strinxit in gratam; sed alienam cervicem: Hic famam confodit suam. Ille cruorem filij non effudit: Hic suffudit suum. Quis vero nesciat duriora famæ vulnera, quam carnis?

449
Peccator
peccatoris
miseretur.

Cur *iustior me est*? Quia ad sui criminis recordationem; clementiam didicit in damnatam. Peccare se novit, & peccantis miscerescit, eamque facile condonat. Memores proinde suorum facinorum vellem confessarios, ut sic pœnitentibus misererentur, & mitius se gererent in peccantes. Audi S. Bernar. *lib. de interp. domo. cap. 42. & 43.* Tandiu quisque sua peccata ignorat, quamdiu curiose aliena considerat. Qui se ipsum afficit, non quærit quid in alijs reprehendat; sed in se ipso quid lugeat.

Côfessarij.

450
Tacere in
confessio-
ne impœ-
nitentis est

Iustior me est: Cur sua peccata quæ tacere, & dissimulare poterat, publicat? Quia vere pœnitens non recusat sua crimina aperire. Impœnitentis animi est, scelera sacramenti sigillo non fidere. Antea, ait Lipp. timuit Iudas ne res publicaretur, maluitque carere traditis pignoribus, quam diligentius inquirendo traducere famam suam. Ita ille. Nunc tantæ malitiæ vere pœnitens, ingenue, & cum verecundia confitetur.

451
Confessio
veniam
assequitur.

Iustior me est; flagitium cognoscit, & confitetur. Cur ergo à nemine condemnatur? Nemo audet potentium crimina plectere. Deinde ingenue confessus est. Ipsa peccatorum confessio illorum assequitur absolutionem. Sic S. Ambros. *lib. 2. de pœn. cap. 8.* Ideo, ait, culpæ eius deputatum non est, quia ipse prius se accusavit, quam ab alijs accusaretur; dum autem se accusavit, non modo culpam à se transtulit; sed pœnam mortis.

452
Accusatus
à te, non
accusatur
ante Deū.

Nec vero ante Deum accusatur, qui se prius accusavit. Huc spectat Petrus Blesens. super illud Ps. 31. 5. *Confitebor... & tu remisisti impietatem peccati mei.* Sic enim loquitur: Si peccatum tuum aperias, dicit Dominus, ego illud operio, si cognoscis ignosco, si accusas excuso, si te iudicas, & con-

dem-

demnas, nec te iudico; nec condemno.

Iustior me est. At cur antea suam iniustitiam non agnoscit? Quia ea est nostræ naturæ conditio, ut quisque sua flagitia occultari posse præsumat, quæ tempus tandem in medium profert, & manifestat. Putant multi, ait Oleaster, sua peccata ocula esse, quæ tamen suo tempore auctorem subindicant.

Cur quia non tradidi eam Sela filio meo? Quia causam reddit, & culpam in se refundit, de eo quod fornicata sit Thamar. Quasi dicat: peccavit illa; sed sui criminis me reum agnosco, cum suo tempore eam à pactis nuptijs retraxerim. Discant Parentes, ait Oleaster, non detinere nuptias filijs suis, & filiabus nubilibus, ne in foetidiores concubitus prolabantur.

Sed audi disertum Oliva sic hic loquutum: Hinc Iudæ stirpem imperio crediderim destinatum: quod nemo aptior regno haberetur, quam qui obiectū sibi scelus ab scorto non refelleret; sed cognosceret, compertusque flagitij in se ipsemet reus, & vindex animadverteret. Imperet, inquit Deus, Iudas, qui censuram exorditur à se. Quis enim iustius regnet, quam is, qui prolatam à se sententiam, non rescindit solum; sed, rea exoluta, in se regerit scelus. Favet Isidor. Pelus. lib. 2. Ep. 48. Iudas, qui quartus erat, propter integrum iudicium, ac rectam sententiam, regiam dignitatem obtinuit.

Cur Thamar maluit comburi, quam Iudam infamare? Pretiosior ne est alterius fama, quam propria vita? Neutrum decerno, illud tamen nosco, voluisse Thamar potius mori, quam affinitate sibi coniunctum convitari. Parata erat suorum lixivio cinerum in iustam socero maculam abstergere. Iniquus in me, inquit, Iudas est: Sed socer est. Nolo remordere socerum, quamvis discerpentem. Cadat victima, non læsæ pudicitia, sed illæsi pudoris, servatæque socero honestatis. Ita defloratæ, damnatæque olim foeminae affines verebantur, quorum ne officerent famæ, capitis periculum adibant. Quis iam parentes non lacerat, quamvis illacesitus? Quis non detrahit de consanguineis, non ut vitam tueatur suam: sed ut alienam dehonestet, sola libidine garriendi?

Quem duorum mirabimur: Nurum ne, malentem mori, quam socerum infamare; vel Iudam non refellentem crimen:

sed

453

Peccata facile divulgantur.

454

Nubilis benda cito

455

Secus in se refundens, dignus impetio.

456

Consanguinei excusandi, & defendendi.

457
Iudas an
Thamar
cōmenda-
tior.

sed fatentem? Aneps hæreo. Certavere ambo, neuter tamen alterum vicit. Sed vterque insigne posteris reliquit exemplar, illa silendo alienum crimen insignis; ille vero non obscurior proprium facinus retegendo. Certant inter se silentium foeminae, & vox Patriarchæ, vtrum alteri eripiat palmam; cum nescias fortius ne sit alienum crimen in vite delictum reticere; an prodere proprium cum famæ dispendio.

458
Iudas Adā
mo dissi-
milis.

Quam Adæ Iudas dissimilis! Nam ille à Deo convictus sceleris facinus retorfit in conjugem. Hic, vt infamiam averteret à nuru, in se flagitij telum adegit, cuius nec testis, erat nec accusator. *Peccavi Domino*, ait David 2. Reg. 12. 13.

David cō-
fessio ex-
torta.

At vox ista sonuit in conclavi, non tam sponte emissa, quam à Nathan extorta, Propheta exidium homicidæ minitante. Nec se reum fatetur David; sed non contradicit dicenti sibi crimen, quod negare non poterat, spe veniam deprecandi. At Iudas qua spe, quove metu ad confessionem coactus? Vbi vates, qui moveret? Qui terreret? Imo nominis detrimento sui scelus evulgavit. Periisset David, si siluisset: Regnaret Iudas, si taceret. Maluit tamen optimus Patriarcha se damnare, quam damnatam non absolvere.

459
Confessio
veniam
meretur.

Iustior me est: Ex quo non modo ream absolvit; sed laudavit. Nec laudavit solum, sed dealbavit eam in nigrore suo. De te optima sperato, Iuda: Nam infamia, qua te obruis, firmus est, & stercus quo in auream frugem exuberet. Nemo te moechatum dicet: sed mirabuntur posterum, potuisse moechum à Iudice in reum repente converti, qui adeo absolvi debet, quod se damnaverit. Iustior te Thamar est. Sed tu Ducibus, & regibus iustior. Dum cedis foeminae, Cæsares antecedis.

460
Innocentia
liberaba-
tur.

Cur nulla mentio de solutione Thamaris? Dictum est, cum culpata cognoscitur: *Producite ut comburatur*. Cur cognita innocentia non dicitur: Dimittatur? Quia non alio opus fuit licitoribus imperio, vt innocentem absolverent. Nam ligati nequit, quam non ligavit scelus. Tunc innocentia tam cito emittebatur à carcere, quam cito se dabat in lucem.

461
Carcer sū-
dus licitorū

Nunquam in catenis spectata est innocentia: si patebat, statim solvebatur. Detinetur modo quo vsque carcerati expensis lictores, scribæ, caupones, & carnifices saturentur. Carcer, vt fundus conducitur, locaturque à plus offerente. Quæ spes
abeun-

abeundi innocentes, dum tot circumstant infitores, quos diurnitas compedum alit? Præstat à Piratis, quam à Prætoribus vinciri. Ab illis te redimes auro: Ab ijs ob aureum vinciere. Semel te ab hostibus redimes: quotidie ab ijs redimes libertatem, nec redimes quo vsque totum æs exhauriatur.

Cur *ultra non cognovit eam*? Quia id magnum est, aliter nec miraretur Moses, nec scripsisset. Id certe pro miraculo est non recognovisse quam semel cognoverat. Etenim quis semel mœchatur cum fœmina? In hoc cœno nemo labitur, quin relabatur. Cavendum sane est ne semel in hoc baratro detrudaris, difficile surges: ignis averni est, ad quem facilis aditus; sed arduus regressus.

462
Lascivia
non sistit.

Ultra non cognovit eam: Forte *ultra* non vidit, ne iterum concupisceret. Vel certe, si vidit, exuta illa erat meretrici habitu, & induta vestibus honestis viduitatis suæ, sic modeste circumamicta allicere non potuit, quem profane ornata pellexerat, & induxerat. Ita honestus habitus libidini resistit, & à peccando retrahit.

463
Occasio.

Habitus
profanus.

Cur Iudas prolatam sententiam mutavit? Indecorum videtur Iudicibus annullare quod protulerint. Sic suum decretum firmavit Pilatus dicens: *Quod scripsi scripsi*. Ioann. 19. 22. Ita sane; sed hoc apud arrogantes, & præsumptuos, qualis Pilatus erat, Iudices: non apud morigeratos, & iustos. Potuisset Iudas nulum comburere, præsertim cum illa absolvi non posset, quin ipse irrideretur, & nota invreretur à turba. Attamen, vt iustus rubere maluit, quam præiudicatam inique damnare, passusque est processisse se inscium, ne illa vreretur immerita.

464
Sententia
mala anul
landa.

Iudices
iusti.

Christus Chananaam damnat, canibusque comparat; sed vt precantem humiliter audit. *O mulier*, ait, *magna est fides tua: fiat tibi sicut vis*. Matth. 15. 28. Quam spreveras laudas? Quam repulleras admittis? Lapsum te in præiudicio dicent. Satius est immutari sententiam meam, quam causa cadere repulsæ immerentem. Discant sua homines decreta rescindere, quando ego mulierculam sublevaturus meam damno damnationem. Detur fidei, quod superstitioni negabatur. Vulgata fuerat, lataque à Deo in peccantem Ninivem sententia. Resipuere cives. Mox quoque Deus fulgur extinxit, quod

465
Iudices
mutent sen
tentiam in
iustam.

466
Ninive.

quod intorserat. Scit Deus mutare sententiam, si tu scias mutare delictum. Deum non pudet decretum rescindere; cur te pudeat reformare sententiam?

Cur *iustior me est?* Vnde se iustum arguit, qui nurum allegerat ad peccandum? Quia sensus horum verborum non est, vt neuter absolute significetur iniustus; sed comparative minus mala quam Iudas. Hic enim causa fuit incestus, non tradens filium Sela. Deinde aggressus est tamquam ad meretricem, ex actu libidinis. Illa vero ex intentione prolis, vt filios haberet ex Abrahæ femine, ad quod, vivente Sela, ius illi erat; vnde minus peccavit quam Iudas ideoque iustior, id est minus mala dicitur. Cornelius noster gravius apud Deum peccasse Thamar ostendit, quia Iudas sola fornicatione; hæc ex fornicatione, adulterio, & incestu peccavit.

Cur Deus fornicationis peccatum, quod in Iuda incestuosum adulterium fuit, non punivit? Resp. Theodor. *quæst.* 44. Pœnam evasit propter peccati confessionem, & contra se ferens sententiam evitavit sententiam divinam. Nec omit-tenda S. Ambros. responsio data *lib. 2. de pœ. cap. 8.* Ideo, ait, culpæ eius deputatum non est, quia ipse prius se accusavit, quam ab alijs accusaretur.

Vers. XXVII. INSTANTE AVTEM PARTV, APPA-
ruerunt gemini in utero: atque ipsa effusione infan-
tium vnus protulit manum, in qua obstetrix
ligavit coccinum, dicens:

Vers. XXVIII. ISTE EGREDIETVR PRIOR.

V E R S I O N E S.

SEp. *Quando pariebat, & huic erant gemelli in utero eius. Factum est autem dum ipsa pareret, vnus protulit manum sumens autem obtetrix ligavit super manum eius coccinum.*

Pag. *In tempore quo peperit ipsa, ecce gemini erant in utero eius, & fuit ea pariente dedit manum, & accepit obstetrix, & ligavit ad manum eius coccinum.*

Cald. *Iste egressus est prior.*

Oleast. *Ligavit super manum eius duplicatum.*

467
Thamar
minus pec-
cavit quã
Iudas.

468
Confessio
pœnam vi-
tat.

Cur apparuerunt gemini in utero? Quia iniuriam toleranter, & sine querella passa est Thamar, in duobus viris fratribus, nolentibus, sive impredientibus eam foecundare. Geminata ergo Deus eam prole donavit. Favet S. Chrisof. cum Deo placuit, ait, desiderium piæ mulieris, quod, & eidem concesserat, ut pro vno, duos filios pariter dederit. Ita ille. Et si peccante Thamar, primam adhuc illam tolerantiam premiat. Expectemus profecto, qui post peccavimus, prima nostra opera suam remunerationem consequutura apud Deum.

Apparuerunt gemini: Quia plura pariuntur ex scelere, quam expectantur. Plura exoriuntur, quæ non pensamus. Adulterium illa commisit, quot ex vno scelere immania, atrocia, & iniusta exoriuntur! Rescivit vir, & insanit: confanguineos movet ad vindictam. Retrahitur fœmina, si non contoditur, sanguis cum multiplici vulnere effundi pretenditur, utriusque coniugis volvitur læsa familia. Vel, si scelus occultetur, adulterina proles inter legitimam alitur ex bonis patris non patris. Iniuste cum damno legitimorum hæres fit, vel ex hæreditate, ne mater prostituatur, portionem substantiæ assequitur. En quanta parturiuntur ex scelere, quæ non expectantur.

Cur protulit manum? Quia ambiebat primatu, & primogenitura potiri, quam se affecutum coccino suspicatus est. Adeo provida, & antelucana ambitio est, ut nobiscum oriatur: Imo antequam nascamur, nascitur illa in nobis. In lucem prodit, antequam prodamur in lucem.

Cur obstetrix ligavit coccinum? Quia manum extenderat infans, & forte ea de causa ius adquisierat ad primogenituram, qui honor eximius habebatur, & noluit obstetrix primo manum extrahentem tanto beneficio privare. Dignitas, ait Lipp. & prærogativa primogenituræ magna erat... Ideo obstetrix sollicita curabat, ut quod ei contingeret, sua culpa non perderet.

Cur iste egrediatur prior? Quia male vaticinata est obstetrix. Primatum auspicata est illi, qui, accepta purpura, se iterum condidit in matris alvo. Grande Principibus documentum protulit infans, post coccum regressus in latebras, ut eum nunquam cohonestent, quem plene non noverint, quam-

469
Patientia
premiata.

470
Peccatum
multa ma-
la parit in-
cogitata.

471
Ambitio
provida.

472
Damnum
extua cul-
pa vita.

473
Servus nõ
honoran-
dus, nisi
plene cog-
noscat,ur,

quamvis propero, festivoq; obsequio spem sui fecerit magnā.

Iste egredietur prior: Quasi diceret: Hæres erit; quia fœmina plane inscia purpuræ, ante luctam impetrare conata est infanti, quo pugiles carent innumeri post victoriam. Porrexit manum Zara non ad opus, si advertas; sed ad præmium: non ad pugnam; sed ad assequendam victoriæ laurū, & purpuram sine prælio. Nescis sane quod petis.

Iste egredietur prior, & tamen posterior exijt; vt videas non licere divinare de nascituris. Nascitur ille sub faborabili astrorum horoscopo: Ominatur Aruspex Imperium, qui post remigando sub Celestæ gemit dominio, verberere percussus, & compedibus subditus in triremi. Aruspicipus te divinationibusque ne credas, nomen, & omen tuis egregijs affectus operibus.

Cur Cald. legit: *Iste egressus est prior*? Iam est egressus? At cur? Protulit manum. Puerorum tu plane ingenium nescis. Etiam cum totus emerferit infans, noli eum adnumerare iam natis. Revocavit ipse se, repetetque vterum. Qui manū cito movent, cum ad adultam ætatem nascuntur, opus retrahunt, & vaticinia fallunt. Morus tardat magnopere; sed lentissimæ arboris folia, pretiosiora sunt pomis, cum ijs faginati bombyces sericum fundunt.

Etiam Synagoga manum operis protulit, & tamen, & sanctius, & prius Ecclesia in Christo nata est. Hæc adumbratur in Phares; illa designatur in Zara. Ne ergo de tyrone annuncies: *Iste nascetur prius*, eo quod videas admovisse manum; forte qui tardius nascitur, & lente movetur, maturius, diligentius, & fructuosius operabitur. Quot infantes orti sunt, & ex eorum facetijs eos vaticinamur ad magna: astra videntur lucida, & splendida: vt ad adultiorem nascuntur ætatem, cometes sunt; fatalia, & domus, & reip. fulgura. Ardua pro inde de natis tyronibus divinatio.

Vers. XXIX. ILLO VERO RETRAHENTE MANVM,
egressus est alter: Dixitque mulier: Quare divisa est
propter te maceria? Et ob hanc causam
vocavit nomen eius Phares.

Vers.

Vers. XXX. POSTEA EGRESSVS EST FRATER eius, in cuius manu erat coccinum; quem appellavit Zara.

V E R S I O N E S.

Sep. *Vt autem contraxit manum, & statim egressus, & frater eius. Quare diuissa est propter te maceria? Et ob hanc causam vocavit nomen eius Phares. In quo erat super manum eius coccinum.*

Cald. *Quam maxima fuit in te fortitudo vt preualeres.*

Pag. *Cur dimisisti? Super te sit diuissio, & vocavit nomen eius Peres.*

Oleast. *Quare diuissisti super te diuisionem?*

Alij teste Eugub. *Quare dicerpta est per te sepes, seu repaguli?*

Proc. *Cur interrumpisti sepem?*

Quidam Hebr. *Cur roborasti tibi robus?*

Bibil. antiq. *Cur perrupisti super te? Sit praruptio.*

Alij Rypisti. *Super te ruptura sit.*

Alij teste Vatab. *Cur rupisti super te interstitium?*

Alij teste Lip. *Quid perforasti super te perforationem?*

Cur i'lo retrahente manum? Quia Zara manum traxit; sed retraxit: incepit opus; sed non perfecit: ipso in initio cursus refluit. Hinc palmam, & honorem primogenituræ non adeptus est. Quia, vt ait Henricus Harph. lib. I. Mystic. The. cap. 67. Perleuerantia est vnica filia Regis æterni, quã peperit vera discretio; est, in quam, omnium fere virtutum finis, totiusque boni repertorium, & virtus, sine qua nemo videbit Deum, quia absque perseuerantia, neque qui pugnat victoriam, neque victor palmam consequetur.

*Cur egressus est alter? Quia primogenituræ dignitas, non ex diligentia humana; sed ex providentia divina; non am-
bienti, & procuranti; sed ex Dei beneplacito accipienti cõ-
ceditur. Sic expresse Oleaster: Vult, ait, ostendere Dominus non pendere ex arbitrio nostro, quis sit primogenitus; sed ex voluntate eius.*

Egressus est alter. Et quare non egreditur Zara, cuius

480
Uincula
maximè
exosa.

481
Carcet
quâ acer-
bus.

482
Uincula
Patientis
fortitudo.
Monachi.

483
Carcet
intollera-
bilis.

484
Carcet si
differatur
odibilis.

iam prolata manus? Quia manum eius ligaverat obstetrix. Adeo ligari tædet, ut nec cocco vinciri se patitur infans, cui gratiores luce sunt latebræ, si nasci debeat in vinculis. Nec infans nasci vult ad servitium. Non trahes; sed fugabis, quem vinculis alligaveris. Coniicito quale futurum funium odium, dum coccum invisum sit, si vinciat. Vellem propterea, ut ligaturas Prælati, Principesque vitarent; si quidem nemo est, qui non malit sine vinculis latebras, quam vitam, luceinque cum vinculis. Quomodo ergo Præsides levissimis coniecturis ingenuos homines coniiciunt in vincula, & eorum catenas, nullis pene momentis, producant in annos?

Mirari pro inde nunquam possumus satis, laudareque fortitudinem Monachorum, qui, ut toto vinciantur corpore, animaque tota vinculis catenentur insolubilibus, vitæ liberioris lucem, libertatem, illecebrasque repudient, & moriuntur in Domino, cum Zara vnius dexteræ phaleras, veritis quam manicas, ad usque vitæ odium sit execratus: malens non nasci, quam ligari.

Duos vix annos transegerat in carcere Ioseph iustus, & in tot laboribus patiens, & quamvis destinatus per vaticiniū imperio, Pincernam supplicat pro libertate: *Suggestas Pharaoni, ut educat me de isto carcere.* Gen. 40. 14. Adeo qui libidinem vicerat, victus à captivitate est; qui solem, & lunam, & astra suis pedibus senserat advolutos. Exilium pati potuit Ioseph; foeminae amplexus recusare, famulari Ægyptio post stellas suo capiti vectigales: carcerem pati non potuit.

Proximus Christo adolescens, ne ligaretur, projecta lictoribus sindone nudus aufugit. Apostolus iactabat: *Paulus vinculus Iesu Christi.* Philem. 1. nihil ostentabat, vir alioquin fortissimus quam pro Christo vincula. Ipse cum fereretur acerbis in discipulos Domini nihil crudelius egisse fertur, quam, *ut vivos deduceret in Ierusalem.* Act. 9. 2. Suprema ferocientis lupi immanitas barbariem suam non ultra vincula produxit. Ipse Paulus, cum videret sua vincula dilatari, se ad vocavit ad Cæsarem: *Cæsarem appello.* Act. 25. 11. Vel Apostoli malunt Neronem adire, quam sua trahi vincula pro arbitrio consularium, livoreque delatorum.

Cur egressus est alter, si ex vaticinio obstetricis de Zara,

dicitur; *Iste egredietur prior?* Quia facile scemina vaticinantur, & Prophetæ fiunt. Revelationes credunt earum futiles apprehensiones, & somnia; & divinare, quod ignorant festinant. Contineri se hæc noluit in obstetricis officio, & facta repente Sybilla maluit prophetare, quam suo muneri deservire: ideo eam in ipso vaticinij limine derisit infans, & purpuræ prædo, & ominis decoctor. Discat quisque suis finibus contentus esse, quos si transilierit, exhibilabitur; nō plaudetur.

Cur retrahente manum Zara, egressus est alter? Coccini nimirum ornamento, fastuque coloris delectatus moram se oblectando fecit, interea frater diligenter decertans irrupit, & primogenituræ dignitatem adeptus est. Sic plerique mundi vanitatibus dum detinentur illusi, alij ad brabium properant felicitatis. Vide quam noccat in via Dei procrastinatio.

Verum sciamus: non defuturum qui loco reluctantis, & demorantis substituatur à Deo. Retrahente manum Zara, mox Phares erupit, quem Christus suis statim proavis elegit. si Cain non litet, Abel non deerit. Cham Patrem irridet? Pro vno contumaci in Parentem, duo aderunt filij, à quibus verenda patris integantur. Rebellat à Matre Esau? Matri Iacob obedit. Iudas recedit ab Apostolis? Adfuere illico Matthias, & Ioseph; qui vndenis accesserentur. Negat Petrus; sed latro confitetur. Vnus Herodes in Christum conspirat, tres aternuntur Domini incunabulis Reges. Mihi crede: Deo aderunt plurimi, si tu abscesseris à Deo.

Cur Phares Christi proavus decretus, cum Zara prius manum protulerit? Quia protulit ad ornamentum, ante purpuratus quam natus. Phares autem nullo habitu, nullaque pompa; sed communi nuditate prorsus inops progressus est; omnium indigus, & nullius providus. Christus enim paupertatis, & nuditatis amator, inopiæ signis nascentem proavum elegit; ornatum purpura, & coccino fulgentem despexit.

Cur, qui pater Iesu designatur, etiam, vel post quam natus est, coccino non insignitur? Quia dignitate, & denominatione proavi Iesu contentus, & oblectatus, purpuram fastidivit, & coccini infulas repudiavit. Hæc maxima Professorum nostræ societatis virorum gloria, infulas respuunt, & dignitates, voto à quibuscumque se abdicare constringuntur.

485
Revelationes sceminarum,

486
Vanitatibus detentum postponuntur.

487
Procrastinanti est qui succedat.

488
Paupertas religiosa.

489
Iesu nomen Societatis professi.

Quasi dicant: Habeant sibi alij purpuras, dignitates, & infu-
las, suis meritis certe condignas. Nobis satis est si Patres Iesu
denominemur, & simus.

Deinde Zaræ in utero matris ligatus fuit coccino, quod
volunt aliqui, apud Tostatium, fuisse filum talis coloris, ut
dealbari opus habet. Iuxta illud Isaia cap. 1. 18. *Si fuerint
peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbuntur.* Noluit er-
go verbum proavum tot annis, generationibusque præce-
dentem sibi eligi, qui fuerit in utero matris irretitus ligaturis
dealvari indigentibus. Qua ergo ratione genitricem admit-
teret, quæ aliquando in utero matris vinculis originalis notæ,
quibus nos Eva mater, seu obstetrix, colligavit, inveniretur
obstricta?

Cur Zara fratri non invidit; sicut Iacobo Esau; & Iose-
pho fratres? Quia ut ait S. Thomas hic: Prior extendit ma-
nus ad fortia. Veluti si dicat: meritum habuit, cum decer-
tans cum fratre virtutem, & fortitudinem brachij ostentavit.
Prior fuit in merito, licet prior frater in ortu. Non est quod
invidet, qui operibus præcelluit. De me, ait Zara, dicetur
quod fuerim prior in decertando, nihil obstat quod sim se-
cundus in honore primogenituræ. Sit meruisse satis. Sit frater
prior in ortu, dum non sim secundus in merito. Quasi de
operibus, non de primatu nascendi, gloriaretur. Nasci pri-
mus opus naturæ est, nasci meritis opus virtutis, & fortitudi-
nis. Ideo Zara idem est ac: *Vir oriens*, quia iam virtute, &
fortitudine viri oriebatur. Favet S. Thomas, hic: Primus vi-
sus est debere egredi & in virtute operum, & in eius fide.

Cur *Dixit mulier*? Quia nullus in partus conflictu loqui-
tur nisi mulier. Malunt garrere foemina, quam agere. Nota
quomodo cum dicit: *Iste egredietur prior*, dicatur *obstetrix*:
cum quasi querula dicit: *Quare propter te divisa est maceria?*
Mulier appellatur. Nimirum iurgari, querique de alijs non
officij est; sed imbecillitatis, vitiumque muliebri. Nihil abie-
ctius quam obloqui, de eo præsertim qui maledicta confuta-
re non possit. Igitur obstetrix, si fausta pronuntiet, obstetrix
est, iuvatrixque parituræ, si nascentem excandescat, amisso
iuvantis titulo, foemina appellatur.

Cur *Quare divisa est propter te maceria?* Verba sunt ob-
ste-

490
Conceptio
B. Mariæ
V.

491
Sanguine
non gloriâ
dum sed
meritis.

492
Foemina
loquax.

493
Murmura-
re de ab-
senti.

stetricis, ægre ferentis præreptum esse Zaræ à Phares exitum ex utero, & consequenter ius primogenituræ. Quorum verborum sensus, ex versionibus fere deductus hic est, ait Pererius: Cur membrana, qua operiebaris rupisti, vt prodires ante fratrem tuum.

494
Fœmina
querula.

Cur ægre fert obstetrix, quod Phares prior nascatur? Si enim quia Zara protulit manum donatus est cocco, debuisset illa non cunctabundum in ortu, sed diligentius emergentem Phares totum vestire purpura, tituloque sideris honellare; & tamen, hunc obiurgat, illum laudat? Nimirum, de Zara dictum *iste egredietur prior*, quod vaticinium falsum repertum est, puduit fœminam dicti; quæ maluisset suum stare oraculum, quam integram fundi siderum legionem à Thamare. Nostra tuemur dicta, non parientibus consulimus.

495
Defenden
tes te mere
sua,

Cur Pag. leg. *Cur divisisti? Super te sit divisio*, & Bib. antiq. *Cur prerupisti? Super te sit prerupio*, & alij. *Quid perforasti? Super te perforatio*. Vt noscatur, & describatur feracitas fœminæ. Deliravit obstetrix, quia eius prænuntium evanuit. Nequeunt fœminæ obiurgare, quin maledicant. Cui diceret Phares: Quare me male dictis laceffas? Si Zara absconditur, & nasci recusat; cur ego nasci non possum? Si ille se retrahit timidus, iners, & otiosus, nec ad ministeria, quibus manum ostentavit, nascitur; cur sepultus manebo, in utero matris, & non prodeam in lucem, vt lætificem meis laboribus, quæ me genuit, matrem? Ex sinu religionis matris nascitur, qui ad magna natus maxima exercet, mordetur hic, laceffitur, & corroditur. De illo qui intra claustrum viscera retrahitur, otiosus, iners, & inutilis degit, nihil profusus dicitur, imo plauditur. Nascatur ergo sine iniuria Phares, licet obstetrix rabida insimulet, & maledicat nascentem, & faulta de retrahente se prædicet.

496
Fœmina
maleditrix

Cur Zara serius natus est, cum nascendi spem tantam fecerit obstetrix? Quia manu cœpit nasci; non capite. Debemus prius meditari, quam agere, vt opus mentem sequatur; non antecedit. Præcedat intellectus, & post imperet, & operetur voluntas. Vide tom. 1. num. 307. & secund. num. 732. Vidi è tyronibus Christi plerosque agere præclara, ea nempe, quæ à veteranis gererentur. At trahebantur impulsu

497
Operarij
inepti mor
daces.

498
Intellectus
præcedat
operationi

manuum, non præmeditatione intellectus, non ibant, in seipſi plane quid agerent. Cito defecere, cessaruntque ab omni pœnitus opere, quod patrarant.

499 Quot involuti sunt sceleribus filij Iacob, quos Patriarcha vir videns Deum educavit. Nimirum in ea domo in qua actio, id est Lia, prius parit quam meditatio, id est Raquel, quam facillime degeneratur. Vide, vt per totam hyemem meditentur arbores, ne abortiant, cum pepererint. Fœnum est quod erumpit, nulla feminis meditatione.

300 Video multas manus emergere in castris Christi, nec illis credo; nam capita vix intueor. Zaras formido, quos natos nolo dicere, quamvis manum ad gesta protenderint. Clamabat sponsa: *Manus meæ stillaverunt myrrham.* Cant. 5. 5. *Aperiui dilecto meo: at ille declinaverat, & transferat.* Sponsam præterit sponsus; & quidem stillantem abunde myrrham? Præterit. Pluris Iesus fecisset stillicidia myrrhæ, si è fronte manassent; qui redundantem in manibus myrrham contēpsit.

301 Rursus clamabat sponsa: *Digiti mei pleni myrrha probatissima.* Subclamat sponsus: *Caput meum plenum est rore.* Can. 5. 2. Ac si diceret: Pluris rorem æstimo, si excipiat a mente, quam myrrham facio, si non in mente restagnet; sed exundet in opere. Vel vno capitis vulneratur sponsus, quem nulla vis manuum aut cæderet, aut teneret. Obliteretur pro inde ortus Zaræ, non capite nascentis; sed dextera. Nemo nascetur bene, nisi mente nascatur.

302 Cur Cald. leg. *Quam maxima fuit in te fortitudo.* Et Hebr. *Cur roborasti tibi robur?* Quæ enim fortitudo est, nasci alterum, dum alter nasci non vult? Maxima. Nam cum vidisset Phares refugere à vinculis Zaram, & ab ortu absterri, debuerat exitum formidare, quem formidaverat frater. Magna fortitudo censetur id aggredi, quod alij timent, & fugiunt. Mire audax extitit infans, eo se penetrans vnde frater aufugerat.

303 Cur rixati sunt in vtero Rebeckæ Iacob, & Esau. Et nullam sensit collisionem Thamar in vtero suo? Et illa certe legitime concepit: Ista vero peccando à socero filios extorsit? Quia pacatiores sunt foetus criminum, quam foetus virtutum. Inter Christi discipulos contentio ea die facta est, qua Herodes,

des, & Pilatus in mutuum foedus coaluerunt. Rara inter impios dissensio, quos vna ligat iniquitas, & concordēs facit. Vilitiora inter cœnobitas dissidia, circa perfectionis vias contendentes. Humanæ res si altius conspiciantur, ea sunt conditione, vt magnitudine laborent sua. Si quidem lineæ à sese plus separantur, & disiunguntur, quo plus à tenuitate centri in astra discedunt, & cœlum attingunt.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXIX. VERS. I.

IGITVR IOSEPH DVCTVS EST IN ÆGYPTVM, emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus productus erat.

Vers. II. FVITQVE DOMINVS CVM EO, ET ERAT vir in cunctis prospere agens: habitavitque in domo domini sui.

V E R S I O N E S.

SEp. Ioseph depositus est in Ægyptum, & acquisiuit eum Petepheres Archimagirus, vir ægyptius, de manibus Ismaelitarum, qui duxerunt eum. Et fuit Dominus cum Ioseph, & fuit vir prosperans, & factus est in domo apud Dominum suum ægyptium.

Cald. Magister militum. Et factum est verbum Domini in auxilium Ioseph, eratque in domo domini sui ægyptij.

Onkal. Magister interfectorum, vir ægyptius de manu Aramum,

bum, qui perduxerunt eum illuc.. Vnde fuit vir prospere agens.

Pag. *Princeps Pbaroch, Princeps Lanionum.*

Oleast. *Custos Paroch. Fuit vir proficere faciens.*

Phil. *Princeps coccorum. S. Chrisl. Erat vir fortunatus.*

S. Ambros. *Et erat vir assequens.*

Procop. *Dominus fuit ipsi Ioseph, ut esset vir cui omnia prospere caderent.*

De venditione Iosephi dictum est cap. 37. vers. 28. emptum à Putiphar triginta argenteis, quod translationibus apparet conformius. Vide num. 240.

Cur *Ioseph in Egyptum*? Deo scilicet sic disponente, vt in solo alieno, & à Parentis sinu remotus feliciter educaretur. Præstat iuvenes patriam, patriosque lares ad tempus saltem relinquere, ne inter commoditates, & blanditias domesticas molliter, & otiose crescant, quibus, quæ non decent, inibi permittuntur. Veniant filij tui de longe, post quã servitutis, aut orphanitatis experiantur incommoda, & laboribus assuescant.

Cur *emit eum Putiphar*? Quia hic ab Ismaelitis venditus. Sed cur repetitur hic quod expositum est cap. 37. vers. 36. narrato, inter vtrumque caput, incestu Thamaris, & Iudæ? Quia Ioseph tamquam familiæ balsamum Patriarchas suo condiebat exemplo, ne libidinibus solveretur, & exulante, imo captivo pudore, lascivia debacchata est, & meliorem ex fratribus Iudam corruptit. Sic, cum abest frænum, in scelus libido detruditur.

Cur potius ea lue solus correptus Iudas; debuerant ceteri mortem Ioseph machinati puniri? Quia odio peccavere fratres in fratrem: humana prudentia Iudas: debuerat enim innocentem cum suo periculo liberare; sed politica ductus, cupit vtrisque blandiri. Erravere partius qui necem moliebantur, quam qui ex politica fratrem vinxit, & vendidit.

Quamquam id impullisse reor Iudam in foveam libidinis, quod è cisterna extractum Ioseph vendendum dederit Ismaelitis. Præstaret in puteo mori, quam mancipium fieri. Maluisset ille fovea obtrudi, quam improborum dominatui subijci. In cisterna periret Ioseph, indemni castitate; in servitute parum absuit quin ab impura scœmina eius puritas nigres-

gres-

304
Iuvenes
exeat à
domo pa-
terna.

365
Exempla
bona nos
detinent.

306
Politica
humana.

307
Servitus
durior
morte.

gresceret. Nihil atrocius; nihil crudelius pudico, quam inhonestæ foeminae mancipari. Ruat ergo Iudas in latebris impuritatis, qui castitatem non defendit; sed exposuit periculo.

Mancipiū
inhoneste,
crudelceſt

Cur emit eum Putiphar, nulla interposita iuvenis indagazione? Vidit modestum, ex modestia vultus aptitudinem, & dispositionem animi intulit. Ut doceamur in ijs, quos domi admittimus, non tam explorandam nobilitatem, ætatem, aut pulchritudinem; quam animi dotes, & mentis. Vereor ne nunc veriores filij Israel plus florem contemplantur, quam fructum. Iuvenum, quos admittimus, specularemus vellem mentem; non frontes: animum; non comam: dotes animi; nō formam corporis.

509
Modestia.

Mens ſpe-
culanda,
non frons.

Cur Pagn. leg. *Princeps Laniorum*? Onkal. *Interſectorū*? Phil. *Coccorum*? Alij. *Occiſſorum*? Quia Princeps exercitus, seu Magister militum, & ut ait Perer. in cap. 17. num. 115. Hoc quidem competere potest militibus, qui homines interficiunt in bello. Ita ille. Quasi dicat: milites, qui nobili officio fungi supetbiunt, sciant se laniones coccos, & carnifices effici, dum furantur, & interficiunt, & dum dedignantur ovem excoriare; hominem trudere, & occidere non erubescunt. Sicuti, & omne impudicitiae genus aggredi.

510
Milites ſa-
niones, &
coqui.

Cur *fuit Dominus cum eo*? Quia in tribulatione captivitatatis erat constitutus. Mira res, ait Oliva, cum in domo Patris sui degeret Ioseph, ei Deus non legitur adfuisse. Nec illi adfuit cum apud patrem pessimi criminis fratres suos accusasset. Patrocinium numinis feliciter ærumna impetrat; quam Zelus, & Pudor. Debet Ioseph catenæ suæ divinitatem sibi excubantem. Alligavere Ioseph Deū, qui iuvenem ligaverūt.

511
Tribulatio
Deum ap-
proximat.

Cur *erat vir*, de quo infra vers. 10. dicitur: *Mulier molesta erat adolescenti*? Resp. Carth. Et in adolescentia sua vir fuit, non tempore, & ætate; sed probitate morum; constantia mentis, atque prudentia. Hac de causa vir appellatur à David, dicens Ps. 104. 17. *Misit ante eos virum, & in servus venundatus est Ioseph.*

512
Vir à vir-
tute.

Cum vrbs Hebron innumeram hominum contineret multitudinem, vrbs quatuor virorum dicitur. At cur? Respondet Abul. propter quatuor Patriarchas principales, qui ibi sepulti erant, scilicet Adam, Abraham, Isaac, & Iacob, &

513
Hebron
vrbs 4. vi-
torum,

Senes pueri.

isti sunt quatuor viri, qui viri excellenter sunt. De Tobia legimus cap. 1. 5. *Cum esset iunior omnibus in tribu Nephtali, nihil tamen puerile gerebat.* Puer etiam in pueritia non dicitur, siquidem in eo nihil puerile apparebat. Vitiosi potius senes pueri appellari possunt, qui gratis immemores ad nugas deflectunt.

§ 14
Pueri, viri ob virtutem.

Quamquam Ioseph hic virum dici existimo, quod tot adversis probatus in primævæ ætate plusquam virilem præfeturerit fortitudinem. Audi Ioseph *lib. 2. antiq. cap. 3.* Innatam virtutem, propter hanc sui status mutationem, non amisit, docuitque prudentiam, adversanti fortunæ, non succumbere, si quis ea legitime, & non secundis tantum in rebus, utatur.

§ 15
Præsentia Dei.

Cur *Erat vir in cunctis prospere agens?* Nimirum: *Fuit Deus cum eo.* En prosperitatis scaturiginem vberiore. Vbi-que tibi, vel in servitute, felicitas arridebit, si tu tamen à numine non abscesseris. Quomodo ergo prosperitatem apprehendet, qui elongatur à Deo, si mutuo implicentur Dominus, & felicitas. Viret in vinculis beatitas, vbi numini in servitute servitur.

§ 16
Calamitates expellit.

Clamat sponsa depulsam hyemem, cohibitos imbres, & flores feliciter in suo solo germinasse. *Iam hyems transit imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra.* Can. 2. 10. Et vnde tanta fertilitas in agro tuo? *En ipse stat post parietem nostrum. En dilectus meus loquitur mihi.* Tota fertilitas agris tota aeris serenitas sponsus est, cuius absentia imbres, & hyemem, & tempestates excitarat. Quæ omnes calamitates recessere, vbi ille proprius accessit.

Rubus flammis comprehensus non comburitur; quia Deus in dumis est. Quod si spinæ, quæ pabulum ignis sunt, virent in flamma, præsentem Deo: quid nos infestabit si non caruerimus numine.

§ 17
Præsentia Dei.

Hauriebatur fluctibus cymba, dum Christus abesset. Vbi adfuit, illico tranquillitas subsequuta est. Vnus Angelus fornacem pueris in agrum vertit, vbi, & vento, & rore recrearentur. Et præsens Dominus nobis Eurum non converteret in auram? Nihil ita distat à rore uti ignis. Is tamen iuvenes madefecit, flante Angelo in flammam. Quid mirum in cunctis prospere ageret Ioseph, si fuit Dominus cum eo?

Leſtulo florido cubabat ſponſa, cuius laquearia cypres ſina; nihilominus exijt domo, circuitque caſtellum. *Quararam quem diligit anima mea.* Can. 2. 1. Nimirum aberat à cedro Deus, nec floribus inerat. Vnde inſomnis, & inquieta Deum inquirebat in compitis. Ac ſi diceret: Sine Deo flores tetriciores ſunt, ſavioresque quam ſpinæ. Ieſum quero, illum ſi nanciſcar cubabo molliſſime, vel in ſaxo: *In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam.* Pl. 4. 9.

518
Felicitas
ſine Deo.

Cur in cunctis prospere agens? Resp. Carth. Quantum ad animæ ſalutem, quæ ſumma proſperitas eſt, & quantum ad temporalium rerum domini ſui gubernationem in omnibus proſpere egit. Qua propter curandum eſt, vt ſervi proſpere ſe gerant in ordine ad Deum, & ad ſalutem animæ ſuæ, ſic ſuorum Dominorum curam diligentius nababunt.

519
Servi de-
voti aptio-
res,

Cur inter ſervitutem, & felicitatem Iosephi nihil temporis interceſſit. Mox vt venditus fertur, felix quoque fuiſſe dicitur? Vt doceamur, nullam ſoli ſterilitatem obſtare, quin felicitas pullulet, ſi Deus adſit: Nullum periculum, quod non vincatur. Vna ſat funda eſt debellando Giganti, ſi cum fundibulario Deus prælietur. Vide vt ſtipatus Phalangibus Hoſernes ludibrium ſit inermis, enerviſque viduæ, cui Deus aderat. Abrahamus Reges plures ovantes, inſolentesque pro victoria, cū pauculis vernaculis devicit, & in fugā convertit.

520
Felicitas
conſta ubi
Deus eſt.

Cur erat vir in cunctis prospere agens? Quia ante dictum quod fuit Dominus cum eo. Proſpere quidem omnia ages, ſi adſit tibi Dominus. Audi Seraph. Porr. con. 1. Antequam dicat, quod Ioseph erat vir in cunctis proſpere agens, dicit quod Dominus erat cum eo; proculdubio per gratiam, alioquin nihil ſingulare de Ioseph dixiſſet.

521
Felix qui
Deum ha-
bet.

Cur Habitavitque in domo domini sui? Quia raro ſervi domi habitant dominorum, ſi improbi ſint, licet aliqua proſpere exequantur, ſua tandem improbitate deturbantur.

522
Servi im-
pij raro be-
ne ſerviūt.

Si felices ſint, ſua felicitate evaneſcunt, evolabuntque protinus è latebris ſervitutis, teque, aut tranſfugæ, aut pro- ditores ſolitarium deſerent altorem felicitatis ſuæ. Nimirum Aulicus, vt avis tandiu conſidet in nido, quamdiu fuerit in- validus, & implumis: vt vero alas ſtruxerit ſuas, nidi ſinitum non ſolum deſpuet; ſed evertet. Vel Poma ipſa, vt ſuccum hau-

523
Servi feli-
ces evanaſ-
cunt.

hauserint arboris, & maturuerint, nisi decerpantur sponte
abdicant parentem; cadendoque humi malunt putrescere,
quam arbori adhærere, ex qua incrementum acceperunt vnus
Ioseph, & felix, & seruus, & prosper: *Habitavit in domo do-*
mini sui.

Vers. III. QVI OPTIME NOVERAT DOMINVM
esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo
dirigi in manu illius.

Vers. IV. INVENTITQVE IOSEPH GRATIAM CO-
ram Domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus
omnibus gubernabat creditam sibi domum, &
vniuersa quæ ei tradita fuerant.

VERSIONES.

SEp. *Intelligebat Dominus eius, quia Dominus erat cum eo,*
& omnia quæcumque faceret Dominus prosperat in manu
eius. Beneplacuit ei, & constituit eum super domum suam,
& omnia quæ sibi erant dedit per manum Ioseph.

Cald. *Et vidit Dominus eius quod erat Verbum Domini in au-*
xilium eius, & omnia, quæ ipse faciebat dirigebat Dominus in
manu sua. Et inuenit Ioseph misericordiam in oculis eius, &
ministrabat ei, & constituit eum super domum suam, & om-
nia quæ habebat tradidit in manu eius.

Onkal. *Quod Verbum Domini in adiumento ei esset, quodque*
omnia, quæ gereret, Deus secundaret in manu eius.

Oleast. *Qui re ordari eum fecit super domum suam.*

Vnde Putiphar, cœlesti lumine destitutus, *optime nove-*
rat Dominum esse cum eo? Ex odore virtutum suavissimo,
quem ex operibus exhalabat, vt si cæcus in medio viridario
collocetur, locum distinguet, & commendavit, licet oculis
non conspiciat. Vel à cæco Isaac vestis filij Esau dignoscitur
ex odore.

Sed resp. Abul. Videbat iste Ægyptius in effectu, quod
tanta prosperitas inerat rebus, quas disponebat Ioseph, vt
nulla humana industria hoc haberi posset, arguebat ergo ne-
cessario Putiphar aliquam causam superiorem esse dirigentem,
tem,

§ 24

Iustus viri
dariū est.

§ 25

Euetus bo
nus à Deo

rem, & hanc Deum esse dicebat. Ita ille. Vel Ethnici bona à Deo provenire concedunt.

Vnde collegit Putiphar tantam deribatam in servum felicitatem à numine? Quia licet curis moderandi exercitus, mancipium tamen observabat, & non acta solum adolescentis; sed gestorum fibras scrutabatur, & motus omnes, & eorum rectitudine, & felici eventu, intulit à Deo instructum Ioseph, & directum. Quis Paterfamilias ita est diligens, vt saltem filiorum mores, & acta ita observet, vt noscere possit, an à Deo ipsi instruuntur, vt complacere; aut à malo spiritu, vt corrigat.

Cur omnia quæ gereret, ab eo, Deo scilicet, *dirigi in manus illius*? Vt videas moderationem animi Putiphar. Non sibi, suæque educationi tribuit bene gesta Ioseph. Non dixit: Mancipium adeptus sum strenuum; sed à me educatum, & instructum; sub me Ioseph gnavus, & solers esse didicit. Tanti est servire Putiphar, vt mancipia ipsa domi meæ florescant ad Regnum. Hæc ille non blætheravit, quæ nemo nostrum non iactasset. Verum, etsi Ethnicus, auctorem felicitatis in servo numen agnovit, & à Domino instructum Ioseph testatus est.

Cur *invenit Ioseph gratiam coram Domino suo*? Quia palam suam erga verum Deum religionem profitebatur adolescentens; & quamvis exterus, & mancipium fidem Dei sui, suo hero contrariam, non clam; sed publice colebat. Ex hac fidelitate erga Deum, fidelitatem erga se intulit Putiphar: & ex confidentia religionis, confidentiam erga se concitavit. Ne fidas Deo infidelibus, qui, & infidi erunt & hominibus.

Sed quæ aguntur à Ioseph, qui ita splendet, vt gratiam Ethnici sibi devincat? Non legimus longam duxisse orationem, aut meditationem: aliqua obtulisse sacrificia, aut asperitates exercuisse, aut ieiunia? Illud sane est: Dominus erat cum eo: Præsentia Dei illustrabatur. Celari non potuit in homine Dei præsentia, nihil in eo est quod Deum sibi adesse non demonstret. Oculi, vultus, gestus; ipse sermo, & totius corporis habitus, ac motus, quidquid agit, quidquid loquitur, Deum ibi esse demonstrat. Quod expressit Oleaster dicens: Facile cognoscitur homo, in quo est Deus. Ostendunt oculi,

526
Filij, & ser-
vi obser-
vandi.

527
Deo vel
Ethnici
prospera
tribunt.

528
Fidelis
Deo, & ho-
minibus
erit.

529
Præsentia
Dei multa
bona parit

os, manus, pedes, & cætera membra, que admodum in im-
pio absentiam Dei cuncta proclamant, vt ex ordine præsen-
tiæ Dei in bonis.

530
Servi suū
munus im-
pleant.

Deinde: vt ipsa Scriptura ait: *Ministrabat ei*, id est, omnia
munia boni serui cum diligenti applicatione adimplebat.
Nihil ita obligat, rapitque gratiam, & Dominorum bene-
uolentiam, vt si serui sua munera in ministracione diligenter
exequantur.

531
Ecclesiasti-
ci ambitio
si.

Cur *gubernabat creditam sibi domum*? Quia suam non au-
xit; sed creditam rexit. Væ Ecclesiasticis, quorum anxietas
est suam augere, & ditare domum, administracione sibi com-
missæ Ecclesiæ neglecta. Depopulato Dei ærario, proprium
regere, & multiplicare festinant. Vel Iacob ita Labani gre-
ges amplificauit, vt suis pariter prospexerit. At Ioseph nihil
in rem suam deribasse fertur ex administracione amplissima;
quãuis eum seruitus in rapinam extimularet, aut lucra, qui-
bus se catenis eximeret. Ad rem Hug. Car. *Ministrabat ei*
non sibi, vt multi faciunt quærentes sua, non quæ Dei sunt.
Vnde Ezeq. 34. 2. *Væ pastoribus qui pascent se ipsos.*

532
Iurisdictio
Ecclesiasti-
ca.

Gubernabat domum sibi creditam, & vniuersa, &c. Quia
nec Domini, sed domus meminerat, nec illius actiones, aut
gesta moderabatur. Nec consilia illi, quibus regeretur, sug-
gererat. Nec aucupabatur eius gratiam blanditijs eum obli-
gando, vt solent serui, quibus tradita est aliqua auctoritas;
sed domum tantum sibi creditam regebat, quin se in alienam
mitteret segetem, aut aliud ad se non pertinens, dirigeret, aut
gubernaret.

533
Servi sibi
tantū tradi-
ta curent.

Cur *vniuersa, quæ ei tradita fuerant*? Quia non hunc
vel illum rexit, nullumque ex domesticis coarguit, cum nullo
contentiones movit. Ea enim eum ratio tantum in gubernationem
inclinabat, quod sibi tradita fuisse sciret. Nullum ex
non creditis dilatantæ libine iurisdictionis attingit, suæque
præfecturæ subiecit. Grafatur non raro vsurpacio potestatis,
raptoque vivit Præfectura.

534
Servi cum
seruis non
cõtendant

Vers. V. BENEDIXITQUE DOMINVS DOMVI
Ægyptij propter Ioseph, & multiplicavit tam in ædibus
quam in agris cunctam eius substantiam.

Vers. VI. NEC QUIDQVAM ALIVD NOVERAT, nisi panem quo vesceretur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu.

V E R S I O N E S.

Sep. Factum est autem postquam constituit ipsum super domum suam, & benedixit Dominus domum Egyptij, & facta est benedictio Domini in omnibus, quæ erant in domo, & agro eius. Neque cognoscebat quidquam, eorum quæ circa se erant, præter panem, quem ipse edebat: & erat Ioseph pulcher specie, & decorus aspectu valde.

Cald. Et factum est ab eo tempore, quo constituit eum in domo sua, & super omnia quæ habebat, & non noverat cum eo quidquam nisi panem quo vesceretur.

Oleas. Benedixit domui Egyptij in revolutione, vel ad circuitum Ioseph.

Aben Esra. Non discernbat ab eo quid, quam panem.

Arias. Et non cognovit quidquam secum nisi panem.

Cur benedixit Dominus domui Egyptij? Quia hæc est felicitas recipientis domi iustum ancillantem sibi. Domus idolatræ, quæ execranda erat, propter servum iustum benedictionem adeptæ est. Quia propter, ait Philo lib. de sacrif. Abel. Quando aliquem iustum habitantem in aliqua vrbe, aut domo, video, & domum, & urbem illam beatam prædico. Tota familia Noe felicitatur, ab aquarum diluvio liberata: Quia ipse Dominus. Gen. 7. 1. ait: Quia te vidi iustum coram me in generatione hac.

Benedixit Dominus domui Egyptij: Quia probum gubernatorem suæ domui præfecit. Ita, ait Oliva, Regibus, Regibusque ageretur, si provinciis suis pares Iosepho Prætores imponerent. Verum cum gratiosi, non pudici, probique præponantur urbibus, passim regna evertuntur. Quid cum Avari, latrones populos sibi commissos devastantes, ad gubernationem destinantur?

Cur propter Ioseph? Scilicet, non propter Ioseph pudicium, sed propter Ioseph gubernantem. Nihil enim de eius pudicitia

535
Servi iusti
augent do-
mos.

536
Guberna-
tores ini-
qui provin-
cias per-
dunt.

537
Vigilantia
in guber-
nante.

tia dicitur; sed quod *gubernabat creditam sibi domum*. Non de pudicitia commendatur; sed celebrata est, & præmiata, eius in administrando diligentia. Placet in Prætorum pudor, sed pudori vigilantia antefertur. Vt nimirum intelligas in Gubernatore plus solertiam, fidelitatem, & industriam attendendam; quam animi honestatem, licet necessaria sit ad exemplum Gubernanti.

538
Guberna-
tor oret;
sed ante
gubernet.

Quod si Deus in æconomio tanti facit attentam in domū curam industriam, vt pene eius non consideret pudicitiam: quis non intelligat suum non nosse onus eos, qui regnorum clavis admoti ieiunia, vigiliis, nosocomia colunt, provinciarum administratione neglecta? Vult Deus suæ quemque rei satagere. Monachus lachrymetur, Sacerdos litet, prælietur miles, colonus aret, æquitet veredarius: Excubet, præsit, vigilet, & imperet Gubernator. Nescio quo fato accidat, vt videamus in Ecclesia pugnare Levitas, orare Prætores; interesse senatui cœnobitas, suæ quosque sortis tædere, improba alieni status occupatione.

539
Munus cui-
que pro-
prium.

540
Guberna-
tor ira
oret vt re-
pus guber-
nando re-
linquat.

Iosephi Pudicitia pœne divina non memoratur; sed prætermisso pudore, ideo Deus præfecturæ eius adfuit, benedixitque, quia creditam sibi domum gubernabat, nullis aut vigilijs, aut ieiunijs, aut hymnis recensitis. Qui Provincijs præfunt, & Regnis, quam fatui sunt, si auctument gratiosos se fore numini, si commissi muneris procuratione reiecta, tempus gubernandi orationi tradant, aut meditationi; horisue ad psalendum surgant antelucanis.

541
Guberna-
tor delictijs
non nisi
vacet.

Invitata ad Regnum ficus lignis offerentibus respondet: *Nunquid possum deferere dulcedinem meam, fructusque suavissimos?* Iud. 9. 11. Deliras ficulnea; imo, si Regnaveris tunc virebis maxime, & largissime germinabis. Tunc succum cæterarum arborum ad te rapies. Sapit tamen ficus, & quamvis truncus, intelligit, assumpta gubernatione, non sibi licere vacare dulcedini suæ, aut ex alijs succum exfugere, vni tantum intenta commodo, & subditorum gubernationi. Hebetior propterea trunco est, qui ad imperium anhelat, vt suam excolat frugem, vt felicius vernet, vt exuberet beatius.

542
Benedictio
Dei oia
multipli-
cat.

Cur *multiplicavit tam in adibus quam in agris?* Quia vbi benedictio Dei est omnia multiplicantur. Sed audi Oleast. sunt

Sunt manus iusti manus Dei ; vt sicut , quæ Deus manibus tangit argentur , ita quæ iusti tractant.

Cur nec quidquam aliud noverat , nisi panem quo vescebatur ? Hæc referri possunt ad Putipharem , & ad Ioseph. Relata ad Putipharem , Rabbi Salomon pro pane vxorem metaphorice intelligit , & vult hunc esse sentum : Putiphar nihil rerum suarum curabat , omnia præmittens curæ , & industriæ Ioseph , excepta vxore , quam solam in eius potestatem minime tradiderat , quod innuit Ioseph vers. 9. Quod nomine panis aliquando signetur in Scriptura vxor , probat illis verbis Salom. Prober. 9. 17. *Aque furtivæ dulciores sunt , & panis absconditus suavior.* Quibus verbis significatur vxor aliena , quam occulte quisque cognovit.

543
Panis pro vxore.

Aben Esra sic interpretatur : Putiphar omnia sua communicabat cum Ioseph , præter panem , id est cibaria , quæ nolebat habere communia cum Ioseph : siquidem , vt infra cap. 43. Illicitum erat Ægyptijs comedere cum Hebræis , & profanum putabatur.

544
Servis non intime coicandum.

Sed probabilior sensus hic est : Putiphar adeo curam omnem rerum suarum contulit Ioseph , vt ipse nihil prorsus curaret , nisi panem , id est , comedere , & bibere. Audis ne ? Interrogat Oliva , Præerat exercitijs Pharaonis Putiphar , ideoque omnem curam domus suæ exoneraverat in Ioseph. Et decens erit Præpositis animarum potiorum sui pectoris curam in studium impendere suarum domuum , quando suæ domus obliviscitur militum imperator ?

545
Prælati cura sic animarum

Nihil noverat suarum rerum Putiphar. Cur ? Militibus præerat , his totam curam impendebat. Et nihil suarum rerum ignorat Episcopus Christi gregibus præpositus ? Suarum aio ? Novit pronepotum passionem , suavia , sues , & pateras ipsas , patinasque omnes Episcopus , qui forte nescit quot curæ suæ subiecerit Christus animos ne dicam , an vrbes ?

546
Prælati res temporales non curet.

Cur *nisi panem quo vescebatur* ? Vt describatur tanti militum Principis mensæ frugalitas. An ieiunius describi Monachorum epulum potuit ? Et quamvis sciam pro pane annuam accipi convivij univrsam , verbo illo : *vescebatur* , luxuries omnis ablegatur ab epulo. Vescebatur Putiphar , non luxuriabatur , aut superbiebat convivio. Vide an hodie nostri

547
Militant aliqui vt saginæture

milites vescantur pane, qui nec satiantur carnibus; volucres; & alites sibi arroganter postulant; patronisque miseris, per fas, nefasque sapidiora, & lautiora inquirere, & sibi apponere cogunt. Et quibus quandoque domi suę panis arctus, aqua brevis, & ad sumum pultes pro alimento erat, nunc vero nestar fastidiunt. Pugnans liquidem, vt luxurientur: non vescuntur, vt pugnent.

348
Ali de suo

Cur noverat *panem quo vescabatur*? Vt illo vesceretur, quod noverat esse suum, eo quod de suo vivere statuisset; timeretque, ne Principi exercitus aliorum expensis mensa pararetur, & ne, vt faustius aleretur, rapto viveret. Qui enim vesci contentus est, nec sapidiora anhelat, nec rapto vivit, nec gulam nutrit.

Servi non
possunt ac
cipere
quid de
domo.

Si autem illa verba: *nec quidquam a iud nove at*, &c. Referantur ad Ioseph, sic exponuntur ab Abul. Licet Ioseph omnia prospere gubernasset, & posset multa accipere domino ignorante, tamen, nihil accipiebat nisi panem, id est, cibum sufficientem ad vitam, in hoc laudanda nimis est Iosephi fidelitas. Ita ille. Vt sciant servi nihil sibi ex domo suorum dominorum accipere posse, præter id quod necessarium est ad congruam sustentationem, idque servis præberi solitum.

349
Prælati ne
cessaria si-
bi tantum
sumant.

Cur hic adnotatur, quod solo pane vescabatur Ioseph, id est, cibo servis præberi solito? Vt instruantur Prælati, ait Hugo Card. dicens: Ecce quæ possunt, & debent sibi assumere Prælati de cura pastorali, solum panem, id est solum necessaria, quia, vt dicit S. Bern. res paperum sunt res Ecclesiarum, & sacrilega eis cupiditate subripitur, quidquid dispensatores earum sibi accipiunt, præter victum necessarium, & vestitum.

350
Pulchritu-
do ultima
dos.

Cur *Erat Ioseph pulchra facie*? Quia ignorabamus hactenus, quæ eius species, & forma esset. Sed cur modo eius pulchritudo describitur? Quia postrema dos est, ultimo recensenda. Primo enim animi generositas, probitas, & morum honestas speculanda, & commendanda est, quidquid sit de venustate faciei. Ideo reiecta in postremum locum amœnitate vultus, primo adfuisse adolescenti Deum commemoratur; tum delata familiæ cura: tum providentia in ijs, quæ ipsi agenda, post demum flos pulchritudinis annunciat.

Deinde: Ne quis suspicaretur ob florem frontis delictum illum fuisse ab Ægyptio domus & familiæ præfectum. Abfuit procul ista à Putiphare infamia, vt in gratiam genarum deferretur adolescenti familiæ principatus. Id dolemus non semel apud Christianos factitatum, vt is potior in familia sit, qui venustior habetur.

551
Pulchritudo male antefertur

Notatur item pulchritudo Ioseph, vt satanæ astutiam præscutemur, qui cum expertus fuisset non posse Ioseph per avaritiam, aut rapinam, aut improbam gubernationem eorum, quæ illi tradita erant, aut per superbiam, & contentiones iracundiæ deturbare, profundum, ait S. Chrisof. *hom. 62.* baratrum effodit, & horrendum præcipitium parat, quo illum maximo, vt sperabat, damno, præcipitet. Ita S. Chrisof. vt noscas fortiorem satanæ arietem ad propugnandam nostri animi arcem, ad instruendam libidinem, pulchritudinem esse, qua deturbat, quos alijs vitijs expugnare non potest. Pulchritudo enim corporis plerumque magnum est castitatis periculum, ait Pererius, & laqueus diaboli, & illecebra voluptatis.

552
Dæmon varijs vitijs tentat

553
Pulchritudo illecebra est.

Notatur deinde, vt notetur non abusum Ioseph pulchritudine ad scelus; sed se humilem, mansuetum, & diligentem seruisse. Pulchritudo enim, ait Pererius, superbiam gignit; superbia facit incogitantiam, & incuriam sui, & rerum caute agendarum imprudentiam, atque negligentiam: Negligentia porro proclivitate facit ad labendum in flagitia. Hinc Ezechiel cum cherub locutus ait 28. 17. *Elevatum est cor tuum in decore tuo.* Quasi decore venustatis superbiret, & ob superbiam prouerit.

554
Pulchritudo superbios facit.

Cur Ioseph tam pulcher, & decorus apparet, cum pane, vilibusque alimentis vesceretur? Vt noscas abstinentiam, vel ciborum tenuitatem, non minuere pulchritudinem corporis, imo adaugere vultus elegantiam. Quod evenit tribus pueris, de quibus Dan. 1. & qui post dies decem, qui leguminibus vescebantur, & potabantur aqua, *apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores, præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio.* Dan. 1. 15. Supra quæ Iacobus Veldius ait: Ad gloriam Dei magis commendandam, fructum ex abstinentia consecutum enumerat, eumque varium, & multiplicem ostendit.

555
Ieiunium decorat.

Verf. VII. POST MULTOS ITAQUE DIES INIECIT
domina sua oculos suos in Ioseph, & ait:

Dormi mecum.

Verf. VIII. QVI NEQVAQVAM ACQUIESCENS
operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus,
omnibus mihi traditis, ignorat quod
habet in domo sua:

Verf. IX. NEC QUIDQVAM EST QVOD NON IN
mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te,
quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc
malum facere, & peccare in
Deum meum?

VERSIONES.

SEp. *Et factum est post verba hæc, & iniecit vxor domini eius oculos. Ille autem noluit, dixit autem: Si Dominus meus nihil scit prepter me in domo sua. Et omnia quæcumque habui dedit in manus meas, neque subtractum est à me quidquam, quomodo faciam verbum hoc malum, & peccabo coram Deo?*

Cald. *Leuavit vxor domini sui oculos ad Ioseph, & dixit: cuba mecum .. Non est ipse maior me in domo hac, neque prohibuit à me quidquam præter te, eo quod tu vxor eius, quomodo faciam hoc malum magnum, & peccabo coram Deo?*

Pag. *Et renuit, & dixit: Ecce Dominus meus non cognouit mecum quid esset in domo, & omnia, quæ erant ei, dedit in manu mea. Quomodo faciam malum grande hoc, vt peccem contra Deum? Caiet. Contra Dominum.*

Oleast. *Non est elevatior me in domo.*

Cur Domina sua? Vt intelligas in suprema totius familiæ dominatione serviles non exuisse spiritus adolescentem; nec iugum excussisse Dominae suæ, quod Agar præstitit in Saram, quam spreuit, vt sensit se concepisse. Sunt famuli, qui, vt se vident gratiosos Principi, cæteros despiciunt; imo, & vxorem Domini habent pro foemina; non Domina. An non prodigium modestiæ est excreuisse adolescentem, nec

§ 56
Famuli si
elevantur
superbiunt.

erectum imperavisse, & servisse? Nullum ex affinis non fastidit libertus, si pileum suum Coronæ Domini viderit proximum. Propinquos, aio, sperni à gratiofo? Princeps ipse calcatur à liberto. Luna, solis famula, lucere interdum solem non patitur, suo inter terram, & astra interposito. Hedera querqui famulatur, paulatimque volvitur, sed vt se sentit ex crevisse, humorem omnem fugit; vix arbore superstita.

Cur post multos dies iniecit Domina sua oculos in Ioseph? Vt ne fidas oculis, cum semel, & iterum pudice respexeris. Quia tandem iniicies oculos impudice; & quod diu illi videre sine noxa, cum exitio quandoque intuebuntur. Quoties spectavit Dominam Ioseph, nulla suspitione flagitij? Quoties cum illo egit foemina innocenter, non ad lasciviam remollita, imo integritate adolescentis ad pudorem excitata? Vt vidit tandem aliquando, iniecit in illū oculis, deflagavit.

Cur, vt iniecit Domina oculos in Ioseph, illico: Dormi mecum? Resp. S. Ambros. Quia prima adulteræ oculorum tela sunt, secunda verborum; sed qui non capitur oculis, potest verbis resistere. Ita S. Ambr. Quasi dicat: qui interdicit oculis, ne lascivient, verborum haud confodietur iaculis. Cum tyrocinium nequitia à prospectu initium accipiat.

Cur Dormi mecum? Imperative loquitur: Quia superbe sapiens, cum esset Domina, omnia se credidit posse consequi à servo: & omnia à subiecto sibi mancipio imperare cogitavit. Nesciens fas non esse Dominis servis, & famulis illicita præcipere; nec illis posse in ijs quæ legibus Dei, & naturæ opponuntur subijci, aut obtemperare.

Cur duobus tantum verbis conatur inducere Domina servum? Quia vt illaquearis impudicitia retibus, paucis, imo nullis verbis opus est. Facile levi nutuum signo innocentem nocentem facies, & ad illecebram luxuriæ deduces. Nullis inductæ verbis lugemus Balæ incestum, & adulterium Berthabæ legimus, quarum neutra sine sermone inducuntur. Nec illas affati esse notantur peccaturi, tam Ruben, quam David.

Cur Domina servum rogat? Vt videas quantum captivæ libido, quæ Domina est mancipium deprecatur. Quæ spes libertatis erit in libidine, si Dominam subijcit mancipio? Et quæ virum habet, virum quærat; & viro assueta abstinere à

557
Ocasio re-
petita.

558
Oculi las-
civiant.

559
Servi non
obediant
in illicitis.

560
Verba pau-
ca provo-
cant.

561
Lascivia
captivat.

viro non potuit; & inter Domini oscula mancipij sitiati amplexus. Catenatur libidine Domina, non catenato mancipio. Liber servus est, & captiva Domina. Nolce te captivum, si veneri studeas.

562

Lascivia
tyrocinii
non het.

Cur statim, nullis interpositis suasionibus, *Dormi mecum?* Quot serpens argumentis, quotque promissis sollicitavit Evā in esum pomi? Nulla hic suasio; nulla promissio; sed ad ultimum flagitij progreditur. Nimirum: ignorat tyrocinium luxuria. In alijs criminibus initium aliquod nequitiae est, in solis impudicitiae castris par tyro veteranis est. Ut Iudas Magisterum proderit, non statim venditionem pasciscitur; sed à furtulis initium sumpsit, ut detestandam traditionem post aggrederetur.

563

Ieiunium re
medium li
bidinis.

Cur *nequaquam assentiens?* Quia foeminae, quae domina erat, resistit immotus, & fervens. Sed vnde robur tantum in iuvene? Audi: *Nec quidquam aliud noverat, nisi panem, quo vesceretur.* 39. 5. Ex abstinentia inter illecebras virtutem ad resistendum libidini consequutus est. Vide quantum ieiunium profuit ad extinguendas impuritatis flammās. Eodem protecta scuto Iudith: *Ieiunabat, siquidem, omnibus diebus vitae suae.* 8. 6. ausa est phalanges impudici Holofernīs aggredi, & ipsum Principem exercitus militibus stipatum, & armis, de-truncare.

564

Mortis me
moria se
dat libidi
nem.

Nequaquam assentiens: Quia illa dormivit in vigilia, & vigilavit in sinu somni. Dormis proculdubio, dum *dormi mecum* ais. Quomodo ille fornicaretur tecum, cui, ut indueas ad scelus, mortem obijcis, seu simillimam mortis imaginem, qualis dormitio est? Callidiores in oppugnatione Susannae fuere senes: nunquam illi mortem, vel in imagine obiecerunt. Crediderunt enim, commemorata morte, difficilior illam consensuram. Illud dumtaxat minantur: *Si nolueris dicemus contra te testimonium.* Dan. 13. 21. Quis mortis meminit; & veneri indulget? Imo Susanna, ut illecebras voluptatis illudat, mortem sibi obijcit: *Si enim hoc egero, mors mihi est.* vers. 22. Ad recordationem mortis quasi pelagi rupes senium insultibus immora resistit.

565

Servus in
Domina li
bidinosus.

Cur *operi nefario?* Quia licet foeminam aggredi probrosum esset, & foedum; impure cum Domina congredi ne-

farium esset, & detestabile adulterium. Audi Abul. vocatur opus nefarium, id est, indignum proferri, scilicet, servum coire cum domina sua.

Cur dormitionis nomine adulterium simulat? Quia tale crimen quasi ludus ab aliquibus habetur, & somnus. Audi Iosephum: *Quomodo possum hoc malum facere.* Vel vt Pagn. *M. um grande hoc?* Audis ne? Reformidat adolescens libidinem, quam, non malum modo; sed malum magnum reputabat. Tam vero levis apud foeminam noxa erat, vt ne noxa quidem esset; sed somnus: *Dormi mecum;* ita flagitium extenuamus, vt non foedari nos eo arbitremur; sed refoveri.

Audiamus Vagao Eunuchum Holofernis: *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius.* Iudith. 12. 12. An non ad sacrificia invitari credes viduam à Vagao? En rapitur in lupanar. Si quid est quod foeminas evocet à libidine infamia, & dedecus est. Hoc absterrentur etiam Bethsabeæ, & demutantur in Sulfannas. Quæ vero foeminarum stuprum recusser, si honorificentia, non probrum sit? Vides vt adulterium æquetur triumpho, iisdem titulis compellatur Iudit peccatura, & vitrix: *Tu honorificentia populi nostri.* 15. 22. Elogium istud est triumphantis. *Vt honorificetur ante faciem eius:* Præcipitium est mœchaturæ. In quo, rogo, dissentiant prodigia castitatis, & portenta libidinis? Passim pro libidine Venerem, pro scelere Cupidinem pingimus, hoc est, Deos, Deasque flagitia facimus.

Cur *Quomodo faciam malum grande hoc?* Vt leg. Pag. Quia malum grande concepit hoc Ioseph, vt abhorreret, & detestaretur factum. Si talis conciperetur ab hominibus impudicitia, rariora profecto essent adulteria, nec tot mœchos numerarem in vrbibus, quot ephebos. Sed lasciviæ, supra, adulteria, quæ serio arguantur ab Apostolo; à Senioribus, & Senatoribus, & ne dicam, à Religiosis, crepundia appellantur adolescentiæ, & ætatis ludus. Rari è nobilibus adulterina cudent numismata, tot vero adulterantur. At cur? Stupris ignoscitur, imo, & plauditur; monetarum adulteria stomachamur vniversi. Dedecoremus flagitium, & recusabitur.

Malum grande: Quia per adulterium non vnum; sed plu-

072
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y
Z

566
Libido le-
vis reputa-
tur,

567
Libido
quasi hon-
nor habetur.

568
Honora-
tur quasi
triumphus

569
Vitia de-
decoren-
tur, & non
erunt.

570
Adulteriū
multa sunt
peccata.

ra committuntur peccata, ait Robert. de Sorbona. in primis luxuriæ: Deinde fides mentita, quæ data in contractu, frangitur. Furtum, cum invito domino res aliena subtrahitur: Proditio; quia in occulto absenti Domino nocuisti: Sacrilegium; quia sacramenti violatur religio. Accedit aliquando exhæreditatio proprii filij per summam iniustitiam, huic nempe subripitur, quod adulterinus consumit. Vide n. 470.

571
Iustorum
vires exce-
dit pecca-
tum.

Cur *quomodo possum?* Nonne, licet corpore manciperis, animo certe solutus es, & voluntate? Ita; sed iusti, si vere iusti sunt, suam superare potentiam peccatum iudicant, & quasi impotentes ad illud redduntur. Sic Oleaster per hæc peccatores peccatum attenuant. Iusti omnes tam grave, & tam magnum faciunt, vt vires eorum omnino excedat, nec se posse, aut scire facere fatentur. Excedit enim iustorum vires peccatum.

572
Potens, im-
potens ad
illicita.

Cur *quomodo possum*, si omnia potes? Quia omnibus mihi traditis: scilicet, ex plenitudine potestatis non posse nascitur. Quia tanta potest Ioseph, ideo id non potest, quod dedecet. Non possum. Et quare non potes? Quia omnia possum. Tantis siquidem donatus officijs, & honoribus, potens ad omnia effectus; quomodo hac facultate vtetur ad illicita? Id intelligant Præfecti, quibus multa non licent, quia omnia licent. Tot beneficijs auctus à Deo, quomodo eidem honoribus vteris vt pecces in Deum? Time ne acrius puniaris, si manum datæ potentiæ extendas ad illicita. Davidis stirps severissime plectitur; quia cum data esset illi suprema in Israel auctoritas, auctoritate abusus id effecit, quod non licuit. Hinc conqueritur Dominus per Isaïam. 1. 2. *Filios emutruvi, & exaltavi: ipsi autem spreverunt me.*

573
Honoratus
magis ple-
ctitur pec-
cans.

Quomodo possum: Scilicet, cum dives sim, & opulentus, & omnibus mihi traditis. Nempe calamitate, & rerum penuria; non affluentia, & vbertate minuitur scelus. Voluptatum siquidem inopia, & copia ærumnarum folles sunt incendendæ concupiscentiæ, eo quod vita sine voluptatis alicuius sensu vix transigi potest. Primores, & divites, & abundantes in sæculo, quibus tanta copia voluptatum affluit, cur trahantur in cœnum, & sterces vorent? Qui fame pereunt, quandoque, ne pereant, cœnosum deglutiunt; idque inique. Qui

574
Divites si
peccent
puniuntur
acrius,

nectare faginantur, quam turpius, & iniquius spurcitie libidinis involvuntur.

Quomodo possum: Quia ligatus erat beneficijs acceptis. Probum siquidem, & honestum virum nihil fortius constringit, & mancipat, quam admissum beneficium: Vinculum est catenis strictius, & ferro. Vnde exclamat S. Chrysol. O gratitudinem viri, vide quomodo enumerat beneficia Domini, vt doceat, quantam illi gratitudinem habere debeat.

Cur *malum grande hoc*, non dum lege interdictum? Quia adulterium, sicut omne obsecnum, vitandum tamquam foedum, & rationi oppositum, dictavit à principio naturæ instinctum. Mira res, ait Eustach. Antioch. Non dum divina lex scripta erat: non moechaberis, Ioseph tamen temperantia præditus naturalem legem iam servabat.

Cur *& peccare in Deum meum*? Præsentia Dei memiminit, cuius memoria iustos reprimit; videntur sibi non posse, competitorque esse ad illicita, ne præsens numen offendant. Non sic impij de quibus, Ps. 53. *Non proposuerunt Deum ante conspectum suum*, & Ps. 9. *Non est Deus in conspectu eius inquinata sunt viscerum illius in omni tempore*. Et de senibus in Susannam favientes scriptum est: Dan. 13. 9. *Declinaverunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum*.

Cur Sept. & Cald. legit: *Coram Deo*, seu Pag. *Contra Deum*, & Caiet. *Contra Dominum*? Vt foeminam, quæ absente marito turpiter debacchata est, præsentem Deo, à peccato absterret. Et quæ contra maritum absentem thalamum foedare non timuit, contra Deum, & Dominum adstantem peccare erubesceret, & horreret.

Cur poena mortis, iam tunc adulteris infligi solitam, non memorat? Quia nulla adulteros, & libidinosos temporalis poena detinet, vt frænentur. Deinde, ait Oleaster, non obiecit ei: Timeo videri: aut peccatum meum sciri; sed quod sit contra Deum obiectat, vt nos doceat non admittere peccata timore poena alicuius; sed Dei.

Cur Sep. legit: *Iniecit vxor Domini eius oculos*. Cur non Domina? Quia Domina non est quæ vitij, luxuriæ præcipue, subijcitur. Sic S. Ambros. Recte vxor Domini, non ipsa Domina dicitur. Quomodo Domina, quæ dominandi non habet

575
Beneficia
ligant.

576
Inhonestum à natura interdictum.

577
Præsentia Dei.

578
Peccatum vitæ.

579
Peccata ob Deum vitanda.

580
Domina non est, impudica.

bat affectum, quæ disciplinam Domine non tenebat, quæ servilis libidinis incentiva præstabat.

581
Lascivien-
tis non est
Deus.

Imo nec serva Dei dici potest lascivientis: Quia Deus lascivientis non videtur esse Deus. Ad exploratores Hebræos. Sic loquuta Raab. Ios. 2. 11. *Deus vester ipse est Deus in Cælo sursum, & in terra deorsum.* Cur Raab in meliorem frugem recepta, & pro salute Israelitici populi assitens, Hebræorum Deum suum etiam non appellat? Meretrix, & castitate destituta Deum ipsum, quem iam colebat, vocare suum non audet. Sic S. Cyril. Alex. suum dicere non audebat, quia impuram se sentiebat.

Vers. X. HUIUSCEMODI VERBIS PER SINGVLOS dies, & mulier molesta erat adolescenti: & ille recusabat stuprum.

Vers. XI. ACCIDIT AVTEM QUADAM DIE UT intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret.

Vers. XII. ET ILLA, APPREHensa LACINIA Vestimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manueius pallio fugit, & egressus est foras.

VERSIONES.

SEp. Cum autem loqueretur ad Ioseph diem ex die, & non obediebat ei, ut non dormiret cum ea ad cœundum cum ea. Facta est autem talis quadam dies, & introivit Ioseph in domum ad faciendum opera sua, & nemo eorum qui in domo erant, erat intus. Et atraxit eum vestimentis, dicens: Dormi mecum, & relinquens vestimenta sua in manibus eius fugit.

Cald. Et factum est, cum loqueretur cum Ioseph per singulos dies, non acquievit ei ut cubaret cum ea. Et ingressus in domum, ut investigaret scripturas rationis sue, & nullus vir de hominibus domus erat in domo.

Pag. Cum loqueretur ad Ioseph diem, & non pareret ei, ut concuberet secum, ut esset cum ea. Apprehendit eum per vestimentum eius dicendo: concumbe mecum.

Onkal. Nec ullus homo ex domesticis tunc domi erat.

Oleast. *Et fuit secundum diem hanc.*

Arias. *Et apprehendit eum in veste eius.*

Cur per singulos dies mulier molesta erat? Verecundiam perdiderat, & , vt ait Tullius. *Epis. ad Lucei.* qui semel fines verecundiæ transferit, eum bene ac gnauiter oportet esse impudentem. Omne malum timeri potest à foemina, si semel habeat nas pudoris, & verecundię ruperit.

582
Verecundię
amittens.

Molesta erat; quia auidius foemine in negata feruntur, præcipue si ambitiosse appetant. Expressit Abul. dicens: *Dolina illa ad primam petitionem verecundiam perdidit, maiori ardore succenso, ex repulsa maius desiderium nascebatur; quia mulier est prona rei, quæ prohibetur ei.*

583
Negata
appetimus
magis.

Molesta erat: Quia acta à dæmone in perniciem Ioseph, per singulos dies instimulabatur, vt seruum à throno pudicitie deturbaret, quem fratrum odio, exilio, & oppressione deturbare non potuit. Hinc S. Greg. *Mag. lib. 14. mor. c. 12.* Diabolus quanto magis nos sibi rebellare conspicit, magis expugnare intendit. Et Tertul. *de poen. cap. 7.* Hostis nunquam malitiae suæ otium facit, atque tunc maximè cum hominem plene sensit liberatum.

584
Lasciua
evertit dæ
mon con-
stantem in
alijs.

Cur tam assidue molesta, vt impudice ageret Ioseph? Credidit dæmon, ab omnibus, quibus fulgebat, virtutibus deturbandum virum, alioqui fortem, si in baratrum impudicitia detruderet. Vt moechatus est David, & latro alienæ ovis stetit, imò, & ab ipso offensi sanguinem vertit, & homicida fuit. Magdalena, quæ impudice peccatrix erat, septem dæmonia, scilicet omnia vitia, admisit, non nisi à Domino liberata, & liberanda. Vt scias omnia scelera luxuriam sequi.

585
Lasciuiam
vitia se-
quuntur.

Cur permisit Deus Iustum Ioseph tan assidue tentari? Vt qui per patientiam, odia fratrum, & incommoda carceris, orbitatis, & pressuræ vicerat; etiam triumphos ex acriori, & difficiliori honestatis inimico reportaret, vbi quotidie pugnatur, & raro vincitur. Audi S. Aug. *de honest. multe.* Inter omnia certamina Christianorum, sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara victoria; gravem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur.

586
Luxuriæ
maior vis
toria.

Cur per singulos dies molesta erat? Quia nunquam audacter

587
Luxuria
rigore cō-
pescitur.

reicta est. Dixerat Ioseph: *Quomodo possum?* Vox ista *Quo- modo* abeuntis, imò non audentis est, mille rationibus, & syl- logismis subiecta vt vincaris. Non dicere oportet *quomodo*. Sed: Nolo. Quæ vox tonitruum constantiæ est, quo perfidia consternatur. Venus non ratione comescitur; sed odio, sed rigore fulminatur. Dic præterea: abi à me pabulum mortis; scandalum gentis: dæmonis simulacrum, titio inferni flam- mis accensus. Vel nulla interposita locutione Angelicum vn- dequaque Scholarum Magistrum sequere, qui, nullis inter- positis ratiocinationibus, procacem fœminam igne compres- sit, & titione fugavit. Sicque nullis deinceps ipsius patuit insidijs.

588
S. Thom.
Aquin.

Cur, *ille recusabat stuprum*, quod adulterium esset? Nimi- rum, ait Oliva, adolescens pudicissimus pares sibi putabat vniversos, adeo vt eam quoque quodammodo crederet virgi- nem, quam, & vxorem nominarat Domini sui, & lenam, scortumque patiebatur importunissimum. Mos innocentiae est, vt cæterorū ne apertissimas quidem plagas intueatur. Discipuli Christi Samaritanam quinqueviram, non adulteram: Sed fœ- minam credidere dumtaxat. *Mirabantur quia cum muliere lo- quebatur*, Ioan. 4. 27. Alienissimi à quavis libidine viri: quam nos existimaremus ex habitu scortum, fœminam illi putave- re. Quisque enim quemvis sui similem arbitratur. *Stuprum* deinde dicitur à Moyse: Quia postquam blanditias fœminæ procul à se abigisset, toties libidinum victor, si tan- dem succumberet, cum tanti sceleris cognitione fœdior es- set, & criminosior. Ideo strupatori proprio quam adultero, argueretur.

589
Innocens
alios cre-
dit imo
centes.

590
Vinci post
victoriam
turpe.

Cur *operis quidpiam absque arbitris faceret?* Id est, in abscondito, ne à Domina videretur, cuius colloquium fugie- bat. Vitabat enim, ait Oleaster, quantum poterat, esse in loco in quo illa erat, vt illi auferret peccandi occasionem.

591
Fœmina
vitanda.

592
Occasiō
non qua-
sita.

Cur ergo Ioseph intravit domum, vbi peccandi aderat occasio? Tum quia difficile omnino erat mancipio domum dominæ suæ linquere, aut ab ea recedere, sine turpi excur- sionis, aut fugæ nota. Deinde, vt ait Iosephus: In civitate publicum agebatur festum, crediditque Dominam cum to- ta familia ad illud concurrisse, vnde occasio aberat, & domus

indigebat custode. Hinc iuvenem defendit Pererius per hæc: Non igitur ingressus iste Ioseph in domum heri sui culpabilis est, ut pote officij sui exequendi necessitate, vel diligentia factus.

Cur ergo Dominā reperit, quin ullus domesticorum esset intus. Ut tenet Sep? Quia occasione festi agritudinem illa simulavit, & missis domesticis, sola mansit, ut instruente libidine, scelus exequeretur, sciens servum nullo modo idolorum cultui adfuturum. Sic expresse Iosephus: Publico, ait, festo instante, cuius celebritatem foeminas quoque frequentare mos erat, fingit morbum apud maritum, captans solitudinem, & ad Iosephum sollicitandum oportunitatem, quam nacta blanditijs eum adoritur.

Cur in celebritate festi publici intrat Ioseph domum, & operis, quidpiam absque arbitris faceret? Quia toti domui cum summo imperio præfectus non otia batur, nec imperabat tantum; sed operabatur, & cum esset servus omni tempore feriebatur, & laborabat: Et cum post negotia domum revertisset, opus faciebat non lassus tantum; sed sine arbitris; hoc est, non ad pompam; sed ad opus. Non solum ad oculum serviens; sed in recessu sine arbitris, & testibus?

Cur Ioseph singulis diebus agitatus in scelus, scelusque detestatus, non ieiunasse fertur; flevisse, aut in speluncam recessisse? Quia debellandis cupidinibus duo sunt accomodatissima: Munere tibi à Deo iniuncto fungi, & laborem sectando odisse otium. Ideo Ioseph suo intentus munere, vnam sibi otij fugam capessivit, ut libidinem fugaret insensissimam. Non regebat David; sed spatiabatur post soporem segnis, cum deperiit Bethsabeam. Iacebat in stragulis Amon, & confidebat in conopœo Holofernes, cum ambo capti sunt à libidine: Hic Iudithæ: Ille Thamaris captivus. Construpata est à Sichen Dina, sed vaga. Vix dabis qui labore, & lasciviat. Venus enim plus lignonem reformidat, quam lanceam, & sarisfam. Ideo frequentius, & acrius iuvenes impetit, quorum omnium vnum est otium, atque segnities.

Cur Sep. legunt: *Ad faciendum opera sua*? Quænam hæc opera? Scilicet, quæ ad suum munus pertinebant, quin se introduceret in aliorum officia. Id expressit Cald. Lec. *Vt in-*

593
Libido occasione
quærit.

594
Servi in
absentia
non otientur.

595
Munus ad
implere,
& otium
fugere.

596
Munus suum
quisque
impleat.

vestigaret scripturas rationis suæ. Implebat siquidem quod erat œconomi, quibus cum implicaretur, victoriam illam à Domino meruit. In eo valde frequenter erramus, vt, neglectis quæ ad nos spectant, aliena studiosius impleamus. Monachus docere vult, cum luge re debeat. Vult Clericus non docere; sed plangere. Prætor evoluit Leviticum, qui sanctius Digestum pervolutaret. Sicque nec munus propriū impletur, & alienum sæpe, non sine proprii, & alieni dispendio, rescinditur, & atteritur.

Dum suum exequitur munus Zacharias, *cum Sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ.* Luc. 1. 9. donatur filio. Ad Summum Apostolatus evehuntur gradum Ioannes, & Iacobus; Andreas, & Petrus, non cum orarent in Templo, aut cum domi abstinerent edulij; sed cum retia, aut in mare demitterent, aut rescicerent in littore. *Erant enim*, ait S. Matth. *Piscatores.* 4. 18. Moyfi, non adolenti thura; sed excubanti pecoribus de rubo Deus alloquitur, & nuntium Pharaoni mittit. *Moyfes autem pascebat oves Iethro soceris sui ... Apparuit ei Dominus in flamma ignis*, Exc. 3. 1. Adeo demerendo numini nihil præstantius est, quam si tuo probe munere fungare.

Cur, vt Cald. leg. *Nullus vir, de hominibus domus, erat ibi in domo*, cum tor absideant, circumstantque œconomos, & procuratores potentium? Quia singulorum causas ita prompte expediebat Ioseph, vt nullus, non statim auditus, destineretur, nec cubile Præfecti obsideret. Nunc non cubilia; sed probaticas videmus, in quibus magna multitudo languentium expectantium surrectionem aulai procuratoris, vt post horas, & horas, vix vnus, aut alter audiatur. Expedierat omnes Ioseph, ideoque singulari Numinis remuneratione, qui accedentes ad se audierat omnes, irruentem in se foeminam non audivit.

Cur *Et illa apprehensa lacinia vestimenti eius?* Vt videas omnia tentare, omnesque moliri illecebras, tum blanditijs, tum violentijs, vt suis fruatur voluptatibus lascivians foemina. Cum verbis frustra sapius velitata esset adultera, machinas admovet graviores. Nempe ore, & manu aggreditur reluctantem, vt quem verbis suadere non potuit, vi, & oppug-

597

Munus
implentes
premiantur.

598

Procurator expediat cito ad se confluentes.

Iudex expediat.

599

Libido omnia tentat vt vincat.

natione devincat. Audi Phil. Heb. Libidinis impatiens, & ad univcrsa in adolescentis pallium manus iniecit, magna contentione trahendo illum, robur addente affectione.

Apprehensa lacinia: Vt saltem comprehensum luxuria liget, & securum teneat. Facile ligatus tenetur, qui semel in cœno luxurię ceciderit. Audit Rex Iericho exploratores Hebræos domum Raab meretricis ingressos, nuntiosque mittit. Ios. 2. 3. *Misit Rex Iericho ad Raab dicens: Educ viros qui venerunt ad te.* Cur armatam militum cohorte in non mittit, vt scilicet, qui obfessa domo Hebræos securius capiant aliunde fugituros? Non suspicatus est Rex posse iuvenes semel ingressos aufugere è domo concupiscentiæ; eos quasi caula comprehensos, & retibus captos arbitratur. Adeo difficile iudicatur à luxuriæ laqueis iuvenes se eximere, vel non detineri illecebris voluptatis.

Cur Mulier, quæ Domina erat, Ethnica, & Ægyptia, libidine instimulata, non furit: non se prostituit: non completur adolescentem, & servum; sed vix oram chlamydis eius apprehendit; vti laborans fluxu sanguinis tetigit Iesum? Quia tantam reverentiam pudore suo Ioseph sibi conciliavit, vt meretrix, etiam peccatura, & impuritate cæca, ita eum contingit, quasi Deum tangeret adoratura. Si Ioseph esset non pares tantum; sed maiores revererentur te, etiam si adesset non libido; sed infania scortandi.

Nemo propterea suam obnubat culpam, si plectus erravit; Nam si tuus effulisset pudor, nemo te nisi levissime provocaret. Si te impius inexpugnabilem sciret, non oppugnet. Nullus scalam admovit Olympo. Nullus tormenta exposit in caucalum.

Cur hic iterum: *Dormi mecum?* Quia quem ijs verbis induta inducere non potuit, voluit nuda ea repetere, sicque iuvenem nuditate adiuta efficacius provocare. Væ impudentiam! Nudantur fœminæ, vt facilius, & vehementius adolescentes illaqueent. Et hæc quidem nudatur domi; per vicos, & plateas: imò per templa, & compita ad mammas vique fœminæ, meretrices potius dices, inverecunde expoliatæ procedunt. De ista enim sic loquitur Ioseph Hebr. Nudabat pectus, brachia, & tibias, vt in amorem

600
Luxuria
ligat tuos.

601
Virtus re-
verentiam
conciliat.

602
Fortis non
tentatur.

603
Nuditas
indecens
fœminarū

fui accenderet. Sic ille. Vide quam similis sit nostri temporis mulieribus.

604
Libido fu-
ga vinci-
tura.

Cur relicto in manu eius pallio fugit? Quia fuga libido vincitur. Paulus contra libidinem loquutus, non dixit: Resiste, aut pugnis contende; sed: *Fugite fornicationem.* I. Cor. 6. Ergo contra libidinis impetum, ait S. Aug. *Serm. 23. Dom. post S. Trinit.* Apprehende fugam, si vis obtinere victoriam: Nec tibi verecunde sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere.

605
Paupertas
amica ca-
stitatis.

Cur relicto pallio egressus est foras? Quia licet sine pallio, non sine lilio exivit. Et forte, ait Oliva, pallium abiecit, ut doceret nihil pudicitiae tam consentaneum, quam inopiam. Ut enim rerum copia libido sucrefcit: ita rerum abdicatone pudor stabilitur. Vix dabis mendicum, & Moechum. In Smaragdo scortaturus accumbebat Holofernes. Iudas annulatus, & armillatus peccavit. Vidit foeminam David ex Regia. Nunquam nudi violaverunt pudorem Adam, & Eva. Prodigus numatus luxuriose degit. Hac forte de causa octo beatitudines S. Lucas contraxit ad quatuor. *Beati Pauperes: Beati qui fletis: Beati qui esuritis: Beati cum vos oderint.* Luc. 6. 21. & ubi sidus illud Beatitudinum: *Beati mundo corde?* Nimirum ubi esuries, & inopia sunt, mundities ibi pectoris deesse non potest, quae fulget squalore. *Columba mea in foraminibus petrae; in caverna maceria.* Cant. 2. 14. Tunc candet, cum tectis digressa auratis, antris pro aedibus utitur.

606
Pauper est
mundi
corde.

Cur hic foeminam, ut nuper, non arguit; sed fugit? Nudata erat, & rimuit ante nudam sistere, aut se detinere, ne aspectu periclitaretur, & vel colloqui horruit. Audi Abul. Non curavit hic Ioseph respondere sicut alijs vicibus consueverat; quia in respondendo moraretur, sic Domina taliter eum tractaret; quod forte eum incitaret, vel saltem aliquid inhonestum fieret.

607
Nudata
non respi-
cienda.

Cur Ioseph pallium non recuperavit, aut per vim retinuit? Quia semper reverentiam erga Dominam servavit. Sic Abul. In hoc fuit, ait, Urbanus valde, & devotus serviens Ioseph: Quia dato quod Domina sua impudica, & vilis existeret, nunquam tamen erga eam irreverenter se gessit, observans reverentiam Domine, licet illa huius indigna foret.

608
Reverentia
erga
Domiuos,

Pallium deinde haud recuperavit; quia timuit, ne quid impuritatis ex inuerecundæ contactu foeminae contraxisset. Sic S. Ambros. *lib. de Ioseph. cap. 5.* Reliquit tamen non sua quæ adultera suis manibus detinebat, & aliena iudicavit, quæ tactu impudicæ potuerant comprehendi. Et paulo post, sic prosequitur: Contagium iudicavit, si diutius moraretur, ne per manus adulteræ, libidinis incentiva transfirent.

Cur foemina pallium retinuit? Quia nudata est impudentissime ad scelus, & post, ut suum scelus operiat, pallium retinuit. Quæ non erubuit amplexa nuditatem ad scelus, pudore de repulsa correpta, in sceleris palliationem vestem retinuit. Expecta paulisper videbis qualiter pallio Ioseph procax foemina suum obeulet, operiatque scelus. Sic multi pudorem, quem turpiter ad peccandum deponunt, pro sui palliatione fultissime postea resumunt; ad scelus impudentes, ad eorum remedium inutiliter verecundi.

Cur egressus est foras, nudus? Quia, quos compressit luxuria ita depauperat, ut nudos, & sine veste relinquat. Videas Prodigum vix luxuriantem, ita nudum, & miserimum: Ut pane, quo vesceretur, careret. Samaritana quinquevira ita degebat inops, ut ad hauriendam ex puteo aquam, domumque per se adsportandam cogereetur.

Quid hic efficacius adolescentem repressit? Scilicet: Ingressus est, ut investigaret scripturas rationis suæ. Seu, ut ait Rabi Salom. *Vt poneret rationem dati, & accepti.* Vnde recordatus est rationis, quæ à se exigenda erat à Supremo Domino homines iudicaturus. Ut iudicium tale subitum se sensit, à peccando efficacissime resiliuit, & contempta veste profugit, & egressus est.

Cur tantæ Domus Præfectus, sine pallio egreditur in plateam? Quia ut pudicitiam retineret, sperni, riderique non timuit. Maluit illudi, quam iocari. Satius est, procul ab scorto fugere seminudum, quam coram Ægyptia indutum candorem amittere. Præstat sine veste incedere, quam continentia ornamento exui, & supervestiri nuptiali chlamide, quam operiri pallio. Sic locutus Gerardus *in Epist.* Ioseph derelicto pallio fugit, sic vir castus omnia citius quam integritatem paratus est amittere.

609

Contagium
libidinosus,

610

Verecundia in confessione.

611

Libido
pauperes
reddit.

612

Iudicium
Dei.

613

Castus omnia
perdere
ducit.

Vers. XI. CVMQVE VIDISSET MVLIER VESTEM
in manibus suis, & se esse contemptam,

Vers. XIV. VOCAVIT AD SE HOMINES DOMVS
suae, & ait ad eos: En introduxit virum Hebraeum, vt
illuderet nobis: Ingressus est ad me, vt coiret
mecum: cumque ego succlamassem,

Vers. XV. ET AVDISSET VOCEM MEAM, RELI-
quit pallium quod tenebat, & fugit foras.

V E R S I O N E S.

SEp. *Vt vidit quia relinquens vestimenta in manibus eius,
& exiit foras; cum autem audiret ipse quia exclama-
veram vocem meam, & clamaveram, relinquens vestimenta
sua apud me, fugit, & exiit foras. Sic Hebr. & Cal.*

*Cald. Vocavit viros domus sua, & ait eis, dicens: Videte ad-
duxit nobis virum Hebraeum.. Ingressus est ad me vt cu-
baret mecum.*

Pag. Vt concuberet mecum, & clamavi voce magna.

614
Amor fœ-
minarum.

Lascivia
amare nef-
cit.

Cur fœmina, quæ amabat Ioseph, in eum invehitur, &
clamat? Quia talis est amor impudentiæ. Nescit amare lasci-
via: Se amat, suas delicias quærit. Nam si Iosephum dile-
xisset Ægyptia, siluisset vtique, & scelus pallio involvisset.
Verum non evulgavit flagitia tantum, sed finxit: Nusquam
amoris signa deprehendes in adultera, & multa sane con-
cupiscentis delictum, & quærentis voluptates. Nec Iudas
amavit Thamarem, nec Bethsabeam David. Vterque pec-
cavit; sed neuter dilexit.

615
Libidinosi
sperni di-
cuntur cū
vitantur.

Cur *cum vidisset se esse contemptam*? Ast vbi contempta?
Vbi convitia? Vbi maledicta? Vbi inurbanitates? Summa
fuit in omnibus Iosephi reverentia: verum p ocaces tunc
se sperni putant, cum non calcantur, cum suis non assenti-
mur probrijs. Quam male servitur impijs, quos, nisi dede-
cores, non honores. Ægyptia illa non ferens confusionem,
ait S. Chrisof. & opprobrium, in quo se ipsam iniecerat, im-
possibilia attentavit.

Cur, quem quærebat, & amabat, ita nunc persequitur?

Ut videas quam inconstantes in suis affectibus sint mulieres, & pronæ ad vindictam: O impudica mulier, exclamat S. Prof. 1. Prædic. ardet amans, vulnus alit venis; amat, & persequitur; concupiscit, & sævit: & quia ei in stupro non consentit, trucidandum eum statuit; quærit perire quem diligit. Ita ille. Paræmia vulgaris est: Aut amat, aut odit mulier, nihil tertium.

616
Fœminæ
inconstan-
tes.

617
Pronæ ad
vindictā.

Cur hac vice fœmina exarsit in Ioseph, ob repulsam, quam sæpe passâ erat, & durius? Quia antea Philosophabatur Ioseph, nunc tacet; tunc labijs, nunc pedibus peroravit. Desperavit mulier iuvenem ad se trahere, cum argumenta mutavit in passus. Quandiu loquitur qui recussat, ipse est sollicitanti, solvenda obsidio est, si provocatus taceat, & fugiat. Tacendo, & abscedendo lascivia repudiatur. Quod observandum cum cogitationibus nostris, quibus ad scelus inclinamur. Quandiu tecum disputas, non vicisti. Vicisti si actutum mentem alio averteris.

618
Tace, &
fuge à lu-
xuria,

Cur vocavit ad se homines domus suæ, & ait ad eos? Quia aderant, qui aberant. Cum esset peccatura Ægyptia, nullus aderat, cuius præsentia retardaretur à scelere. Nunc præsto sunt omnes, ut eam foveant ad calumniam. Nimirum in domibus Magnatum ad compescendam libidinem nullus adest ad opprimendam vero innocentiam nubes testium condensantur. Si præsertim præfectus accusandus sit, qui fidelis, & castus sit. Plane Aulici appellandi sunt astra; nam operibus tenebrarum interfant tantum.

619
Calumnia-
turi multi,
pauci de-
fensuri.

Cur homines domus suæ appellat, qui mancipia erant? Nimirum tali vocabulo servos pretio emptos cohonestat, & eos humanissime adultera tractat, ut ad se trahat, & secum consentire, & cooperare in imponendum, firmandumque crimen in Ioseph disponat, & obliget.

620
Obsequiū
ad scelus.

Cur homines domus suæ? Cur non servos nominavit suos, aut Putipharis? Quia non tam à servis se amari cupiebant Domini, quam genus diligi, domum, & stirpem. Optabant domui eos affigi, domumque amare, ut ea ratione servorum fides posteris traderetur. Quantum Monasticæ familiæ florent, aufereturque religio, si Prælati ita tyrones, & juvenes instituerent, ut non tam suos facerent, quam religionis.

621
Zelus Re-
ligionis.

Ecclesiasti-
ci veri.

Ad se eos blanditijs trahunt, eorum animos ad se alliciunt, vt sibi seruiant, non monasterio. Zelant isti clientes res priuatas Prælati, aut Magistri illis fauentis, nullo augendæ religionis zelo. Vnde homines dices hominum; non homines domus, nec Monasterij, aut Religionis. Idem dic, & applica Ecclesiæ, & Reip. Vbi plures sunt homines hominum; non Ecclesiarum, nec Regnorum. Labuntur Regna, Deique domus evertitur, vbi non est homo domus in tâta virorû turba.

622

Patres pa-
trix veri.

Cur *En introduxit virum Hebraum*? At quis introduxit? Putiphar proculdubio. Cur ergo nomen reticet; nec nominat? Nomen denegat, aut contemnit, cuius fidem prostituerè decreuerat. Adulteræ enim virum denominare, aut appellare suum oderunt. Vel arrogancia, & faustu plena maritum hæc nominare dedignatur. Sic Auc. Cat. Græc. Vide quomodo more superbarum loquitur mulierum, quæ viros suos quandoque nominare dedignantur.

623

Adulteræ
suum ode-
runt.

Cur *vt illude et nobis*? Vt iniuriam communem faceret, & famulos in conservum irritaret. Quam sapit luxuria, etiam cum desipit. Ad eliciendam seruorum, & commiserationem erga se, & inuidiã in conservum, duos admovit folles Adultera, rogo aptissimos incendendo. Præpositum illis exterum, seque adnumerat famulis, vt iniuriam suam communem faciat cum illis, *vt illuderet*, non mihi dixit; sed *nobis*. Quid excogitari opportunius potuit ad inclinandos famulos in vltionem doloris sui.

624

Multitia
luxurian-
tium.

Quis foeminam in tantam induxit infamiam, ne dicam crudelitatem? Resp. Guill. Hamer. Nulla alia causa est, nisi quod mulier nunquam grauius sæuiat, atque efferacior animo debacchetur, quam si pravis suis cupiditatibus obnuantiari, & obuiam iri intellexerit. Et S. Ambros. lib. de Ios. cap. 5. Quæ causa crudelitatis? Nisi quod cupiditatibus suis obstiti videbat, & desideria sua verita offensione fraudari.

625

Fœmina
crudelis si
illi resisti-
tur.

Sed quid respondere servi furenti Dominae? Nihil prorsus; quia non crediderunt tale facinus à Ioseph, cuius virtutem, & modestiam tories experti erant. Aut saltem audito clamore, visaque veste in manibus foeminæ, suspenderunt iudicium, ne temere de Domina, aut de conservo iudicarent. Præstat quidem assensum cohibere, quam de iusto alioquin

626

Impudica
de hone-
stis nõ cre-
duntur.
Iudicium
suspende-
dum.

Viro, vel etiam iniusto, foeda sine discussione personare.

Cur eversa Præfecti fortuna, nullus frementi foeminae adulatur; nullus accusanti subscribit, seu voto exturbandi, & eijciendi advenæ, vel cupiditate dominandi, vel demerendi gratiam dominae, seu spe præoccupandæ Præfecturæ, seu odio, tædioque Præfecti? Quia ibi nulla invidia servorum, nulla inter eos contentio, aut discordia, cupiditas nulla, suo quique munere dicati, & contenti. Felix sane Domus in qua tanta inter conservos fides, integritas tanta.

Verf. XVI. IN ARGUMENTVM ERGO FIDEI RETENTUM pallium ostendit marito revertenti domum,

Verf. XVII. ET AIT: INGRESSVS EST AD ME servus Hebræus quem adduxisti vt illuderet mihi.

Verf. XVIII. CVMQVE AVDISSET ME CLAMARE, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.

V E R S I O N E S.

SEp. Et locuta est ei secundum verba hæc: dicens: Intravit ad me puer ille Hebræus, quem introduxisti ad nos, ad illudendum mihi, & dixit mi: dormiam tecum. Vt autem audivit, quia exaltaveram vocem meam, & clamaveram, relictiis vestimentis suis apud me fugit, & exul foras.

Pag. Et retinuit vestimentum eius apud se donec veniret Dominus eius ad domum suam.

Cur in argumentum fidei retentum, & c? Quia argumento, & testimonio indiget, vt credatur, qui in suis verbis infidus est. Sed quod tibi suffragari videtur, te damnat, mutū proinde ac dormientem testem adhibes. Pallium retines? Ergo non fugisti; sed stitisti; sed ille proxime accessit. Si vim ille voluisset inferre, facilius ille per vim pallium abduxisset, rapuissetque. Sic argumentatur Philo: Si vim dominae adulescens voluisset inferre, facile viribus melior amiculum suū retinuisse. Egregie proinde mentita est in caput suum.

Deinde tua ipsius proclamatio impudicam, & ream te arguit. Pudica enim, & honestæ foeminae, quarum plurimæ à procacibus sæpe invitantur, ob sui decorem similia celant,

& famulis, & maritis. Earum honor lædi creditur si aliquis audeat vel minus pudice alloqui. Colloquia vitant, reprehendunt, indignantur, sed ad maius suæ honestatis testimonium vel indignationem dissimulant, & tacent audaciam. Sed ad rem Oleaster: Si pudica esset, inquit, absconderet opprobrium suum, sed quia divulgat, se ipsam ream constituit.

630
Adultera
alios cul
pant.

Cur *seruus Hebraeus quem induxisti?* Ut non solum mancipium culperet, sed etiam maritum suæ iniuriæ efficiat auctorem. Quali dicat: Intulisti istum, nescio quem, nec ubi natum, aut unde adductum, ut illuderet, & contumeliose me tractaret. Mira quidem fraus sceleratæ mulieris, eò tendit, ut ita cogat acrius maritum contra innocentis caput deservire.

631
Uxorati
modeste
inrer se lo
quuntur.

Cur *ut illuderet mihi?* Quia castius cum marito garrit Adultera, quam cum servis. Ihs enim dixerat, *ut coiret mecum*, nunc autem: *ut illuderet mihi*. Tanta matrimonij reverentia est, ut libidinum quoque acculatione lædatur. Nominari concubitus nequit, etiam ut exprobetur, quin apud coniugem vxoris pudicitia labefactetur. Cum præsertim satis reus apud maritum sit quisquis, eo absente, adiit ad vxorem. Videant coniugati qualiter inter se impudica modesto sermone tractanda sint.

632
Adulter
se magis
lædit.

Cur *ut illuderet mihi?* Quia non marito; sed sibi contumeliam illatam fuisse ait attentatione flagitij. Et vere certe; siquidem in adulterio is ex coniugibus atrocius læditur, qui prævaricatur, & peccat, quam qui deluditur. Quæ peccavit, foedata est. Hinc Susanna clamat: *Si hoc egero mors mihi est*. Dan. 13. 23. Nihil de marito ait, nam libidine foedatur is tantum; qui peccat.

633
Lascivia
crudelis.

Cur *ita mentiendo servum ad mortem exponit?* Quia ea est libidinis conditio, etiam post voluptates, & impura desideria, per fictiones, & simulationes, animos libidinosos crudeles, & cruentos ad sanguinem vsque, & mortem efficere. Quoties libidinosa crudelitati addictæ violenter innocentem sanguinem suaserunt effundere. O misera, & calamitosa, exclamat S. Chrisof. non ipse introductus est, ut illuderet tibi; sed diabolus te induxit, ut non solum adultera fieres; sed ut homicidium procurares.

Cur *pallium ostendit marito revertenti domum?* Quia inter

tot servos manifestatum, & proclamatum scelus, nusquam fuerat evulgatum. Nec Putipharem aliquis monuerat, primumque ab uxore intra domum rescivit, quod domi suæ actum esset à servo. Nunc vero quod in angulo casæ agitur, oclusis valvis, ad lucernam, vna dumtaxat ancilla criminis cõscia, ante auroræ crepusculû tota palsim vicinia decâtatur.

Vtinam, ait Oliva, Cœnobia hac scæbie carerent, quæ facta, infectaque profudit in forum. Ergo publicum in aula Præfecti militum adulterium, ne domi quidem publicatur, nec Domino domus, maritoque violatæ dicitur. Et levissima domi nostræ excogitata peccata anus, puerique rescient, tanto famæ nostræ dispendio, nostrarumque rerum infamia? Silent Ægyptij, & veriores Israelitæ non silent? Silent de extero servi, & de fratre ingenui, Levitæque non silent? Publicum adulterium, ne patri quidem familias significatur. Et apud adolescentes, à Religiosis, irreligiosis sane, occulte maculæ deponuntur? Nos garimus de viris gravissimis, spargimusque fures nostros in plateas; & servi adulterium mancipij peregrini supprimunt? Proh oris dysenteriam in primoribus claustrorum!

Vers. XIX. HIS AUDITIS DOMINVS, ET NIMIVM credulus verbis coniugis, iratus est valde:

Vers. XX. TRADIDITQVE IOSEPH IN CARCEREM, vbi vincti Regis custodiebantur, & erat ibi clausus.

V E R S I O N E S.

SEP. *Et audivit Dominus verba uxoris suæ, quæ loquata est ad eum dicens: Sic fecit mihi puer tuus, & indignatus est ira. Et capiens Dominus Ioseph iniecit illum in custodia, in loco in quo vincti Regis detinebantur ibi in custodia.*

Cald. Locuta est ad eum dicens: Sicut verba hæc fecit mihi servus tuus, & iratus est furor eius.

Onk. Commotus est furor eius.

Pag. Et accepit Dominus Ioseph eum, & posuit eum in domo carceris, in loco in quo vincti Regis vincuntur, & fuit ibi

ibi in domo carceris.

637
Fœmina
irata non
credenda.

Cur His auditis.. Iratus est valde? Quia querellis fœm inæ assentitus est. In eo siquidem damnabilis fuit Putiphar nam mulieri, iracundæ præsertim, non credendum. *Quia au disti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, maledicta terra, &c.* cap. 3. 27. Adamum Deus arguit, & punit, quia vxorem audivit. Sat fait audivisse, vt puniri Adamus mereatur. Vxorem passione aliqua affectam audire, coniugis crimen est.

638
Carcerari
innocente
durum est

Damnabilis deinde Putiphar; quia auditis fœminæ verbis non vero mancipij, Ioseph carcere damnavit. Durum siquidem supplicium est carcerem subire innocentem. Vel Deus, vt damnat Adam, inquit, interrogat, & audit. Vt Sodomas puniat, ait: *Descendam, & videbo*, cap. 18. 20. Nō satis est audisse clamorem; sed videre decernit. Docere nos vult, ait S. Chrysol. vt non auditu solo damnandi peccatores: *Videns autem Deus quod multa malitia esset hominum in terra.* cap. 6. Prius vidit scelera, quam dilavio sceleratos immerferit.

639
Audiendi
accusati.

640
Carcerari
ob castita
tem, glo
riosum est

Cur tantum silentium in Ioseph, vt tot fœminæ verbis, & querellis contra se illatis, nec verbum in sui iustam defensionem pronunciaverit? Feliciorem se credidit, si innocenter propter iustitiam, & pudicitia suæ defensionem tacitus pateretur. Illum ego beatiorem dixerim, ait S. Ambros. *lib. de Ios. cap. 5.* cum in carcerem mitteretur, quia subibat pro castitate martyrium.

641
Pudicitia
in verbis.

Deinde pudicitia verecunda est, verbis caret, pudore suffunditur si in sui defensione argumenta proponat, aut solvat, ratiocinationes aut sermocinationes circa impudiciam non admittit. Tacet sui immunitatem Deo renuncians, & à Deo sperans.

642
Fama a le
rius cū alie
no pericu
lo custo
dienda,

Item fœminam arguere, & mendacij convincere, quæ Domina erat, in vrbanum duxit, indecorum, & fœdum. Tacuit proinde, ne reverentiam devitam negare videretur.

Præterea tacuit accusatus, & lacesitus, veritatem occulit tantam perpeffus infamiam, ne Dominam diffamaret, aut eius nefandum scelus marito, cæterisque aperiret. Maluit perire quam perdere; periclitari maluit quam prodere. Ni-

hil

hil pro se dixit, nihil contra illam, cum tam nefaria, & falsa de ipso ab adultera iactarentur. Liliū pudicitia est, neminem pungit. Tu vero, si laceras, aut rubus es, aut vt tibi plurimum tribuam, Rosa es, Liliū non es.

Quod si Ioseph de foemina procaci, perdita, & perditura non obloquitur, vnde nobis obloquendi licentia tanta, vt ne lilijs quidem parcamus? Amore pudicitia te latrare dices in profanos. Nemo pudoris amantior Iosepho, qui nec carpit adulteram. Si castus esses, ab impudica recederes, nec corroderes impudicā. Ita qui constantissimi fuere in refellendo flagitio, referre flagitium nesciunt. Quæ pungit herbarum virtica est, qua tu longe deterior, & acrior; nam illa tangentem vulnerat; tu pungis intactus.

Cur Ioseph, qui fratres accusauit crimine pessimo, adulteram non accuset tentati adulterij? Nimirum illi fratres erant; hæc Domina, vt nos doceret reverentiam in superiores, garrire in foeminam noluit. Ergo si fratres sint, vel affines, argui debent, & possunt accusari.

Deinde fratres apud Patrem accusauit, penes quem erat corrigere, & emendare, nec vlla inde illis oriretur, aut vulgaretur infamia. Si ante maritum, & consertos Dominae impudentiam aperiret, & famam illius prostituere apud ceteros, & consortis graviter offensi vindictæ exponeret nocentem. Maluit proinde tacere, quam tantum, & famæ, & vitæ periculum Dominam subire.

Insuper ex fratrum accusatione nullam sibi commendationem arrogaret, aut laudem. Dominam autem insimulare non poterat, quin pudicitiam plauderet suam. Maluit alienū virus latere, quam suam iactare virtutem. Delitescant opera tenebrarum, si aliena nox mea esse debet illuminatio. Nolo peccantis infamiam, si è rogo impudicæ ego quasi Phoenis exurgo. Vt sim ego securus à gloria, viv. t illa securus à securi. Vides vt ita gloriam expaverit adolecens, vt scelus expaverat. Imo plus arrogantiam timuit, quam lasciviam.

Tacuit demum Ioseph, ne, cum tam acriter vulneraretur accusatam foeminam supplicio damnaret, & eius excussatio affectu aliquo misceretur vindictæ. Ne ergo vltio palliaretur stola zeli, accusantem foeminam accusare noluit. Vide qua-

643

Murmura
tores impu
dicosum.

644

Superiorū
reuerētia

645

Fama pro
ximi con
servanda.

646

Vanaglo
ria ex alte
rius infam
ia reijciē
da.

647

Vindictæ
vmbra fu
gienda.

648
Accusatio
offensu sus-
pecta.

liter vel scelestum tibi inuisum accuses, ne tua monitio vindicta potius sit delinquentis, quam charitas zelantis. Raro enim non erit rabies, quam tu charitatem appellabis. Suspecta semper est vulnerati accusatio. Discant maledici non accusare; non scire, in eos præsertim, qui se læsere. Tacet Ioseph quia nescius ultionis verus est pudor, & nequit castitas vel loqui de obloquente, & iniuriante.

649
Zelotypia
cæcat.

Cur tantum commotus ira est Putiphar, vt a pud Hebræ, legatur: *Iratus est furor eius?* Zelotypia actus, quidquid agit non advertit. Consentit Iosephus, dicens: Hoc maritus excæcante zelotypia facere cepit in servum, coniugis amori plus æquo tribuens, omissa veritatis inquisitione iuvenis facinus damnavit. Ita ille. Nihil enim acrius, & vehementius coniugatos agit, & excæcat, quam zelotypia.

650
Carceri ob
suspitione
tradit.

Cur *nimum credulus* dicitur Putiphar? Quia nimis præceps, nimisque rapidus fuit, in vinciendo Ioseph. Sed si nimum credulus arguitur, quod in re tanta, tantæque sui thalami, & honoris contumelia, quam vxoris lachrymæ, palliumque profugi convincebant, mancipium recluserit in carcere: quam sunt arguendi Prætores, qui ingenuos levissima suspicione criminis in catenas dant ad annos, & iustra?

651
Carceris
ministri
torquent
vindos.

Cur *tradidit in carcerem* nulla alia indicta pœna: Nec Prætoribus iniunxit vt proditorem thori domus suæ cruciarent? Quia satis est non convicto de crimine pœna carceris. Vtinam à Iudicibus, contra minimi suspectos delicti, sic ageretur, vt actum est à Putiphare contra compertum adulterij mancipium, & oppressorem coniugis. Nunc autem de scelere indiciati, non solum recluduntur: Sed à ministris carceris torquentur sæpissime infontes; catenantur, compedibus constringuntur, nisi auro ferrum redimant, quo onerantur, Tortores illos potius ministros dices, ac carnifices, seu latrones, quam custodes.

652
Carceres
torquent
nunc vin-
dos.

Sed si, quia Putiphar *tradidit Ioseph in carcerem*; nulla alia indicta molestia, carpirur à Moyse, & tanta ipsi pœna visa est, vt *nimis credulus* censureretur. Quid præscriberet Moyse, si carceres scrutaretur Christianorum, vbi custodia, & clausura vix pœna sunt reclusorum? Quam clamaret, si specubus, & cavernis infossos homines reperi ret, ab omnium

mortalium commercio segregatos, à sole dieque exules, umbris, foetore, solitudine, siti, fameque cruciatis?

Cur tanto accusatum, imo fere convictum, crimine Dominus tantum tradidit Ioseph in carcerem, cum fratres, ob somnia solum, mortem intimant: *Ecce somniator venit: Venite occidamus eum*, imo nec illi parcunt; sed illum vinciunt, & vendunt? Quia maior est, & truculentior, rabies, quam movit æmulatio, quam rigor, & dolor, quem offensa excitat. Inter offensos vita fere secura est: Inter æmulos periclitatur. Quid quod sævior est ira fratrum.

Cur ubi victi Regis custodiebantur? Quia custodiae ius habent Reges in delatos; non tormentorum, quamdiu crimen probatum non est. Licet quoque torquere reos: sed cum quæstioni subijciuntur. Extra illam, carcer fugam arceat, non mortem arcessat. Nunc vero carcer locus est, non custodiae; sed poenarum. Hinc est, quod is, qui non flagitijs, sed ære alieno erat innoxius, in carcerem conijcitur, non custodibus; sed tortoribus deditus fertur: *Iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet unversum debitum*. Matth. 18. 34. traditus est, vt clausus maneret interea; sed idẽ fuit recludi carceri, quam tradi tortoribus, & subijci poenis, & cruciatibus ministrorum carceris, sive tortorum.

Cur, & erat ibi clausus, nullius sentiens calumniam, aut molestiam? Quia eum custodes carceris noverant addictum quondam, & protectum à Putiphar, cuius nesciebant an omnino indignationem subisse; aut sua penitus decidisse gratia. Vincitum Dynastis præsidiarum nullus molestatur; verentur omnes, si se Princeps victo propitium exhibeat, nullus tam sævus est Iudex, qui damnum non absolvat Dario anxio, tristisque pro Daniele, vel ipsi pepercere leones reo suo. Audeo dicere: in liliæto flores vertentur in fulgura, si Princeps oderit vincitum. Aspides vero efflorescunt in rosas, si Regem misereat catenati. Pudet pendere innocentiam, & immunitatem vinciti à gratia, odiove imperantis.

Cur Putiphar iratus ad tanti facinoris, in sui dedecus, notitiam, non irruit in Ioseph; sed tradidit in carcerem? Quia delicta in te, non sunt per te vindicanda. Deinde in medio furoris sui recordatus est sibi bene, & fideliter servitum; &

inod v 152
salvation

653
Invidia
truculentior vindicta.

654
Carcer custodia, non puniat.

655
Carceris ministri Tortores sunt.

656
Carceratus advocatos habens potentes.

657
Injuria per te nõ vindicanda.

Servi boni
non vulne-
randi,

noluit obsequentem aliunde servum interficere, aut vulnere. Sic Abulensis ait: Dominus suus posuerat eum ibi, vt ibidem moreretur, nolens eum per se occidere, quia forte aliquo qualiter compatiebatur ei; quia fideliter servierat.

§ 58
Carcerem
pari pro
Christo.

Cur, & erat ibi clausus, sine querela, nulla emergendi sollicitudine? Quia iucundior illi carcer erat; gloriosiusque innocenter pro Deo vincula perpeti. Audi S. Chriſt. hom. 8. ad Ephes. Magna dignitas, & regno quovis, & consulatu longe maior; nihil ita splendidum vt vinctum esse propter Christum. Et paulo post. Ligari pro Christo illustrius etiam est, quam sedere ad dexteram ipsius; honestius quam sedere super duodecim thronos, &c.

§ 59
Conscien-
tia securi-
tas.

Tutus deinde habebatur Ioseph, nihil mali instigante conscientia. Mens, ait Hamerus, nullius criminis conscia; sed sua innocentia subnixa, & ab hoc, quod intentatur, scelere aliena, præfens semper sibi divinum sensit præsidium.

Vers. XXI. FUIT AVTEM DOMINVS CVM IOSEPH,
& misertus illius dedit ei gratiam in conspectu
principis carceris.

Vers. XXII. QVI TRADIDIT IN MANV ILLIVS
vniverſos vinctos qui in custodia tenebantur: &
quidquid fiebat, sub ipſo erat.

V E R S I O N E S.

Sep. Et effudit misericordiam suam, & dedit illi gratiam coram principe custodie carceris, & dedit princeps custodia carceris carcerem per manum Ioseph, & omnes abductos qui erant. Non erat de carcere cognoscens quicquam præter ipsi, omnia enim erant per manum Ioseph, quaecumque ipse faciebat Dominus prosperabat.

Cald. Et fuit Verbum Domini in auxilium Ioseph. Et tradidit princeps carceris in manu Ioseph omnes vinctos, qui erant in domo carceris, & omnia que fiebant ibi ipse faciebat, & quod ipse faciebat Dominus dirigebat.

Onkal. Et extendit ad eum misericordiam.

Pagn. Et inclinavit ad eum misericordiam. Neque p. inoeps do-
mus

*mus carceris videbat quicquam ex ijs que erant in manu eius,
& quod ipse faciebat Dominus secundabat.*

Arias. *Et quod ipse faciens Dominus prosperare faciens.*

Cur fuit autem Dominus cum Ioseph? Quia Deus adest innocentibus incarceratis. Claudamur igitur, ait Oliva, si nobiscum clauditur Deus. Felicior, nisi fallor, carcer, quam cœlum. Nam ibi semper cum domino erimus. Hic vero Dominus nobiscum est. Præstat amittere libertatem, si divinitatem lucreris. Quis vinciri recussit, si eadem catena, qua alligamur, numen nobis alligatur, & constringitur, ut nobiscum sit.

660
Carceratis
Deus adest

Fuit Dominus cum Ioseph; quia iustos Deus nunquam deserit; sed præfens adiutor est in tribulationibus. Quem admodum, ait Oleaster, fuerat cum eo in venditione, ita in vinculis nunc, & si Dominus iustum nunquam deserat, minime autem in malis illi abest. Favet S. Ambros. *lib. de Ios. cap. 5.* Non turbentur innocentes, cum falsis criminibus appetuntur, cum oppressa iustitia tradantur; in carcere visitat Deus, & ideo ibi est plus auxiliij, ubi est plus periculi.

661
Tribularis
adest Deus

Fuit Dominus cum Ioseph: Quia visitavit in carcere constitutum. Et nihil novi quidem, ait S. Ambr. *ibi cap. 5.* si visitat Deus carcere positos, qui se ipsum cum suis in carcere positum esse memoravit, sicut habes scriptum Matth. 25. 36. *In carcere eram, & venistis ad me.*

662
Visitare
in carcerato-
s.

Fuit Dominus cum Ioseph, eumque visitavit in carcere; quia tot iniurijs lacelsitus, & carcere, contumelieque oppressus in nullum impatientie aut vindicte in se convitantes, strepitum, aut signum erupit. Sic S. Basil. *Sel. or. 8.* Quando talia perpeffus, ne verbo quidem iniurias ultus est, nec in eos, qui illum acerbissimis vndique calamitatibus inolvebant, vocem emisit acerbiozem.

663
Patientia
premiata à
Deo.

Cur misertus illius? Quia Deus pro sua in nos charitate, & amore, facile reclusos in carcere, tamquam in magnis angustijs constitutos miseretur. Eos præcipue qui innocenter opprimuntur. Credere fas est compati etiam animas reclusas in carcere purgatorij flammis illis expiandas, cum præmietet eos, qui preces multiplicat, & sacrificia pro earum indemitate devovent.

664
Purgato-
rium,

665
Innocen-
tia non fa-
vet carce-
ratis.

Cur dedit ei gratiam in conspectu principis carceris? Ni-
mirum speciali quadam providentia dirigens, monens, & in-
struens animum custodis. Sed si quasi miraculo res agenda
erat, cur Deus non revelat præfecto innocentiam Ioseph;
sed gratiam dat misero in conspectu Principis? Quia apud
Præfectos cognita innocentia victos non facit fortunatos;
sed gratia. Spatiabatur in carcere Ioseph, quasi in Regia,
non quia pudicus; sed quia gratosus. Eisdem compedibus
teneretur adolescens, quamvis custodibus pudor eius inno-
ruisset è cœlo. Placuit Præfecto? Exolveret. Adeo reorum li-
bertas, non ab innocentia pendet compediti; sed à gratia
imperantis, seu vincientis.

666
Carceris
custos non
sit vulga-
ris.

Cur in conspectu Principis. Vox ista Principis nobilita-
tem sonat? Ita sane, non enim è lictoribus, & vilibus eli-
gebatur, qui reis præficeretur. Adhibebatur è primori-
bus vnus, cui revererentur victi, & à quo victi politice;
& sine molestia tractarentur, nec opprimerentur iniustus
iusto, quamvis dati in catenas ab Imperatoribus exercituum.
Nunc vero satellitibus commissi victi, ideoque non raro
premuntur innocentes. Quæ enim spes incarcerationis, quibus
imperat verbero?

667
Vtrosi nū
quam tuto
xi grati.

Cur Dedit Deus gratiam: Non ne, & ipse Ioseph gratio-
sus erat; & pulcher? Quia in Ægypto ea erat satellitum pu-
dicitia: ea custodum carceris æquitas, vt sine miraculo grati
esse non poterant, qui erant gratiosi. Ea fuit gravitas; is
pudor Præfecti, vt opus fuerit omnipotentia Numinis, vt Io-
sephum virorum pulcherrimum adamaret obsequentem,
quem Ægyptia deperierat reluctantem. Nullius apud custo-
des carcerum pretij erat candor oris, modestia vultus, pul-
chritudo genarum, suavitas sermonis penes eos, quos suspicio
saltem flagitij carcere premebat.

668
Patiens
gratus sit
erga om-
nes.

Quid egit Ioseph, vt Deus Principem in illius favorem
inclinaret? Non ieiunavit, non oravit, cinerem capiti suo
non asperxit; sed *ibi clausus erat*. Patiebatur angustias carce-
ris: In silentio, non in spe. Erat ibi corpore, & mente, non
sperabat, vt adultera resipisceret, eamque pœniteret calum-
niæ: Non libellos supplices submittebat; non Patres, fratres-
quæ admonuit de sua calamitate; non Præfecti inire gratiam

affentationibus fatigit. Vnum dumtaxat agebat, nempe: *Erant ibi*. Præstabat patiens vbi eum iocaverat Deus. Hoc sibi Præfecti gratiam conciliavit.

Cur Deus non reconciliavit minori portento Putipharrem vincto, cui facile erat redamare, quem amaverat, & probum credere, quem diu optimum erat expertus? Quia maiori opus esset miraculo, vt iudicium suum rescinderet Putiphar, declararetque pudicum Ioseph, quem publicarat strupatorrem. Damnationes suas nunquam Primores damnant: Et ne, se errasse putentur, errant semper, suos errores temere, & pertinaciter propugnant, & sustinent: Imprudentiæ suæ auctoritatem ab obstinatione quærunt.

Emollivit item Deus cor Præfecti; non vero Putipharis, quia parum utilis fuisset vincto favor Principis exercitus, Præfecto carceris averso: Quo propitio, nihil illi obfuturus erat furor pertinax Domini sui. Præstat inferioribus ministris gratiosum esse, quam ducibus, & regibus. Hi enim, vident, illi agunt. En quam vanida fuerit ira Domini in servum, ex quo eum custos carceris adamavit.

Cur *tradidit in manu illius universos vinctos*? Vt videas qualiter triumphet, & dominetur in carcere Ioseph. Fumet Putiphar, & eius impudica, & crudelis vxor in modum Æthnæ, & tonet in Ioseph. Non fulminatur, nec amburitur, tanto contra se imperatore minaci, tantis impudicæ foemina tonitruis explosis; sed regnat in carcere. Cur? Quia invisus Putiphari; gratus custodi est. Id fiet quod factum volet, non Princeps; sed litor; sed minister. Transfusus morietur Absalon: Atqui Rex edixit, vt vivat. Esto: sed Joabo visum vt cadat. Peribit non minus tribus traiectus lanceis in cordes; nam id faciendum, quod, & Rex vetuit, & statuit Dux.

Tradidit in manu, &c. Vinctos in manu vincti? Ita: Speculatus erat custos fidelitatem Ioseph, nec dubitavit posse secure illi curam cæterorum tradere. Hinc collige, quid fidelitas valeat, ait Oleaster, vt quemadmodum prior herus omnia sua illi tradiderat, ita nunc Princeps carceris. Fidelem siquidem servum constituet Dominus super familiam suam.

Tradidit in manu, &c. En cur permisit Deus carcerari Ioseph, vt vinctos in sua manu traditos verbo, & exemplo ad

669

Errores suos potentes propugnant.

670

Servorum, & ministrorum gratia prodest.

671

Fidelitas probata.

672
Carceran-
tur iusti ad
exemplum

patientiam hortaretur. Eorum delicta ad resipiscentiam ponderaret, eosque in bonis moribus instrueret, & timorem Dei doceret. Longa sunt quæ, teste Iosepho, egit; sed hæc transcribere licuit. Omissis tormentis, ait, quibus antea diu noctuque cruciari solebant, varijs malis obruti, ad monebantur, atque eradiebantur sermonibus, & præceptis philosophicis: sed maxime ipsius Doctoris exemplis vtilissimis.

673
Potestas
non omni-
no transe-
renda.

Tradidit in manu, &c. Quæritur inde, an bene se gesserit Princeps carceris, tota translata vincitorum in vincitum potestate? Ego, ait Oliva, certe laudare non ausim. Abdicatio enim potestatis in Præfecto multum abest à laude. Ita ille. Ideo forsam tanta in Provincijs, & Regnis discordia, perturbatio, & multiplicata subditorum querela. Adeptus ille dominium, eventus curat acquirere; moderationem, & curam dominio anexam alijs tradit omnino gerendam; & inscius omnino quid agatur, aut qualiter gubernetur, excoriantur subditi, impie tractantur, & anguntur, quia ij, quibus gubernatio traditur, Iosephi non sunt; sed tyranni, qui ambiose regunt.

674
Guberna-
tores infe-
riores ob-
servandi.

Cur nec noverat aliquid cunctis ei traditis? Nimirum in hoc valde culpabilis esset carceris Princeps, quod nihil novisset, aut speculatus esset circa vincitorum tractationem; sed excusabilis videtur, eo quod licet de commissis vincitis non cogitaret, Iosephi tamen observabat gesta, quibus bene actis, adducebatur custos bene cæteros gubernari. Commisisti dominium illi, qui nuper seminudus, pannis male cooperatus vix pultibus alebatur. Egreditur postridie purpura, & bysso pompatice indutus, auro, gemmisque splendidus. Mensa illi paratur quotidie nectare, alitibusque onerata. Unde, in tanta rerum inopia, abundantia tanta? Hæc videant, hæc speculentur Magnates, ne dominium concessum latrocinium sit, & subditorum oppressio.

675
Principes
vigilent in
Præfectos.

Rem explicant Septuag. dicentes: *Non erat Princeps carceris de carcere cognoscens quicquam præter ipsum.* Tu carceri, aiebat Princeps, præeris, & ego tibi. Tu vincitos observabis; ego te. Nihil de carcere percontabatur custos; sed impositum vincitis Iosephum scrutabatur vndique in lucernis, & quaquaversus explorabat. Pateremur ut cumque tra-

di Regna gratiosis, si Principes Provinciarum incuriosi Præfectis excubarent.

Cur præter ipsum? Quia solum ipsum custodem observabat: Ideo bene gubernabantur vincti. Nunc vero plerique Reges non solum non observant gubernatores; sed quod primum, nec scire volunt gesta eorum. Si quis queri de illis audet, relegatur ad Põntum. Si quid præscribitur à Provincijs contra illos, proscibitur illico, & damnatur calumnia. Hinc Regnorum everfiones, vrbiumque convulsiones, adeo inficij rerum Principibus, vt quidquid agatur ignorent.

Cur quidquid fiebat, sub ipso erat? Quia nota satis, & perspecta erat, eius fidelitas, vnde à tot victorum sollicitudine, & cura sublevabatur. Nihil circa victos, ait Lipp. quid ageretur sciebat, vel inquirebat carceris Princeps, sola fretus fidelitate Ioseph, cui omnia plenissime commiserat.

676
Magnatū
delicta ig-
norantur,

677
Fidelitas
probata.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXX. VERS. I.

HIS ITAQVE GESTIS, ACCIDIT VT PECCARENT

duo eunuchi, pincerna Regis Egypti, & pistor, domino suo.

Vers. II. IRATVSQVE CONTRA EOS PHARAO

(nam alter pincernis præerat, alter pistoribus)

Vers. III. MISIT EOS IN CARCEREM PRINCIPIS

militum, in quod erat vinctus, & Ioseph.

V E R S I O N E S.

Sep. Post hæc peccavit Princeps vinariorum Regis Egypti, &

Princeps pistorum Domino suo Regi Aegypti. Et iratos est Pharaon saper duos Eunuchos suos. Et posuit eos in custodia in carcerem; in locum in quem Ioseph adductus fuerat.

Cal. *Et posuit eos in custodia, in domo magistri militis, in domo vincitorum, ubi Ioseph erat.*

Arias. *Et fuit post hæc, peccaverunt pincerna Regis Aegypti, & pistor. Succensuit Pharaon super duos Eunuchos suos,*

Oleast. *Ferbuir ira contra duos custodes.*

Caiet. *Et dedit illos in custodia domus Principis occasionum.*

Onkel. *Contra Dominum suum Regem.*

Cur His itaque gestis. Seu, vt Sep. *Post hæc?* Nimirum non his gestis peccavere Eunuchi; sed post hæc accusati sunt. Postquam Præfectus domus Principis militum missus in carcerem est, censerunt aulici posse occasum Magnatum sperare, accusaveruntque primores aulae apud Pharaonem Latent flagitia grandium, quia de eorum supplicio desperatur. Quæ sane scelera, & innumera, & enormia retegerentur, si sperarentur punienda, & non timeretur ab accusatis. Vt in fornice si vnus lapis eximatur, nullum non saxum hiat, ruitque plerumque camera. Ita emoto, & incarcerato Iosepho, duo mox Principes accusati sunt.

Cur vt peccarent duo Eunuchi? In quo peccaverunt? Dicunt Rabini, quod Rex invenit in vino muscam, & in pane insertum casu lapillum. Vide scelus propter quod duo Principes incarcerantur. Hoc communiter, ait Oleaster, servis Principum evenire solet, vt propter facilem causam in carcerem detrudantur, & vna hora perdant quod tota vita meruerunt. Varia res est animus Principis, vt pro re minima hominem fere deprimat. Hinc monet Lip. facile periclitantur, qui potentibus famulantur.

Sunt qui dicant eos peccasse in infidelitate, quod suadetur ex traslation. Onk. dicentis: *Peccaverunt contra Dominum suum Regem.* Quod innuit, in personam Regis deliquisse. Superbiunt Dynastæ cum nimis in aulis eleuantur, & tot hostes habere solent Reges, quot servos, præcipue, si eis fabor Principis denegetur. Vnde Apost. 1. Corint. 4. 2. *Queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inveniatur.*

Cur tantum Peccaverunt? At in quo? Quia scriptura id

678

Minister si
cadat pe-
riclitantur
ceteri.

679

Servi Re-
gum facile
cadunt.

680

Servi Re-
gum super-
biunt.

tacuit, ait Pererius, plane divinare est. Nihilominus *Peccaverunt*. Aliud nec dici potest, nec quæri. Si carceres explores, & sciscitare de victis, vno verbo acta gesta que omnium intelliges: *Peccaverunt*. Prima vinculorum die, nondum inchoato iudicio, peccavisse dicuntur, vix criminis accusati. Quæ quidem vox, absoluto iudicio, post quæstiones, testes, tabulas, & confessiones evanescit, & fallitur. Pronunciatio delicti ante iudicium est, diciturque de miseris *Peccaverunt*.

681
Iudicia temeraria.

Cur Sep. Leg. *Peccavit princeps vinariorum, & Princeps pistorum Domino suo Regi Aegypti?* Vt cum punitos videas intelligas ideo esse, quod peccarent in Dominum suum, non tam in Regem, quam in Dominum. Indecorum quidem esset Regem suas iniurias vindicare, & punire.

682
Vindicare Regum non est.

Vel dic: Quod ultio de eis sumpta, non quia in Regem; sed quia in suum Dominum peccavere. Puniuntur enim non quia in Regnum; sed quia in domum Regis peccaverunt. Securi sunt Aulici de supplicio si peccent in Regem, aut Regnum, si Dominum suum læserint, si Pharaonis privata iura turbarint, trudentur in vincula.

683
Peccare in Regem.

Domino suo, id est, in aula Regis. Extra Regiam peccare delictum est, dissimulandum tamen, tolerandumque; in domo vero Regis leve crimen gravissimum efficitur, quæstioni illico subiiciendum, eijciendique peccantes in carcerem. Quale scelus erit quod contra Regem; contra Dominum, & in domo Domini, id est, in Templo Dei, tantæ Maiestatis Regia irreverenter sane, & nimis audacter perpetratur.

684
Templi reverentia.

Peccaverunt, & eos à Rege damnatos esse, scribit Philo, quod non recte ministerijs suis fungerentur. Vnde inferre licet, quod in aliqua levi cæremonia defecerunt. Sic puniuntur ob fere nullam causam, qui Regibus terrenis intervniunt. Quare Peltanus hortatur: Si in ministerio sedulus, & impiger, negotijsque prudenter expediendis idoneus fueris, stude ne per quamcumque temeritatem totum illud deperdas, quod per vigilantiam, aut industriam nactus eras.

685
Servi Regum levi de causa puniuntur.

Cur *Domino suo Regi Aegypti?* Cur, scilicet, primum vocetur Dominus Pistoris, & Pocillatoris, quam Rex Aegypti? Quia toti sunt Principis vt suis satrapis consulant, vix Reg-

686
Principes Magnates prius curât

norum memores. Imo plerique meri sunt Domini satraparum, anxij tantum quomodo hos, expoliatis regni colonis, thesauris impleant ad faciem.

687 Nisi dicamus Pharaonem prius inscribi Dominum, quam Regem Ægypti, quia prius Dynastis, & Proceribus dominabatur. Quis enim imperantium Dominus est assecularum, & Ministrorum? Quis regnantium suo seruo non servit, & prestat obsequium? Dominabatur primum Pharao potentibus, tum Ægypto regnabat. Et ideo Ægypti Rex, quia suorum Principum Dominus.

688 Cur iratus contra eos Pharao? Quia alter Pincernis præerat, alter pistonibus. En folles quibus accensa ira Principis. Efferbuit in Eunuchos Pharao; non quia peccaverunt; sed quia Principes cum essent, peccaverunt. Crevit enormitas criminis Procerum granditate. Apud Pharaonem peccatum civis crimen est; crimen vero Præfectorum, scelus est atque flagitium. Favet Carthus. Erant hæc duo officia magna, sicque Pharao contra eos acrius fuit irascens, quanto eos ad officia promovit maiora, aut in eisdem servavit.

689 Impatientius ergo, ait Oliva, scelera senatorum Sacerdos ferat, sicut Pharao. Is exandescit in Eunuchos; quia Principes erant. Tu refrixisti inter sacrilegia; quia spectasti scelus in purpura. Si coelum esses turres quateres, & montes fulminares; sed quia saxum, & terra es, abis in præceps, & humiliora opprimis: *Flagellavit Dominus Pharaonem plagis maximis.* 12. 17. propter Saram, quam non tetigit. Non vero Sichem, qui turpius, iniquiusque egit cum Dina, quam virginem rapuit, compressitque. Quia Pharao Ægypto; Sichen vix oppidulo dominabatur. Crescit scelus dignitate, & amplitudine imperij.

690 Iratus contra eos Pharao: Quia nesciunt Reges punire, nisi irascantur. Vide vt terra aconitum mortiferum proferat sine strepitu, si hanc pestem mortalium sine indignatione emittit in lucem; cur tu duos in tenebras non conijcies, quin indigneris. Dices necessariam iram esse severitati. Imo severitas ira caret. En Alpidem in silentio occidentem, Anguis interimit sine ira, & Pharaonis catenæ sine ira non ligant. Plectere ex indignatione iustitia non est; sed ira, quæ atrocius,

tius, & crudelius transgressores devincit. Vilius est furere, vt profint. Nobiliora sine strepitu præsunt. Initiantur oleo Reges ad imperium, vt placidissime sibi regnandum esse intelligant.

Ira.

Cur Pharao ob levem maculam carcerat Eunuchos, cū ne lixam, aut servum damnatum legamus quod religionem, Deumque læserint? Quia non ita puniuntur qui peccant in Deum, ac plectuntur qui Regem lædunt. Nec Susannis par-citur, si peccant in maritos. Caini vivunt, quamvis iniurij sint ad aras, & inter sacrificia. Tanta est impunitas sacrile-giorum, & pœna macularum, si non in cœlum; sed in Re-gem peccetur.

691

Delicta in Regem puniuntur, non in Deum.

Cur *misit eos in carcerem*, qui accusati erant infidelitatis crimine, quo nullum atrocius? Cur ergo eos non obruncat illico capite? Quia quo acerbius est crimen, maiori indiget speculatione, & examine. Hic Tostati sensus: *Misit eos in carcerem*, ait, vt eisdem ibi existentibus iudicaretur vtrum bene aut male de officijs meruissent.

692

Criminis maioris maior exa-men.

Cur *in quo erat Ioseph*? Quia in eodem carcere traditi Magnates, ne afficeretur Ioseph, qui Principes Pharaonis secum catenatos videbat, honorabiliores ibi socios adepisce-retur. Hic nota, ait Oleaster, qualiter in malis, & in carcere voluit honorare servum suum Dominus, vt ibi esset vinc-tus Ioseph, vbi Principes vinciri solebant, vt tolerabilior sit illi probatio.

693

Ioseph in carcere honora-tus.

Cur *in quo erat vinc-tus Ioseph*, qui vinc-tis præerat, & præfecturam adsinistrabat reorum, & rerum? Respond. Oliva: Nisi fallor, non modo patienter angustias patiebatur sanctissimus adolescens; sed sub vespere se vinciri reorum caterorum more catenis, nervisque mandabat. Quin, de die ita præerat, vt catenam vel traheret, vel circumferret. Tum vt decretum sibi carcerem non eluderet semilibër. Tum ne concaptivis, ostentatione libertatis suæ, catenas faceret gra-viores.

694

Singulari-tas vitæda.

In carcere Ioseph noluit, etiam dum præficitur, singula-ris videri, exonerarique catenis, quibus ceteri premeban-tur, ne gravaret gravatos, eosque sua exemptione querulos efficeret. Inter Monachos, nec qui præflunt quidem; sed qui

695

Monachi exemptiones quartes.

subduntur plurimi exemptiones ad episcopi anhelant; iugum excutere, in multis eximi contendunt, ne observantia tentant pressuram. Onus rejiciunt, quod ceteros, quibus succedit, vehementer gravat.

696
Magnates
puniendi
si peccent.

Cur Eunuchi, qui Principes erant in domo Pharaonis, in carcerem conijciuntur? Quia licet Dynastæ sint, & Satapræ puniendi sunt, nec exempti à supplicio, si peccent. Nunc, vel vernæ Magnati quidquam sceleris committi licet impunitè. Defenduntur, non castigantur servi potentiorum, quamvis atrocia perpetrarint.

697
Admuni.
fratres bo
na aliorū.

Misit eos in carcerem: Quia peccarunt tamquam infideles ministri bona Regis in proprios usus distrahendo (ut multi tradunt) cum autem tempus rationis, de quo erant obliti, adfuit, inventi sunt delinquentes, & misi in carcerem ad eos puniendos.

Verf. IV. AT CVSTOS CARCERIS TRADIDIT EOS

Ioseph, qui ministrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur.

Verf. V. VIDERUNTQUE AMBO SOMNIUM NOCTE

vna iuxta interpretationem congruam sibi:

Verf. VI. AD QVOS CVM INTROISSET IOSEPH

mane, & vidisset eos tristes,

Verf. VII. SCISCITATVS EST EOS, DICENS: CVR

tristior est hodie solito facies vestra?

V E R S I O N E S.

SEP. Commendavit Princeps carceris Ioseph eos, & astitit eis, fuerunt autem dies in custodia. Et viderunt utriusque somnium in vna nocte; visio autem somnij fuit hæc. Intravit Ioseph, & vidit conturbatos. Et interrogat Eunuchos Pharaonis, qui secum erant, dicens: quid quod facies vestrae tristes sunt hodie?

Cald. Et posuit Princeps cum eis Ioseph, & ministrabat eis, & fuerunt aliquibus diebus in custodia. Somniaverunt autem somnium ambo, unusquisque somnium suum in nocte vna, singuli iuxta interpretationem somnij sui.

Onk. *Præfecit princeps interfectorum Ioseph eis.*

Pag. *Præposuit Princeps Ianionum Ioseph eis, & ministrabat eis, & fuerunt per annum in custodiam. Et erant dolore affecti. Cur facies vestrae sunt afflictae hodie.*

Oleast. *Et numeravit eos Ioseph.*

Alij. *Et commendavit Princeps iugulorum.*

Arias. *Et venit ad eos diluculo, & ecce ipsi conturbati. Cur facies vestrae male sunt hodie.*

Cur *custos carceris tradidit eos Ioseph*? Nonne victi universi traditi erant? Ergo, & isti. Potuisset sane Ioseph, ijs statim ac carcerem subierunt, imperare, verum imperij re-fugus, ius in eos exercere cunctabatur, reveritus etiam in catenatis pristinum muneris nitorem; creditique iura præ-fecturæ suæ non ita extendi, vt proceribus imperasset, nisi speciatim eos sibi custos carceris subiecisset. Nos docuit pro-fecto Ioseph, non dilatanda imperij iura; sed restringenda; hoc est, abstinentiam docuit, & temperantiam dominatus, & reverendos Proceres monuit, etiam in catena.

Cur *ministrabat eis*? Ita ne agitur cum ijs, quos Pharaon coniecit in vincula? Ita sane, vinciat Pharaon; causam agi imperet, & inspecto, probatoque crimine damnet. Custos carceris, qui catenatis præficitur, non convitiatur; non opprimat; non vincula geminet; non contumelijs afficiat; sed custodiat, ministret, & soletur. Serviebat illis Ioseph in neces-sarijs, inquit Lip. & præter id consolabatur eorum mentes, erigebat eorū animos, & non permittebat absorberi tristitia.

Ministrabat eis. Quia prælatus erat illis, & idem est Præ-ferri, quam ministrare. Tot enim habet, quibus ministret Superior, quot sub sua dictione sunt servi. Ideo S. Bern. ad Papam Eug. Tu non ideo servus, quia non vni servis; sed omnibus. Quasi diceret: omnes, qui alios regimus, servi-mus, tu vero maiori premeris servitute; quia maiori præla-tura fungeris. Sed ad rem S. Greg. in cap. 9. 13. *Iob.* Tan-torum, ait, quippe pondera unusquisque sustinere compelli-tur, quantis in hoc mundo principatur.

Cur *aliquantulum temporis fluxerat*? Quia sic iudices me-tiuntur horas pro incarceratis, cum enim per dies integros hebdomadas, menses, & annos detineantur aliquantulum tē-

698
Iura non
exrenden-
da.

Nobilitas
attendēda

699
Carceris
custos non
premat
vinctos.

700
Superior
ministret.

701
Morule in
solvendis
vinctis,

poris est. En Horologia ergastulorum: aliquantulum temporis: index hic vnus reorum horas designat. Roga iudices quantum temporis insumpturi in quaestione sint; quantumque, vt absoluant? Illico respondebunt: aliquantulum: Quod aliquantulum sapisse repetitum ad lustrum protendetur.

702
Carcer in
custodiã,
non ad cõ
tumeliã.

Cur, & illi in custodia tenebantur? Quia non oppressis, sed custoditi scribuntur. Carcer enim ad custodiam; non ad lanienam institutus est, quamdiu quaestio pendet. Nunc centrum contumeliarum, & gravaminum est, & quidquid palam non audet Principum ira, hoc in reos peragit iudicum assentatio clanculum in carceribus. Arena illa est adulationis, vbi iudices conuersi in lanistas, vt mulceant Principes, victos discruciant. Felicia tempora quando carceres mere erant custodiae, victique tantum tenebantur.

703
Somnia
ad inter-
pretis ho-
norem.

Cur viderunt ambo somnium nocte vna? Qui sunt isti, qui meruerunt à Domino per somnia moneri? Sciendum est, ait Abulens. quod ista somnia fuerunt à Deo immissa istis duobus, vt ex eis manifestaretur Ioseph, & exaltaretur. Addit Carthus. Vt per occasionem expositionis somniorum illorum manifestaretur suo tempore Pharaoni sapientia Ioseph. Et Intelin. Non promeritis suis viderunt somnia; sed vt Ioseph, qui latebat, manifestaretur, & magnificaretur.

704
Afflictus
deseritur.

Cur transacto tempore hi Principes tenentur in custodia, quin vllus sociorum, aut amicorum pro eorum libertate supplicaret? Quia Aulicorum amor talis est, vt si alter excidat, aut in angustia sit, omninò ab omnibus deseratur, nec in afflictione sit qui eum soletur, aut ne meminerit quidem. Adverte, ait Oleaster, quam facile oblivioni tradantur Palatini à suis conservis, à Principibus, vt tandem Rex reliquerit istos in carcere, neque fuerit qui preces pro eis Regi funderet.

705
Somnia-
mus ea
quæ tra-
dantur.

Cur iuxta interpretationem congruam sibi? Scilicet de negotio suo, in quo quilibet solite verfabatur. Id enim occurrit inter somnia nocturna communiter, quod diu meditatur, & agimus. Et licet, vt plurimum vana haberi debent, tamen ex circumstantijs inspectis aliqua cognoscuntur à Deo indita, vt patet pluribus vtriusque scripturae somniji.

Cur ad quos cum introisset Ioseph mane? Quia ea erat cura

cura istius Præfecti, ut ad reorum solatium vigilaret, summo mane surgebat Ioseph, invisebat vinctos, quos, & simul esse patiebatur ad solatium, & à cæteris segregaverat in aliquâ speciem dignitatis suæ. Ipse mane lustrabat ergastula, non ut exploraret crates, & mœnia; sed ut vinctis consuleret, quos nec tristes quidem esse volebat.

706
Custos carceris solentur videt.

Cur, & *vidisset eos tristes*? Vnde tristitiam intulit? Ex aspectu. Index animi vultus est, quidquid cor celare satagit facies demonstrat, licet variarum sit affectionum. Quod expressit Casiod. lib. 3. *Epist.* 6. refert facies sanguinis decus; proditur animi natura per vultum, & serenitate corporis nubi-
bila quoque mentis obiungit.

707
Aspectus interna demonstrat.

Cur *tristior est hodie solito facies vestra*? Hæc interrogat Ioseph observatus in sibi traditis vinctis insolitum mœrorẽ. Sed quæ mater in regno tristitiæ constitutos filios advertere potuit solito tristiores? Advertit Ioseph, quod argumentum est attentissimæ curæ eius in vinctos. Nec advertit tantum sed mœroris causas indagavit, medicinam ægritudini allaturus. Quis nunc custodum, aut ad vinctos ingreditur, aut angores eorum observat, aut si notaverit tristitiam reorum, nõ eam aut negligit, aut fovet.

708
Carcerati solandi.

Cur tam efficaciter interrogat Ioseph de insolita tristitia? Timuit ne in illorum mentem veniret accusantium memoria, nam sæpe in ergastulis id evenire solet, ut non tam irascantur vincti de commisso scelere, quam de sceleris delatore. Quod Iosephi fratres doluerint de crimine pessimo, non legimus. Bene vero quod coniuraverint in Ioseph, qui eos apud Patrem accusavit.

709
Acusatores odio habentur.

Deinde: efficaciter interrogat, & solícite indagat; ut eadem efficacia, & solícitudine remedia applicet. Et certe ad Eunuchorum mœrorem sedandum nullus aptior Ioseph, quis enim vinctorum afflictiones aptius cognosceret, ac mederetur impensius, quam qui simul vinctus eadem amaritudines toties expertus est. In tribulationibus instructus, & doctus misereri didicit ex ijs quæ passus est. D. August. loquatur. Nemo sic tribulato ac misero, & laboranti succurrit, quam qui tribulationum, & miseriarum casus expertus est, & laborum.

710
Afflictus solari discit.

711
Guberna-
tio sua vis.

Cur Pagn. ex Hebr. sic legit: *Cur facies vestra afflictæ hodie?* Ergo prius tristes non erant? Non erant sane. Sub Iosepho enim vinculorum moderatore, Regni Proceres, etiã inter catenas, esse mœlli non poterant. Adeo suo exemplo docuerat Ioseph. vinctos pendere à nutu numinis; arbitrioque Divinitatis. Doleo pro inde in claustris, vbi lætitia, & iucunditas spariari deberent, toties stagnare mœrores, & inter catenatos vinculis Christi afflictiones amarissimas reperiri. Exularent angores proculdubio si vinctis in Christo præstet Ioseph, qui non sollicitus erat quomodo arctius opprimerentur vincti; sed qua ratione mœror animi depelleretur à vinctis. Qui non de nexibus multiplicandis; sed de ferendis mentibus cogitabat. De schola Vulcani Brontes, Steropesque sunt, qui catenas adstringunt. Si Ioseph moderator esset, non animos exagitaret; sed componeret. Ioseph non affligebat vinctos; sed afflictiones aliunde inductas subleuabat; non premebat; sed solabatur.

712
Superio-
res feveri
ac truces.

*Vers. VIII. QVI RESPONDERVNT: SOMNIVM VIDI-
dimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitque
ad eos Ioseph: Nunquid non Dei est inter-*

*pretatio? Referte mihi quid
videritis.*

*Vers. IX. NARRAVIT PRIOR, PRÆPOSITVS PIN-
cernarum, somnium suum: Videbam coram
me vitem,*

*Vers. X. IN QVA ERANT TRES PROPAGINES,
crescere paulatim in gemmas, & post flores
vvas maturescere:*

V E R S I O N E S.

SEp. *Somnium vidimus, & non est qui illum coniectet. Di-
xit autem illis Ioseph, non ne per Deum declaratio ipsorum
est? Narrate igitur mihi. In vite erant tres propagines, &
ipsa ferens flores, producens germina, maturi botryomas vva.
Cald. *Somnium somniavimus, & non est qui interpretetur illud.
Utique à Deo est interpretatio somnij? Narrate mihi obsecro.**

Et in vite erant tres palmites, & erat quasi florens, & producebat gemmas, & post flores maturabant vvas in botris suis.

Pag. Nonne Dei sunt interpretationes? Et in vite erant tres rami, & erat tanquam florens, ascendit flos eius, maturaverunt botri eius vvas.

Arias. Somnium somniavimus, & non est solvens illud. Nonne Dei solutiones? Narrate mihi queso. Germinans ascendit flos eius, coquere fecerunt botri eius vvas.

Oleasti. Et ipsa vitis sicut pullulans.

Alij ex Hier. In vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos.

Cur responderant: somnium vidimus? Quia non eos li-
tores, aut duplicata vincula affixere; sed quos catena non
torserit, insomnia cruciarunt. Adeo infracti ad dura, frivolis
distabescimus, & acerbiora viriliter pasci, ad leviora defici-
mus, affligimurque exanimes.

Somnium vidimus; ideo expavescent. Nec mirum; nam
cum hi ex aula Pharaonis transmissi fuissent in carcerem,
somnia maxime turbabantur, quod in nudinis regiarum
vnus sit somniorum mercatus. Nihil ibi, nisi sopita ratione,
peragitur. Omnia quæ inquiruntur, quæ tractantur, quæ
communi sermone ducuntur somnia sunt, & somnijs omnia
transiguntur, & quod mirere, qui nunquam quiescunt; som-
niant semper.

Somnium vidimus: Somnia nec umbra sunt, quæ oculis
conspici permittantur. Sed aulici quidquid somniavere le-
thargici, ea se vidisse, palpasseque confirmant. In ijs somnijs,
& spes suas, seu desperationes collocant. Tam tenaces, aut
spei suæ sunt, aut suspicionis, terrorisque sui: spectis
exagitantur, & catenis expediti Phantasmatibus gravari
conqueruntur.

Cur non est, qui interpretatur nobis? Explorastis ne car-
cerem vniversum, & disquisistis num Augur detineatur in
vinculis? Nocte somniastis, & summo mane, non explora-
tis reis, sine vlla hæsitacione pronunciatistis adesse nullum, qui
artem percalleat divinandi? Mos is aulicus est, inexplorata,
ignotaque damnare. Debueratis dicere; somnium vidimus, &
nescimus an præsto sit Augur in vinculis.

Cur sine dubitatione asseverant: Non est qui interprete-
tur

713
Leviora
fortes affli-
gunt.

714
Somnia
multa in
aula.

715
Somnia
aulicos af-
fligunt.

716
Iudicia te-
meraria.

717
Sacerdotū
reuerētia.

tur nobis? Quia cum scirent Dijs affines esse Augures, & saceris addictos, coeloque auctoratos, ne suspicati quidem sunt, initiatos aris, altrisque homines esse posse mixtos cum reis. Quare desperaverunt reperiendum in carcere id genus hominum, quos cum Dijs commercium immunes facere deberet à supplicijs. Tanta erat, etiam apud Aulicos, Augurum reuerentia, tantaque de eorum innocentia, impotentiaque peccandi, non opinio; sed certitudo.

718
Cōfessarij
docti quæ
rendi.

Cur ipsi non interpretantur, aut inter vinctos intelligentem, aut minus incertum non consulunt? Quia in rebus animarū internis, nec sibi, nec quibuscumque fidendum. Hi nec sibi fidunt, nec cæteris; desperantque in toto esse carcere, quem consulant. Nobis quivis rabula satis est, pro interpretandis, solvendisque, non somnijs; sed ambagibus conscientiarū, gravissimisque salutis ænigmatibus, nullo Theologorum consulto. Illiteratus quivis garrulus nobis satisfacit, sedatque conscientiam etiam in secretioribus Theologiæ arcanis.

719
Instantia.

Cur nunquid non est Dei interpretatio? Vt modestiam miremur Ioseph, qui non se peritum, nec se iactat à se retegenda secreta somniorum; sed Deo visionum interpretationem adscribit. Sic S. Chrisof. Vide intelligentiam, & humilitatem, non dixit: ego dico vobis somnium; sed Deus est, qui revelat. Neque enim humanam venabatur gloriam; sed sufficebat ei gloria superna. Ideo elevatus, quia haud iactantiosus.

720
Secreta
Regū non
celantur.

Cur referte mihi quid videritis? Ergo nesciebat? Nesciebat sane. Quod Daniel, & scivit, & Regi sui somnij immemori explanavit. Ignorat Ioseph; & captivus Daniel Regis insomnium, quod ipsemet Nabuco Donosor ignorabat, refert, & explicat? Ita certe, quod ita contigisse crediderim, ut sua Reges patere vniversa intelligerent, & ne occultare quisdem sua cæteris somnia licere sibi, attentis omnium oculis, animisque in coniectandis imperantium arcanis. Desperant proinde Reges sua aut facta, aut dicta, aut etiam somnia latere posse. Ideo opera tenebrarum devitent, quæ sciūt quam citius in lucem eruptura.

Cur Narravit prior prepositus pincernarum? Quia vel longævus, vel dignitate sublimior, cui vel inter catenas at-

tendendum est. Narravit prior, ait Abulens. quia iste honorabilior erat, alter dedit ei honorem in loquendo. Ita ille. Forte inter illos vinariorum officium maioris dignitatis erat, quam pistoris.

Cur Eunuchi non recusarunt sua arcana narrare custodi carceris, nam isti solent, vt suam fidelitatem statuunt, & sagacitatem proferant, quidquid à vincis agitur, præsertim circa Iudices, & Reges; Regibus, iudicibusque aperire? Nimirum Ioseph meminerat Deum, antequam peteret vt sibi somnia narrarentur: *Nunquid non Dei est interpretatio?* Intento ad Deum custodi non dubitarunt sua somnia manifestare; pro certo habentes, prodicionem ab eo abfuturam, cui memoria numinis inesset.

Quod si præfecto carceris arcana, quibus suspicio esse poterat in Regem, quia Deum meminit, deteguntur, quæ ratione occulta crimina, quibus gravatur anima, Sacerdoti, qui non modo Deum meminit; sed loco numinis est, sacramenti sigillo constricto aperire ad tuam salutem recusabis?

Cur *videbam coram me vitem crescere paulatim?* Quæ in vna nocte palmites, frondes, flores tulit, & fructus, paulatim crevit? Nimirum Aulicorum aviditati nihil properatur. Nox vna pro anno est ambienti. Vel vincis in carcere vna nox quatuor anni tempestates videntur. Quam longa illa nox erit, quæ nullum sperat solem; cui nunquam in æternum succedet dies?

Cur *paulatim in gemmas, & post flores vvas maturescere?* Quia vitis hæc, in hoc sane laudabilis, ordinem servavit maturitatis. Fronduit prius, tum gemmas emisit, floribusq; vva succellere. In quorundam Principum aulis vvas miramur, nullo florum, gemmarumque tyrocinio. Vix in familiam adsciti præferuntur. cæteris de sterquilinio in solum traducti. Sed quod mirere magis; videas non nunquam gubernare phalanges; anteire militum veteranorum copijs, qui nunquam militavit. Maturi statim ad fructum nullo erumpente militaris exercitij germine. Ideo multoties hæc repentina maturitas acetum prodit pro vino.

Crescere paulatim in gemmas: At qua cultura? Culture vitis nulla mentio, non putata, non deligata, non cicumfol-

721
Loquatur
prius No-
bilior,

722
Præsentia,
& timor
Dei.

723
Peccata
non reti-
cenda.

724
Carceris
detentio
brevis, lō-
ga videtur
æternitas,

725
Guberna-
tio non
tyroni, sed
experto,

726

Famuli
autē dūtur,
ut fiat fru-
ctiferi.

fa describitur. Hic delectus famulorum. Nihil in illis atten-
ditur, nisi ut cito sint fructiferi. Caterum lasciviant, periur-
rent, furentur, cœlum nesciant, liceat quidquid lubet, dum
vvas proferant, & mustum stillent.

727

Assisten-
tia guber-
nantis pro-
dest.

Cultam tamen video, sed quo instrumento? Non rusti-
co; sed politico. En culturam: *Videbam coram me vitem*. Ligo-
nis vices, & falcis Præfecti oculus supplevit. Satis exculta
vitis est, si sit coram suo Principe. Ut se vitis agnovit coram
Principe pincernarum, frondit illico, & vvas deprompsit.
Sciant Principes nullum fore sterilem è civibus, si se credant
Populi observandos à Regibus. Quæ vitis vvas eruat, si eas
videat non videri à Principibus, & solis apris, avibusque pa-
rari ad rapinam?

728

Carcer sa-
pientiam
adipiscitur

Si solius Dei est interpretatio, cur ait Ioseph: *Referte mihi
quid videritis?* Quia Ioseph innocens sustinebat carcerem,
eiusque molestias patienter, & sine questu tolerabat, & qui
ita patitur, viva quadam similitudine Deum refert, seu pro
Deo est, tamquam divina quadam sapientia præditus. Carcer
& vincula patienter tolerata Iosephum reddidit sapientem,
imo aptum ad revelanda mysteria.

*Vers. XI. CALICEMQVE PHARAONIS IN MANU
mea: tuli ergo vvas, & expressi in calicem quem tene-
bam, & tradidi poculum Pharaoni.*

*Vers. XII. RESPONDITQVE IOSEPH: HÆC EST
interpretatio somnij: Tres propagines, tres
adhuc dies sunt:*

*Vers. XIII. POST QVOS RECORDABITVR PHARAO
ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum: da-
bisque ei calicem iuxta officium tuum, sicut
ante facere consueveras.*

V E R S I O N E S.

SEP. *Et calix Pharaonis in manu mea, & sumpsi vvam,
& expressi eam in calicem, & dedi in manu Pharaonis.
Adhuc triduum, & memorabitur Pharao principatum tuum,
& restituet te, & dabis calicem in manu eius iuxta principa-
tum*

tum tuum priorem, sicut fuisti pincerna.

Cald. Tollebam vvas, & exprimebam eas in calice Pharaonis, & ponebam calicem in manu Pharaonis. In fine trium dierum recordabitur tui Pharao, & reducet te ad ministerium tuum, & pones calicem in manu Pharaonis, sicut ante consueveras, quando eras pincerna illius.

Pag. Tres rami tres dies sunt in fine trium dierum elevabit Pharoeh caput tuum, & redire te faciet ad locum tuum, & dabit calicem in manu eius secundum consuetudinem primam.

Arias. Et redire te faciet super sedem tuam, & dabis calicem Pharoeh in manu eius secundum rationem priorem, qua fuisti pincerna eius.

Oleast. Redire te faciet super basim tuam, secundum distributionem.

Lipp. Redire te faciet super pavimentum tuum.

Cur calicem Pharaonis in manu mea? Quia id somniabat dormiens Pincerna, quod illi erat in votis. Sed quid mirum cum multi multa similia somnient vigilantes. Nec truncum vnus vitis illi possident, & ex levi fundamento vineas sibi fingunt amplas, & foecundas, floescentes, vvis onustas: iam vina exprimunt, iam dolia implent, iam altiori vendunt pretio, ex quo vestes emunt, domos, equos, & sibi servientes famulos adfiscunt. Somniarum in vigilia: Sed velut somnium *surgentium Domine ... Imaginem ipsorum ad nihilum rediges.*
Psalm. 72. 20.

Cur tuli ergo vvas, & expressi in calicem? Vt videas quam sine violentia, supplicioque torcularium exprimere possis fructum de vite. Non pede, non vocibus, non severitate, non disterijs; sed suavi manus attractione feliciter mutum exprimes sapidissimum. Asperior sane est liquor, qui vi pressus eruitur. Disce à Pocillatore qua lenitate botri exprimantur, vt merum eructent, mensis Principum aptissimum.

Cur Tradidi poculum Pharaoni? Paulo ante vitis erat nuda sane, & arida, cito crevit in palmites; folia expandit, flores, & vvas vidente Pincerna repente tulit. Et quis est qui civem, cuius noverit initia, semina arida, seu indolis, seu fortuna, Regi servitum offerat? Nihil attendit Pocillator nisi

729
Somnia
vigilantiu.

730
Suavitas
in superio
re.

731
Aptitudo
attendeda
in servo
non anti-
quitas.

nisi quod maturuerint vva. Quod tardius, citiusque, ex nova, antiquaque vite, non curat. Natus ille est stirpe non consulari. Quid tunc, si consulatu se præstet dignum. Prodit, ex vulgari profapia. Quid refert, si nobilibus præstat moribus. Agrestibus parentibus ortus: sed quid, si primoribus in omnibus antecedit. Dum maturuerint vva, Principi mustum propinetur, & Regis satiet sitim.

732
Meriti eve
hendi li-
cet tyro-
nes.

At attendenda, inquires, antiquitas, & sanguinis, & generis. Robora ergo, & subera vitibus præferes. Attendenda sane; sed non despiciatur, si bene, & cito creverit tyro: si maturitate, & præstantia antiquioribus prævaleat. Placuit Christo Zaquæus vnius diucula famulatu, dignusque efficitur, vt mutuo maneret coram Domino. Paulus ipso die ex vase iræ vas efficitur gratiæ. Quia cito; sed bene maturuerit. Metiendâ bonitas arboris est, non ab antiquitate, aut solo; sed à maturitate, & præstantia fructus.

733
Reges
agunt in-
dicium à
Magnati-
bus.

Quæres: an gustaverit vinum Pharao? Nihil retulit Moytes. At cur? Supervacaneum duxit, & tamquam indubitabile reticuit. Non ne Princeps pincernarum poculum tradidit Pharaoni? Si ille propinavit; iste proculdubio bibit. Illud enim agunt Principes, quod à Magnatibus proponitur. Agit Pilatus Iesum in Crucem, emisso Barabba, quia à primoribus Hebræorum propositum, & extortum. Iugulatur Ioannes Regi gratus, quia id expetitur à pellice. Traditur Leonibus Daniel, quia Dario Regi, cui gratus erat vates, persuasum à Satapis. Mustum recens à Pharaone bibitur, quia propinatur à pincernarum Principe, siue crassamen sit, siue vinum.

734
Aptitudo
examinan-
da, non lo-
cus nati-
vitat. A
aptitudo
examinan-
da, non lo-
cus nati-
vitat. A

Cur non quærit Pincerna, vnde transposita sit vitis in aulam? Vnde nata? Quia observatis gemmis, floribus, & racemis, solum nativitatibus haud quæsit. Id maxime apud Magnates evehendos fatigat. Cuias es? Patrio solo sapiunt racemi, vel desipiunt. Optimus ille; sed exterus. Ille aptissimus Magistratu; sed vagavit in opidulo. De germine, flore, & sapore, aut maturitate quæstio nulla. Non indagatur quæ fuerit adolescentia; quæ iuventus; quæ maturitas, aut scientia. Si nostro oppido natus est evehat, si amico nobis natus est vico. Damnanda certe incuria designantium ser-
vos, & Magistratus.

Cur

Cur saporem non scrutatus est Pincerna? Quia si externe vitis crevit; floruit, & parturivit fructus satis est, vt dedicentur, & propinentur Regi; quidquid de sapore, & interna habitudine sit. En qualis est electio gubernantium Principum aulas. Si ille floruit, si crevit, si pompatice discedit, si fructificet iam ideo aptus est, vt seruiat Regi; quin experiatur an vinum sit, an acetum, quod profert. Non ex externa pompa; sed ex intrinseca inclinatione subeundum examen est, vt eleves candidatum. Non ex visu probes; sed ex sapore Iudices aptitudinem. *Gustate, & videte* aiebat. Psalm. 33. 9.

Cur, & *tradidit poculum Pharaoni*? Vt inde pateat fidelis diligentia, & sedula cura Pincernæ, qui etiam somnians suo Principi ministrat. Qui dormiens seruit acuratus, & diligens, quam officiosus esset experrectus, & vigilans? Doleo sane diligentiore esse Eunuchum Ægyptium dormientem, quam Sacerdotes Dei, & veròs Israelitas, dum vigilant. Ille, dum dormit, suo functus munere, calicem satagit Pharaoni porrigere, nec in compe de omittit. Isti dum vigilant, à catenis exempti, calicem salutis aeterno Patri libare recussat. Proh dedecus!

Cur *Hac est interpretatio somnij*? Cur tam cito, consulto nullo, nec in cogitando detentus, somnium discutit? Quia instructus à Deo nullis indiget consultationibus, vt secure loquatur. Quærun ambages, inquit Oleaster, qui sua prudentia volunt interpretari somnia, non sic qui à Deo didicerunt, sed statim explicant.

Cur tam diligens in interpretandis somnijs Ioseph? Quia irrisus à fratribus in gratia discutiendi somnia firmatur, & ornatur vberius. Audi Ferum: Sic quem fratres irrisorie somniatorem nominarunt, nunc somnia interpretandi gratiam accepit. Sic Deus irrisiones malorum vertit in bonum.

Cur *recordabitur Pharao ministerij tui*? Quia non Ministeri catenati; sed ministerij recordabitur Pharao. Neque enim seruos diligunt Principes; sed seruitutem, neque curæ illis est, vt libertatem recuperent famuli; sed vt sibi famulatus non desit famulorum. Non ita Deus, qui non holocausti sibi offerendi; sed Noemi memor aquas terris innatantes

735
Inclinationes examinandæ.

736
Mistâ non celebrâtes

737
Interpretes veri.

738
Irrisi præmiantur.

739
Seruitutem amant Reges non seruos.

exficcavit. *Recordatus autem Deus Noe*, &c. Gen. 8. 1.

740
Iudices te-
nentes sen-
tas iniu-
stas.

Recordabitur Pharaos: non vt puniat; sed vt te liberet à catena. Non enim quia Pincernam vinxerat, illum, aut specu infodit, aut securi percussit, aut exulare fecit. Qui mos Principibus impijs vſitatissimus est, vt quem semel laſerint semper laedant. Non enim ſæviunt vt puniant; sed ſæviunt quia ſæviere. Ne iniusta carceratio semel facta videatur, & ipsi indiscreti appareant apud cæteros, puniunt inſontes, & ſcleratos faciunt innocentes.

741
Carceratis
iniuste, cõ-
pensandũ.

Cur *restituēt te in gradum pristinum*? Quia satis non est inſontem catenis absolvi, nisi ad suum honorem restituas, quem carceratione suspectum de crimine fecisti. Debe- mus iniuriam beneficio compensare: non autem innocentem perdere, quem reum fecimus.

742
Servi boni
& si delin-
quant tole-
randi.

Cur *recordabitur Pharaos ministerij tui*? Quia memor de eo quod bene suum gesserit ministerium Pincerna restitue- tur. Quid refert seruum in aliquo deliquisse. Tot ante acta officia, & merita; totque fideliter gesta ministeria, vna culpa, aut quandoque levis suspicio non deleat; sed memor mini- sterij sui, seruitutisque, si quid supplendum dissimulandum- que sit, dissimula, & ad emendationem inductum à catenis libera, & ad suum ministerium sine dedecore restituē.

743
Reprehen-
ſio excu-
ſanda.

Cur Ioseph Pincernam non monuit, nec correctionibus presit? Quia censuit catenam pro monitore esse posse, ærumnamque præteritam satis eum in posterum cautum, prudentemque reddidisse. Noluit proinde dolentis angorem cumulare exprobratione sui vitij, seu imprudentiæ. Iam hinc intelligant cenſores aliorum, qua parsimonia dispensanda sunt monita, aut reprehensiones ærumnosis, quando suo vin- cto Ioseph, cui mella propinabat, cautelam insinuare non est ausus. Adeo amara communitio est, vt nec spe libertatis, nec vaticinati regij poculi viciniã temperetur.

744
Christus li-
berior in
nos.

Cur *tradidi poculum*: Vnum scilicet, cum vitis tres pro- pagines vvis onultas offerat? Quia vitis Christus est. Cum homo dat vnum offert poculum; cum Christus propinat tres multiplicatis fructibus propagines largitur.

Vers. XIV. TANTVM MEMENTO MEI, CVM BENE tibi fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere:

Vers. XV. QVIA FVRTO SVBLATVS SVM DE TERRA Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum.

VERSIONES.

SEp. *Sed memor esto mei per te metipsum, cum bene fuerit tibi, & facias in me misericordiam, & memor eris mei ad Pharaonem, quia furto furtive ablatus sum, & hic nihil feci; sed iniecerunt me in lacum istum.*

Cald. *Memento mei tecum cum benefuerit, & facias obsecro misericordiam, & mentionem mei ad Pharaonem.*

Cur tantum memento mei? Sciebat enim felicitatos, & in aula Regum in dignitatibus constitutos sui tantum memores, catenatos, & miseros omnino obliuisci, nec apud Principes patrocinari. Extenuatur aliorum cura dum crescit prosperitas. Vnde S. Ambros. *lib. de Ios. cap. 6.* ait. Ideo repetit memor eris mei, quia sciebat non recordaturum cum potentiam recepisset. Ita ille. Mira incuria potentiorum erga afflictos, quorum nec miserentur ærumnis.

Cur facias mecum misericordiam? Quia ex compassione postulat, non ex iusticia, non ex gratitudine, aut compensatione. Quasi nihil pro victo egerit Ioseph, ita ab eo agi flagitat. Nullam retributionem exigit pro eo quod toties ei seruerit, eius curam gesserit, eumque in carcere toties solatus fuerit. Generosi quippe pectoris est non blæterare, acta retrahere, nec remunerationem pro beneficijs exigere.

Cur vt educat me de isto carcere? Vt videas quantum supplicium sit carceris diuturna compressio, vt Ioseph aliunde patientem, nec catenis constrictum, imo victis præfectum, tædeat carcere detineri, & pro sua educatione humiliter supplicet, quem sibi posse suffragari credidit.

Cur quia hic innocens in lacum missus sum? Quia ea allegat, quæ ad suam libertatem conducere poterant. Non sua

745
Felices miserorum immemores.

746
Retributio pro officijs non petenda.

747
Carcer supplicium.

748
Innocentia
pro liber-
tate alle-
ganda.

iactat; non artem solvendi somniorum ænigmata : qua prudentia præferit vincis : qua fama vixerit cum reis: qua providentia domum Putipharis rexit : Non genus, & proavos descripsit. His misis, quæ tanta sui existimatione narrare potuisset, unam tantum exposuit innocentiam. Quid attinet memorare, quæ nihil conducunt ad absolutionem. Solvi debet, non reus; innocentia, non experientia, non aliunde gestis libertas debetur.

749
Fama pro
ximi curanda.

Cur violentiam, & suggestionem suæ Dominæ non exposuit? Ne foemina illa, apud Eunuchos satis nota, tanti criminis cum ipsius famæ prodicione incusaretur. Hoc unum, ait S. Chrisof. totum curat, non ut alios condemnet; sed ut pro se solo dicat.

750
Impudicitia
vel tentari,
probrum est.

Puduit deinde virum probum, & castissimum, foeminam fuisse, vel Dominam, quæ auderet eum ad impudicitiam provocare, aut in re tam sperci sceleris eum speraret maculare. Favet Pelusiot. *lib. 4. ep. 70.* Erubuit Ioseph ea commemorare, quæ sibi acciderunt, ne coronam castitati debitam sibi imponere videretur. Etenim unum castitatis opus coronatur, ut pote regium.

751
Captivare
furtum creditur.

Cur *quia furto sublatum sum?* Furtum hoc non ad Ismaelitas referendum; sed ad fratres, qui vendentes eum Ismaelitis furtum fecisse dicuntur. Nam hominem, nec iusta emptione, nec iure belli, nec ullius reatu servum factum, sed plane liberum, atque innoxium capere, & vendere invitum, furari est.

752
Iratrem
odio prosequi
incredibile est.

Cur non exponit à fratribus pressum, & furatum? Ne pro sua liberatione, & indemnitate fratres, quos adhuc offensus naturali affectu diligebat, prostitueret. Deinde: forte non crederetur, & mendax haberetur. Quis enim crederet tantum crevisse fratrum odium, ut fratrem venderent, & proprium sanguinem manciparent.

753
Felicitas
vel sœnata inflat.

Quid ergo respondit Pincerna? Putabis suam fidem, & vitam oppignorasse interpreti tan fausta ominanti? Nec verbum reddidit, prorsusque conticuit. Adeo vel somniata felicitas tantum factus, & inhumanitatis infuderat adhuc catenato, ut suo benefactori superbus, & turgens nihil responderit. Qualiter tumet, superbietque inter pateras trabeat, qui

qui nec verbo dignatur interpretem compedibus adhuc oppressus, somniatæ tantummodo prægustatione felicitatis.

Sed plurima censeo promississe, & spondisse per multa, & montes illi, mariaque pollicitum, quæ scripta non sunt; quia promissa erant, verbaque aulici, & ea Deus inferi noluit scripturis suis. Non enim nugæ describuntur à Mose, sed res, promissaque scribuntur. Sprevit proinde legislator prudens, quæ profuderat Aulicus, conscius quippe quam raro promissis stet vel aulæ nutritus, vel qui à catena migrat ad torques.

Cur solam innocentiam allegat? Quia solum de calumnia, & falso testimonio conqueritur. E tot ærumnijs, quibus fuerat obiectus à fratribus hasta, servitute, exilio, nuditate, cisterna, fame, cædis intentatione, calumniam tantum sentit. Nec de exilij diuturnitate, nec de fratrum insidijs, nec de squalore carceris aliquando questus, falsi tamen criminis nota se circumvectum indoluit.

Cur *hic innocens*? Quis non innocens in carcere? Interroga vinc-tos, & videbis, & audies quam sine noxa sint; quæ sine crimine catenentur. Sed solus Ioseph iure optimo clamare potest: *Hic innocens*, qui candorem in cœno servavit, qui à pueritia ludere ignoravit, qui fratres ctimine pessimo, non coinquinatus, ad emendationem potius accusavit. Qui nullam illis pro iniurijs vindictam reddidit. Qui coactus à Domina pudicitiam servavit. Videant vinc-ti an in ante acta vita ita innocenter se gesserint: quæ ante comiserint, pro quibus modo à Deo puniantur. Ut clamare possint: *Hic innocens missus sum.*

Vers. XV. VIDENS PISTORVM MAGISTER QVOD

prudenter somnium dissolvisset, ait: Et ego vidi somnium, quod tria canistra farinae haberem

super caput meum:

Vers. XVII. ET IN VNO CANISTRO QVOD ERAT

excellius, portare me omnes cibos quæ fiunt arte pistoria, avesque comedere ex eo.

754

Promissio-
nes aulico-
rū futiles.

755

Falso ac-
cusari in-
tolerabile.

756

Carcerati
innocentes
se clamāt.

757

Innocentes
modo, ob
alia puniū-
tur.

VERSIONES.

Sep. *Et vidit Princeps pistorum, quia recte interpretaretur. Et dixit: Et ego vidi somnium, & videbar mihi tria canistra chonditorum portare in capite meo. In canistro autem superiori de omnibus generibus de quibus comedit Pharaon opus pistoris, & volatilia cæli comedebant ex eo canistro, quod erat super caput meum.*

Cald. *Et ego vidi in somnio meo, ecce tria canistra plena pane principali erant super caput meum.*

Onk. *Videbam tria canistra candida.*

Oleast. *Vidi tria canistra foraminum.*

758
Consulto-
res veri
qui nūtiāt
quod sen-
tiunt.

Cur quod prudenter somnium dissolvisset. Quia prudentiam miratus est interpretis. Non tam attendit regias paternas, quibus restituendus erat contubernalis; sed seriem prudentem expendit commentarii. Utinam, & nos, ait Oliva, in consulente prudentiam, non blanditias exquirereemus. Verum eos consulimus dumtaxat, quos locutos scimus placentia, eosque adoptamus consultores arcanorum, qui potius plaudunt, quam reprimunt.

760
Sperantes
temere.

Cur ego vidi somnium? Cur scilicet tam citus in explanando somnio? Sperabat sibi fausta nuntiari, cum audierit fausta nuntiari contubernalis; sed nec idem erat crimen; nec eadem causa meritorum: nec eadem Reges cum reis vtuntur clementia. Sic multi peccatis se tradunt temere sperantes se salvos fieri, cum alios viderint nocentes salvari. Sed sua ipsorum temeritate illusi, Deum provocant, vt illis denegent miser icordiam, quam alijs clementer concessit.

761
Avarus
nec mādu-
cat nec ci-
bat.

Cur tria canistra farinæ haberem super caput meum? Nota quod nec Pharaoni offerebat dapes, nec alijs largiebatur, nec manducabat ipse; sed rapiebant aves. Similis certe avaro, cui cum opes non serviant, nec alteri elargitur; sed filius, vel fur, vel incendium, vel tandem mors rapit. Supra caput cibos defert pistor, & famefcit, nec sibi subvenit, nec alijs offert. Iure capite damnandus, vt vita indignus miser, & avarus.

Cur super caput meum? Quia sunt qui serviunt, vt ser-
viant,

viant, sunt qui serviunt ad pompam, & ostentationem. Pistorum Princeps nihil pro Rege agebat; sed congesta ab alijs dulcioria propalam gestabat in capite, pompam ostentabat, non servitium. Quam multi Deo serviunt: festivitates celebrant, canistria gestant in capite, dum non tam devotionem attendunt, quam ostentationem, & plausum.

762
Festivitates ob vanitatem,

Cur aves comedere ex eo, nec eas abigebat Pistor? Quia ex cibo regio omnes certatim rapiunt, multi veluti vultures splendide saginantur, quin eos arceant à rapina ministri; imo cum illis facti rapaces, quæ pretiosiora sunt, subfurentur, nec reservatis ærarijs impleantur, & ditescant. Ita vt quid ex tot, tantisque redditibus, & gabellis expunctum ac valde diminutum accedat ad Principem.

763
Regum opes omnes rapiunt

Cur aves comedere ex cibus regijs; non de vite visa à Pincerna? Quia aves dæmones sunt, qui pretiosiores, & regales spiritus morfu constupant amarissimo. At de vite V. Maria ait: *Ego quasi vitis fructificavi.* Eccl. 24. Hanc vitem nullus ausus est spurcare, aut attingere audi Hefych. ser. 7. Vitis vbarum valde florens, intacta, incalcata, & munda.

764
Conceptio B. M.

Vers. XVIII. RESPONDIT IOSEPH: HÆC EST INTERPRETATIO SOMNIJ: Tria canistria, tres adhuc dies sunt: *Vers. XIX.* POST QVOS AVFERET PHARAO CAPUT TUUM, ac suspendet te in cruce, & lace rabunt volucres carnes tuas.

V E R S I O N E S.

SEp. *Adhuc triduum, & auferet Pharao caput tuum, & suspendet te in ligno, & aves cæli manducabunt carnes tuas.*

Cald. *In fine trium dierum auferet Pharao caput tuum à te, & suspendet te in patibulo, & comedent aves carnes tuas à te.*

Pagn. *Desuper te.*

Arias. *Et comedet volatile carnem tuam desuper te.*

Cur Hæc est interpretatio somnij? Cur scilicet infausta annuntiaturus Ioseph non reticeret; sed illico infelicitatem tantam auguratur? Quia miseris, eo quod miseri sint, dammandique non blandiendum est, aut assentationibus solandum;

766
Moribūdi
monendi
de pericu-
lo.

dum; sed aperienda supplicia, quæ illis minantur. Peccatori-
bus sæpe relapsis, quorum desperatur emendatio, à Prophe-
tis, & Dei ministris non blandiendum; sed periculum amit-
tendi gloriam, & æternum subeundi supplicium, quod illis
certe imminet annuntiandum, vt respiciant, aut saltem ab
instructoribus se non monitos conquerantur.

767
Ægroti
monendi
in pericu-
lo.

Cur Ioseph non dissimulavit, ne miserum affligeret, &
nuntio tanti supplicij angustijs vexaret? Quia præstat ærum-
nosos angere, quam perdere. Hic qui ægrotos in periculo
constitutos monere de discrimine recussant, ne afflicti terro-
re incutiantur. Perturbentur sane, ne pereant, ne scilicet fiksi
imparati discedant, & ne, vt præsentis, brevesque huius
vitæ angustijs vitent, perpetuos æterni ignis angores subire
cogantur.

768
Ministris
Dei veri-
tas nuda
sit,

Deinde ad Prophetas, & Dei Ministros veritatem, quid-
quid sit de angustijs audientis, manifestare pertinet. Id in-
nuere videtur Philo, cum ait: Quoniam somniorum conie-
ctoribus veritas est necessaria, tamquam vatibus, & oracu-
lorum interpretibus.

769
Euchari-
stia renu-
cia.

Cur ferens super caput farinæ canistria, ex quorum da-
pibus aves saginantur, sibi nec sumit, nec manducat, capite-
que damnatur? Quia sunt qui magna in capite seu mente de
farina, quæ materia Eucharistia est, concipiunt, gestant in
capite; magna prædicant, & plaudunt, accedere tamen ad
manducandum, cæteris accipientibus, recussant; ijs certe
quid annuntiari possunt nisi infausta, periculumque capitis,
& mortem? Nam cœlestis farinæ defectum mors sequitur
cognoscentibus, & sumere repugnantibus.

770
Vita no-
stra fragi-
lis.

Cur *tria canistra tres dies sunt*? Scilicet vitæ. Nam sicut
vita Pincernæ ominata est per tres viventes, & fructum erū-
pentes propagines; sic dies cito morientis nunciata est per
canistra, quæ levibus, fragilibusque viminibus intexta sunt,
quæ facile pereunt, & facillime deficiunt.

771
Prophetia
castitati
debetur.

Cur ita dexter Ioseph in ijs interpretandis somnijs: certe
sua non interpretatus est? Quia castus erat Ioseph, castitati
enim Prophetia debetur, & interpretatio futurorum. At ca-
stus erat Ioseph, qui fratrum non tulit impuritatem, sed eos
accusavit. Ita sane: sed tunc sine pugna castus, nunc vero,

inito cum procaci foemina certamine, vitor evasit; & qui nullo pudicitiae triumpho insignis, vix sua noverat somnia; reportato castitatis trophæo, etiam aliena interpretatur, crescente scientia dam castitas augebatur.

Cur post tres dies auferet Pharaeo caput tuum? Quia avibus rapienda obtulit: At aviculæ sunt, quæ quasi indigentes, aliter sustentari non possunt. Ita sed non alieno aere; sed sumptibus proprijs famelici cibandi sunt. Furatur enim qui ex aliorum bonis eleemosynas elargitur. Sed audi S. Chrysologum *serm.* 54. Qui aliena prorogat, plus dando diripit, quam furando. Audeo dicere; qui de fraude Deo offert, cumulat crimina; non emundat; quia Deus, in tali munere, exuvias suorum pauperum, non misericordias intuetur.

Cur auferet Pharaeo caput tuum, non ne canistris farina, dapibusque refertis coronabatur, quæ felicitates augurabantur? Ita; sed in somnijs; nam mundi abundantia, & voluptates in somnijs, vel tamquam somnia apparent; & in rei veritate, infortunia sunt, quæ vitam auferunt. Vide n. 127.

Cur lacerabunt volucres carnes tuas? Non ne aves permittit comedere ex canistri dapibus? Nimirum illi ipsi, quos aluisti, & sustentasti; quos edere ex cibis regijs permisisti, qui te regnantem, & principatum exercentem venerati sunt, te primi oppriment, dilaniabunt, tuisque saginabuntur opprobrijs, & lacerabunt carnes.

772
Eleemosyna non ex alienis,

773
Felicitates somnia in fausta.

774
Cooperatores te damnabunt

Vers. XX. EXINDE DIES TERTIVS NATALITIVS

Pharaonis erat: qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum Principis.

Vers. XXI. RESTITVITQVE ALTERVM IN LOCVM suum, vt porrigeret ei poculum:

Vers. XXII. ALTERVM SVSPENDIT IN PATIBVS lo, vt coniectoris veritas probaretur.

VERSIONES.

SEp. Factum est autem in die tertia dies natiuitatis, & faciebat potum omnibus pueris suis, & recordatus est pincerna

cipatus Pincerna, & principatus pistoris in medio puerorum suorum. Et restituit pincernarum Principem in principatum suum, & dedit ei calicem in manu Pharaonis, Principem autem pistorum suspendit, sicut interpretatus est eis Ioseph.

Cald. Factum est in die tertio, die natiuitatis Pharaonis fecit convivium omnibus seruis suis, recordatus est capitibus Principis pincernarum, & capitibus Principis pistorum in medio seruorum suorum. Reduxit Principem pincernarum ad ministerium suum.

Pagn. Eleuauit caput Principis pincernarum, & caput Principis pistorum. Et redire fecit Principem pincernarum ad promotionem suam.

Calet. Et eleuauit supputationem Principis, & supputationem Principis pistorum in medio seruorum suorum.

Arias. Et dedit calicem in uolam Pharaonis.

Alij. Quemadmodum coniectarat eis Ioseph.

Cur dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande convivium? Quia impij, qui superbe ad multorum utilitatem se natos credunt, conuiujs, & ebrietatibus natalem diem celebrant, qui crudelitate, & sanguinis effusione terminantur. Pharaon ex convivio Pistorem agit in cruce. Herodes praecursorem Domini inter epulas decollauit. Audi V. Bed. Soli mortalium Herodes, & Pharaon, leguntur natalis sui diem gaudijs festiuis celebrasse; sed uterque Rex infausto auspicio felicitatem suam sanguine foedauit.

Superstitionis genus esse indicauit Pererius hac ciborum; Intemperie natalitium celebrare. Ideoq; iusti ita celebrant, ut diuino cultui, & orationibus vacent, gratiasque Deo referant quod illum diem, aetatemque pertingerint; gratiamque postulent, ut in posterum crescente aetate uirtutibus crescant, & christianis moribus imbuantur. Aliter celebrare gentilissimum redolet. Id fere aduertit Origenes *Hom. 8. in Lev.* Nemo ex omnibus sanctis inuenietur diem festum, vel convivium magnum egisse, in die natalis sui: soli peccatores huiusmodi festiuitate laetantur.

Cur recordatus est inter epulas Magistri Pincernarum? Ut uideas qualiter regebat Pharaon, ut vel in die grandis conuiujs de uinctis cogitat, eorumque cognitis causis alterum resti-

777

Voluntatis
conuictio
moralis

775

Natalitij
celebritas.

776

Natalitia
ut cele-
brent iusti

777

Iudices
pigri.

sti-

stituit pateram, alterum agit in cruce. Quid ageret sedens pro tribunali, qui in epulo non iudicat tantum; sed liberat, & suspendit? Vide nunc si inveniatur Iudex, qui non in convivio; sed domi proximus ad prandendum quaestiuiculam, circa vinctum in carcere quandoque innocenter detentum, admittat.

Cur in die tanti convivij, & lætitiæ Pistor suspenditur: deberet certe in honorem tanti natalitij liberari? Quia quilibet interveniente festivitatis celebritate, qui vere rei sunt ab solvendi non sunt, id enim iniuria iustitiæ foret. Illa vera celebritas, est in qua insontes liberantur; & servato æquitatis iure, criminosi puniuntur.

Cur *recordatus est inter epulas*? Quia tunc ad ostentationem convivij ministris mensæ indigebat. Tunc enim Domini servorum meminere, cum eorum egent servitute, non tam servos amant, nec illos curant, quia personam diligunt; sed vt eorum vtantur ministerio. Catenatis oblivisceretur omnino, eosque diu vinctos relinqueret, nisi ad institutionem, & factum convivij eos necessarios recordaretur.

Cur prius recordatus est Pharaon Pincernæ, quam Pistoris? Vt plus in libertatem innocentis propendisse intelligatur, quam in fontis supplicium. Id Prophetatum est in supremo Iudice prius benedictionem, & cœleste præmium prædestinatis largituro; cum causas mortalium omnium expendere, quam aeternæ damnationis sententiã improbis indicturo.

Cur Pincerna Magistri nomine appellatur, Pistor vero Principis? Et quidem cum ambo peccarunt Principes dicuntur: Finita quæstione, is tantum est Princeps qui reus est? Et merito. Vna siquidem Aulicorum innocentia est, si Magisterio tantum fungantur: & vnum hoc scelus, si se Principes munerum arbitrentur. Qui servus cum cæteris debet esse, arrogat sibi domus principatum, & Princeps fit, vt cæteris dominetur. Hinc factus, rapinæ, violentiæ, & aliorum æmulatio crescit, & invidia.

Cur *restituit in locum suum*? Quia non satis est accusatos vinctos solvere, nisi innocentes inventos ad suam pristinam dignitatem restituere. *Restituit*, non vt princeps esset, seu Dominatum exerceret; sed vt porrigeret ei poculum. Forte

778
Rei non li
berandi
impune,

779
Domini
servitute,
nō servos
amant.

780
Propensio
ad pietatē

781
Servi regū
Principes
sunt.

782
Honor re
stituendus
insonti.

principatus assumptio argumentum, & causa suæ accusationis, & carceris fuit. Serviat ergo, non Dominetur.

783
Acusato-
res falsi pu-
niantur.

Cur cum Pistore iniquus Pincernæ accusator non suspenditur? Ne, si delatores castigarentur, vera crimina timidi reticeant, & dissimulent. Tanti enim aliqui iudicant notitiam patrati criminis, vt per calcatam non semel innocentiam fas esset ad obruncandam, calcandamque culpam transire. Quod assertum cum nec hominum, nec Angelorum sit, vereor, ait Oliva, ne manarit è cathedra pestilentiæ, quam Lucifer insidet. Nam parsuri Sodomis erant cœlites, ne iusti decem supplicio iniquorum involverentur. Præstat ergo multos evadere transgressores, ne vnus plectatur innocens.

784
Bona do-
minorum
servanda.

785
Distratio-
nes in orâ
do.

Cur *Pistor suspenditur*? Quia, quæ parata erant Regis mensæ, huiusque bona erant illi tradita custodienda, rapacibus permisit auferri, devorarique. Vt intelligant oeconomici eos reos esse, dignosque supplicio, si bona sibi ad administrationem, & bonam dispensationem commissa rapiant, aut rapi permittant. Sed mystico sensu intellige dignum te supplicio futurum si dapes, id est, bona opera, quæ mente volvis, dum oras, Deoque in oratione sistis, ab avibus mundanarum cogitationum, & acrearum vanitatum conspurcari permittis.

786
Tempora-
lium con-
temptus.

Suspenditur item: Quia canistra farinæ, cibosque omnes; in quibus bonorum temporalium adumbrabatur copia, eaque somniata, supra caput extulit. Qui ita temporalia curat, vt caducas res supra omnium æstimationem elevet, dignus sane est, vt ab earum possessione detrussus capitis damnatione, cum sui dedecore, plectatur. Ideo Hebræis indictum Ios. 14. *Terra quam calcaverit pes tuus, erit possessio tua*: Quia solum illa bona temporalia, quæ calcantur, possidentur.

787
Iustitia cū
misericor-
dia.

Cur alterum liberat alterum suspendit? Ne si vtrumque damnaret crudelis, si vtrumque absolveret, remissus videretur, sicque debitam cum misericordia iustitiam condiret. Sic Rupert. *lib. 8. in Gen. cap. 37.* In alterum iram; in alterum clementiam ostendit. Nam sicut clementia honor est Principis sic, & *honor Regis iudicium diligit.* Pl. 96. 3. Etenim dum totum punitur, regia severitas crudelitate polluitur: Vbi vero totum remittitur, facies maiestatis sine metu disciplinæ contemnitur.

Dein-

Deinde vterque peccavit; non tamen vterque periit: quia gratia Principum, quod donum indebitum est, non omnibus confertur. Verisimilius tamen est, Pincernam purgasse delictum suum, quod Pistor non valuit expiare. Omnes errare sciunt, non æque omnes ab erroribus liberari. Peccavit Pincerna; sed levi fortasse culpa, veniæ digna: Pistor adeo graviter, vt sola morte absolvi delictum posset.

783
Delicta purganda.

Vel dic: Pistorum deliciosas dapes ad nutrimentum gulæ gestasse: Pocillatorem vvas in calice expressisse, quo Sacramentum Eucharistiæ, cuius materia vinum est, præcipue si in calice exprimat, intelligitur. Pereat ergo voluptuosis, lapidisque escis traditus: Perennet, & felicitetur, qui vinum calice offert: qui circa tantum mysterium versatur, eiusque typum vel somniando disponit, & tractat.

789
Eucharistia dat vitam temporalem.

Verf. XXIII. ET TAMEN SVCCEDENTIBVS PROSPERIS, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

V E R S I O N E S.

SEp. *Et non est recordatus Princeps pincernarum ipsius Ioseph, sed oblitus est eius.*

Cur id advertit, & exprimit Moyse? Quia incredibile foret, nisi scripturæ testimonio firmaretur, tantam intervenisse oblivionem, tantamque scaturisse ingratitude erga carceris præfectum, qui eum haud afflixit, vt potuit, imo vero in laboribus carceris, catenarumque constitutum, & oppressum, dolorem lenierat, & afflictionem, totiesque solatus fuerat.

790
Ingratitudo incredibilis est.

Cur *oblitus est, &c.* In aula iam felix degebat Princeps, & minister effectus. Dedignantur Aulici miserorum recordari, aut pro illis intervenire. Sic locutus Hamerus: Hic pocillator, & minister, ac pro inde superbia plenus, afflictorum amicus esse nolebat, pudebat illum vincti Iosephi meminisse, quod in carcere ageretur non videbat.

790
Felicis infortuniorum obliviscuntur.

Oblitus est: Quia illud Pincernæ proposuit: Hic innocens missus sum. Educi de lacu optas, & te innocentem esse proferis pocillatori? Imo vt tibi opituletur, dic pocentissimum

791
Aulici sceleratis conculant.

omnium esse, & futurum. Innocentiæ haud consulunt potentes; sicarijs, & sceleratis favent, & pro viribus à supplicio eximere decertant.

792
Vinū casti-
tatem non
fovet.

Oblitus est. Nimirum: Pocillator vini, seu vinariorum præfectus erat. Male ergo Ioseph libertatem, & vindicias suas Pincernæ commisit. Non irrigantur lilia mero; sed obruantur. Velles ergo vt pudori patrocigaretur tumultentia? Velles vt parens vitiorum ebrietas virtutum nutricem pudicitiam catenis eximeret? Qualiter ergo vini potator, & magister castitati suffragabitur.

793
Meritjs
proprijs
fidendum.

Sed *oblitus est*, id disponente Numine, vt non interpositione advocati; sed suo egrederetur merito, agnita, & sapientia, & virtute. Oportebat, ait S. Chrisof. expectari tempus opportunum, vt maiori cum gloria è carcere educeretur. Si præfectus pincernarum recordatus fuisset, forte auctoritate sua eum liberasset, & nō tā perspicua alijs fuisset eius virtus.

794
Felicitas
infelicium
oblita.

Oblitus est: Quia se felicem adspexit. Vide quale venenum felicitatis sit, vt vel memoriam obruat, quæ natat in stagno quoque ignis ardentis. Fratrum Epulo recordatur in inferno; quia miser, & ærumnosus. Et Pocillator in aula non recordatur Iosephi, quia feliciter ad suam pristinam dignitatem euectus. Vide tom. 2. n. 824.

INTERROGATIONES

ET

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXXI. VERS. I.

POST DVOS ANNOS VIDIT PHARAO SOMNIVM.
Putabat se stare super fluvium.

Vers.

Vers. II. DE QVO ASCENDEBANT SEPTEM BOVES, pulchræ, & crassæ nimis: & pascebantur in locis palustribus.

Vers. III. ALIÆ QVOQVE SEPTEM EMERGEbant de flumine, foedæ, confectæque macie: & pascebantur in ipsa annis ripa in locis virentibus.

VERSIONES.

Sep. *Et factum est post biennium dierum, vidit Pharaon somnium videbatur sibi stare flumen. Et ecce quasi de flumine ascendebant septem boves pulchræ specie, & electæ carnibus, & pascebantur in Achi. Aliæ autem septem boves ascendebant post has de flumine, turpes specie, & graciles carnibus, & pascebantur apud boves, & labium fluminis.*

Cald. *Et ecce de flumine ascendebant 7. boves pulchræ visu, & pingues carnibus, & pascebantur in prato. Deformes aspectu, & macilentæ carnibus, & stabant contra boves in ripa fluminis.*

Pagn. *Et fuit in fine duorum annorum Paroch somniavit, & ecce stabat iusta flumen. Ascendebant septem vacca pulchræ aspectu, & pingues carne, & pascebant in carecto. Turpes aspectu, & tenues carne stabant iuxta vaccas, que erant iuxta ripam fluminis.*

Arias. *Et fuit in fine annorum duorum dierum, & Paroch somniavit, & ecce stans super flumen. Mala aspectu, & tenues carne, & stabant apud vaccas super labium fluminis.*

Onk. *Et stabant è regione boum illorum in ripa fluminis.*

Cur post duos annos? Quia per tres annos vincus fuit Ioseph, per vnum degit cum Eunuchis, post istorum deliberationem, per duos annos permansit, id disponente Deo, vt leves quasdam eius culpas, quibus nec sancti viri carent, expiaret. Sic S. Aug. *serm. 82. de temp.* & favet S. Chrisof. cum ait: Deus autem sicut omnipotens, & sapiens artifex, sciebat quanto tempore in igne deberet esse aurum, vt cum splendore reduceretur,

Hebrai opinantur, propterea liberationem Ioseph è car-

797
Confidētia
in Deo nō
in hoīe.

cere in biennium esse prolatam, quod ille maiorem, quam oportebat, spem, & fiduciam posuisset in benevolentia, & gratia, & promissis illius Pincernæ, quibus aperte suffragatur S. Aug. *serm.* 82. *de temp.* Ideo Iſaias 30. 2. clamat: *Os meum non interrogasti, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Egypti.* & Ierem. 17. 5. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Quare cecinebat David Pl. 72. 28. *Mibi autem adherere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.* Dimas non diu in cruce moratus est: quia omnem spem suam in Domino posuit.

798
Pati aliqua
ut ma-
iora viuen-
tur.

Per duos deinde annos mansit in carcere, quia nec supplicij reus erat; nec ad sui domini seruitium reduci oportebat, ne, qui semel vicerat, victus iaceret, cum rursus exponeretur insidias foeminae procacis pati, quas forte non sustineret. Tenebatur in carcere, ne in palatio periclitaretur; securius iacet in fovea, quam in aede impudicæ foeminae. Sic Deus nos aliqua pati permittit, ut à maioribus damnis, & periculis liberemur: *Bonum mihi quia humiliastime,* Pl. 118.

799
Rex visita-
tur ad bo-
nū regni.

Cur vidit Pharaon somnium mysteriosum sane? Nunquid Ethnicis revelantur arcana? Resp. Carthuf. Scilicet apparitionem sibi per Angelum bonum exhibitam, tamquam Principi communitatis, & propter commune bonum, non propter Regis idolatrae meritum. Ita ille, ut scias Regibus, & superioribus, etiam improbis, Deum adesse, ut suggerat, quæ ad bonum pertinent inferiorum.

800
Labilitas
vitz.

Cur putabat se stare super fluvium? Quia super labilitatem decurrentis aquæ ominandæ sunt Regum fortunæ, & fortes, quæ tamquam aqua dilabuntur, & præcipientes ad interitum, ruinam, & sepulchrum properant: *Super fluvium Chobar.* Vidit Iſaias, *cap.* 1. 2. visiones Dei. Quia vel gloriae fruitio, si in terra sit, terram sapit; & super fluvium, & super labilitatem terrenam conspicitur, & evanescit defluens. Super quod S. Hier. significat, ait, omnem huius mundi gloriam præterfluere, & gradum stabilem non habere.

Gloria hic
momentanea.

801
Felicitates
quasi som-
nia.

Cur per somnium ominantur Regi regni subsidia, & felicitates? Quia rerum humanarum status, & felicitates per somnia dormientibus ostenduntur, quasi designetur omnia mundi incrementa somnia esse, quæ cito evanescunt, & cito

pereunt. Sic S. Ambros. Vanæ spes hominum, ait, in hoc sæculo, innanes, & vacuæ rerum species tamquam in somno venerunt, abierunt, evanuerunt, circumfusæ, & dispersæ sunt, teneri videntur, & non tenentur. Vide n. 127. & 773.

Cur vt Pharao adstitit: *ascendebant septem boves?* Quia ad præsentiam Regis excessere illico, è sede indebita boves, quibus nullum ius, nullumque imperium erat in aquis. Quot vitarentur monstruosæ, incredibileque eruptiones, si Principes lustrarent loca, iurisdictionesque Ministrorum; vt nullus fines suæ potestatis transiret, nec ad spatia, vbi seges est vberior, descenderet. Vt Pharao stetit, imo vt *putabat se stare super fluvium*, ascenderunt intrusæ boves, relictis piscibus, quibus ius erat, aquis.

Cur *pulchrae, & crassæ nimis?* Nimirum faginatæ erant in flumine subreptis alimentis à piscibus, à quibus per vim illæ extèrminari non poterant. Ad facietatem, & crassitudinem nimiam faginantur ministri, cum aliorum pascua devorant, qui vix pane alentur domi suæ. Adde milites suis in regionibus squalidi, & esurientes, nec pane satij; dum apud patronos diversantur, mensas alitibus onerari violenter cõstringunt.

Cur *pascabantur in locis palustribus?* Quia adstante Rege ijs tunc pascuis utebantur, quæ ipsis destinata erant. Ergo non tam conscientia ministros cogit suos limites non excedere; sed Principis timor, quo absente, in easdem recidunt rapinas, & furta, & irruptiones, quibus incolæ obruuntur, imò destruantur, & pereunt. Ideo necessaria est Principis assistentia, sicuti Præsentia Antistitis, & Prælati.

Vers. IV. DEVORAVERVNTQVE EAS, QVARVM
mira species, & habitudo corporis erat.

Experge factus Parao,

Vers. V. RVR SVM DORMIVIT, ET VIDIT ALTE;
rum somnium: Septem spicæ pullulabant in culmo

vno plenæ atque formosæ:

Vers. VI. ALIÆ QVOQVE TOTIDEM SPICÆ TE-
nues, & percussæ vredine oriebantur.

802

Regis præsentia in iustitias vitat,

803

Ministri faginantur ex alienis,

Milites epulones,

804

Præsentia Regis continet sceleratos,

VERSIONES.

SEp. *Et devoraverunt septem boves turpes, & graciles car-nibus septem illas boves pulchras specie, & electas carnibus. Et somniavit secundo, & ecce septem spica ascendebant in propagine una, electa, & pulchra. Ecce septem spica graciles, & percussa vredine oriebantur post eas.*

Cald. *Comedebantque boves deformes visu, & macilentæ car-nibus septem alias boves pulchras visu, & pingues. Et obdor-mivit, & somniavit iterum, & ecce septem spica pullulabāt in culmo vno pingues, & optima. Et ecce septem spica con-cussa, & percussa vredine oriebantur post eas.*

Onk. *Septem spica lesa, & percussa vento orientali germina-bant post eas.*

Cur devoraverunt eas scilicet, deformes, & turpes, pin-gues, & electas devorarunt. Semper enim deformitas, & turpitude vitiorum pulchritudinem, & pinguedinem virtu-tum infectatur, corrodit, ac devorat. Per boves pulchras vir-tutes, per septem turpes, vitia, quæ illis averfantur, intellige, illasque ita deglutiant, quo vsque in vitia commutent, & in suam substantiam convertant. Virtutum habitus, ait S. Nilus *in lib. ascet.* celeriter admodum vertitur, in contrariaque propendet, si negligatur.

Cur boves suæ speciei, quam ex natura sua quæque con-servare studet, eiusdemque sexus boves mordent, & devo-rant? Quia crassas vident, & pulchras. Sunt enim fabri pigri, otiosi, & inertes, qui ob suam desidiam confecti macie esu-riunt, cum viderint pingues, eo quod diu noctuque laborent, ijs invident, eosque devorare contendunt. Odit faber fa-brum, figuloque molestus est figulus.

Cur, devoratis septem pulchris, crassisque bobus, macræ devorantes tali alimento faciri, nec impinguari dicuntur? Boves pingues bona temporalia denotant, ait S. Isidorus, & alij. Qui ergo aliorum substantia nutritur, nullum sibi incre-mentum parit. Qui ex aliorum bonis pascitur, haud pingues-cit; languescit potius macie confectus, & perit.

Cur devoraverunt macræ pingues? Quia eisdem se con-

805

Vitia vir-
tutes infe-
ctantur.

806

Faber fa-
brum odit

807

Aliena nō
faciant.

iunxerunt, & potentius vitium est ad immutandam, devorandamque virtutum vbertatem. Sic locutus S. Bernardi. *Dom. 3. post Pent. art. 2.* Violentia infestationis tanta est, quandoque erga fragiles infestatio perverforum, vt eos importunitate, & tædio deisciant, & devincant.

808

Vitiū potentius ad perdendū.

Cur in fluvio pacatæ boves, extra Nilum macilentiores pingues devorarunt? Quia ad occupanda, perturbandaque aliorum loca, & iura in vnum conspirant, coeuntque etiam hi, qui infensissimi inter se sunt.

809

Impij ad malū conspirant.

Cur ex bobus quatuordecim nihil emolumenti acceptū? Nullum profus. Nulla illarum foeta. Nulla cum vitulis. De vberē, & lacte, de earum mulctra mentio nulla. Quid ergo egerunt? Nilum occuparunt, aquas construpaverunt; compasqua infederant: aliæ alias devorarunt. Quid malis Prætoribus accomodatius? Nihil stillant in populos: vsurpant indebita; aliorum loca, & iura occupant; infestant, latiantur, & vorant.

810

Prætores rapaces.

Cur, aut vnde tanta rabies emaciatarum in opimas? An illas arcebant à pasquis? An eis maciem exprobrabant? An cornibus in eas grassabantur? En rixarum odiorumque incitamenta: *Comedebant septem alias boves pulchras, & pingues.* Odere macilentæ, non feritatem; sed venustatem sociarum. Vtinam id semel in Ægypto, & inter vaccas tantum evenerit, & non inter eos, qui iugum Christi trahunt, quorum cum macilentiam obstupescas, plus tamen horreas lanienam, corrosionem, ac devorationem in eos, qui sapientia, virtute, & religiosi moribus pinguescunt.

811

Invidia.

Cur Caldæ, non devoraverunt, legit; sed comedebant. Quia non semel, qui macilenti sunt, sæviunt in pingues; sed semper, & sæpius, non vno haustu deglutunt; sed sensim, & quotidie masticant, corrodunt, accusant, & comedunt.

812

Murmuratores alsiduc.

Cur *Pulchræ, & crassæ pascebantur in locis palustribus?* Abstinebant à virentibus, & foecundioribus pasquis, vt macie ob ieiunium confectæ visceratione inhumana alerentur. Hoc pabulo saginantur, qui non sancte ieiunant. Reijciunt ea, quibus licite alerentur, vt æmulatione, & devoratione pinguium saginentur.

813

Ieiunantes vitio si.

Cur nemo prohibuit lanienam; nemo laniantes, & devo-

814
Macilentis
vitioli.

Hypocri-
tis.

815
Damnis
incipienti-
bus obstā-
dum.

816
Guberna-
tores spe-
culandi à
Regibus.

817
Cōcordia
fœcunda.

rantes oburgavit; aut submovit? Quia macies reverentiam imponit, & respectum. Squalor venerationem extorquet. Nemo audet macilentos continere. His palliata tegumentis invidentia savire potest impune, & nemine obistente, dum ieiunet à pasquis macies, visceribus exaturatur cæterorum, secunda supplicij, & laudem è strage relaturo.

Cur *expergefactus Pharao*: Quia dormivit dum dilaniarentur. Expergefactus est dum aliæ alias miserrime devoraverunt. Dum in regnis odia grafantur, dum crescunt invidiæ, & insidiarum exurgunt flammæ, dormiunt Principes, & Prætores; tuncque excitantur à somno cum, non repressis insidiarum principijs, accensæ iracundiæ, & malevolentia flammæ populos devorarunt.

Cur *rursum obdormivit*? Somniatas cognovit boum strages, & contempsit. Quod si somniatis bobus, quæ alias devorarunt, excitatus à somno est Pharao, quanto magis à diurno lethargo evigilarent Principes, si vrsos, Prætorum nomine immisos, intuerentur in homines, imo si ab hominibus homines, vrbes, & provincias vorari passim, non somniarent; sed viderent, & palparent. Deglutiuntur à Prætoribus oppida, populiq; exitantur Principes dum monentur; sed rursus obdormiunt, vociferantibus pro eorum devoratione populis.

Cur *septem spica pullulabant in culmo vno*? Quia plenæ erant, atque formosæ; steriles autem sparsim pullulabant. Felicitati enim olerum quoque, & aristarum concordia obstetricatur; & ad plenitudinem, & formositatem omnes recurrunt, & coadunantur.

Vers. VII. DEVORANTES OMNEM PRIORVM pulchritudinem. Evigilans Pharao post quietem,

Vers. VIII. ET FACTO MANE, PAVORE PERTERRITUS, misit ad omnes coniectores Ægypti, cunctosque sapientes: & accersitis narravit somnium, nec erat qui interpretaretur.

VERSIONES.

Sep. *Et septem spica graciles, & à vento corruptæ, devorantur.*

verunt septem illas spicas electas, & plenas: Expergesa-
ctus est autem Pharaon, & erat somnium. Factum est mane, &
turbata est anima eius, & mittens vocavit omnes interpretes
Aegypti, & omnes sapientes eius.

Cald. Et devorabunt spica concussa septem spicas pingues, &
plenas. Et facto mane conturbatus est spiritus eius, & misit,
& vocavit omnes Magistros Aegypti, & omnes sapientes eius.

Pagn. Et deglutierunt spica tenues septem spicas pingues con-
sternatus est spiritus eius.

Arias. Et fuit in diluculo, & contritus est spiritus eius, &
misit, & vocavit omnes Genethliacos Aegypti.

Oleast. Contusus est spiritus eius. Lipp. Depressus.

S. Ambros. Vocavit omnes expositores Aegypti, & non erat in-
dicans Pharaoni.

Heb. Ecce septem spica tenues, & arefacta Euro, oriebantur
post eas.

Cur devorantes tantum priorum pulchritudinem? Quia
mitius ab spicis sciviturum est in spicas, quam à bobus in bo-
yes. Nam vacca vaccas devorarunt omnino. Spica tenues
venustatem tantum pulchrum ademerunt. Non ita crudeli-
ter se gerit, qui externa rapit, quam qui vitam demit.

Sed foedius mihi, improbiusque scivisse videntur spicæ in
æmulas, quam vacca. Hæ siquidem voravere, ut comederent.
Illæ devoravere, ut scivirent. Nam quæ vaccas devorant, fa-
mi prospexisse videri possunt. Vni autem invidiæ consuluisse
putandæ sunt quæ spicas meliores non abstumpserunt; sed de-
florarunt, rapina contentæ pulchritudinis. In stragem aliorum
aguntur plerique, non egestate sua; sed aliena opulentia.
Torquentur, non fame; sed pulchritudine, qua deflorata, vi-
ctores se iactant.

Cur ergo Cald. versio, cui consonat Pag. legit: *Et devo-
raverunt spica concussa septem spicas plenas?* Quia licet pul-
chritudo spicarum tantum devorata sit; ea solum deperdita,
tota spicarum substantia devorata creditur. Nimirum frumē-
ta Christi Præsules sunt, & Cœnobitæ, quibus, si externæ
ædificationis pulchritudo deformatur, si extima sanctimonix
species decrescat, eos scito penitus devoratos, & infamatos.
Quoties enim de Religioso dici non potest: *Iste formosus in*

818
Raptores
minores,

819
Pulchritu
do in visa,

820
Famæ pul
chritudo
tenera.

stola sua. Itai. 63. 1. Ita spernitur, vt nec præesse, ac nec esse quidem putetur.

821
Religiosi imperfecti perfectos insectatur.
Cur languidiores, tum spicæ, tum boves in pulchriores grassantur? Quia semper illi, qui imperfectiores, & minus religiosi sunt, sanctiores insectantur, hosque, & corrodere, & devorare contendunt: pulchritudinem honestæ conversationis, & modestiæ in actionibus exosi. Nota consequenter, vt nunquam meliores, tum spicæ, tum boves heluentur eas, quæ languidiores sunt, & tenuiores.

822
Murmurâtores afflatu nocent.
Cur, aut quomodo spicæ immotæ, terraque radicibus fixæ potuerunt spicas à se disiunctas *deglutire*, vt leg. Pagn. vel *devorare*, vt leg. Cald? Quia non dentibus dilamasse, aut vorasse gutture dicendum est; sed afflatu consumpsisse. Tale mormuratorum venenum est, fere insanabile, qui oris afflatu distantium pulchritudinem obnubilant, & amœnitate deformata, totum quod tetigere halitu penitus corrumpitur, devoratur, & deglutitur.

823
Famæ si pars peccat, omnis perit.
Qua ratione potuere spicæ pertenues omnem deglutire amœnitatem? Vel in incendio pars aliqua manet semiusta. Nulla vrbs ita flammis consumitur, vt vel ruinæ aliquæ non supersint. At hic omnis pulchritudo fertur abortita: *Devorantes omnem pulchritudinem.* Ea famæ natura est, vt si pars eius vituletur, aut affletur, tota intereat. Vt corporis pulchritudo tota intercudit, si nasi, labijque pars minima detruncetur.

824
Tyrones non exponendi periculis.
Cur Hebræ. legit: *Eccæ septem spicas tenues, & arefactæ Euro, oriebantur post eas?* Vt videas eas tenues, & arefactas ab Euro. Sed cur primas, quæ plenæ manebant, & formosæ, non æque afflavit Eurus? Quis ita furentem Eurum circumscript, vt in vno agro alias præflarit spicas, alias non afflavit? Cur primas ante ortas, quas per longius tempus concussit Eurus, non corruptit, tam foede postremis vitatis? Quia prius ortæ, iam adultæ, fortiusque radicatæ, suo succo, corticeque loricate, & robuste potuerunt indemne luctari cum Euro. Posteriores vero spicæ, quadam quasi infantia teneritudine patuere, & cessisse incursum Euri perfurentis. Vt scias molles, & in virtute teneros non facile exponendos insultibus occasionum, & periculorum. Nam animæ nondum radicatæ interitum sibi timeant, vbi fortiores materiam sibi comparant triumphorum.

Cur

Cur spicæ devorantes non augentur, nec grassantur; sed sua adhuc macie, tabeque corrumpuntur: cum Babilonicus lapis, prostrato simulachro, crevierit in montem? Quia sæviere spicæ, vt saginarentur: sæviit lapis in colosum, vt fastû plesteret, & superbiam deturbaret. Spicæ vt aliorum substantia alerentur: Lapis vt scandalum detruderet, & è medio tolleret. Ideo hic crevit in montem; illæ sua rubigine extenuantur. Vt sciant Principes, reorum, non patrimonio; sed supplicio amplificari regna, & imperia augeri, & dilatari.

825
Luititia
Regna
auget.

Scandala.

Cur factò mane pavore perterritus Pharaò? Quia primum somnium despexit. Horruit vel in somnijs multiplicata monstra. Cur repetitis divinæ indignationis supplicijs toties, non in somnijs; sed tibi vigilanti patefactis, non horres, nec times, & repetita crimina exosus, non recipiscis?

826
Supplicia
repetita
terrent.

Pavore perterritus: Quia tales habuit antiquitas impetrantes, quorum ita animi in regnorum curam inclinabant, vt vel somniatis ærumnarum periculis, eorum animi quassarentur. Hoc tempore Dynastæ suarum veras urbium calamitates spectant impavidi, nullo commiserationis sensu erga populos afflictos, & gravatos.

827
Populis
consulendum à Regibus.

Cur non solum perterritus, sed, vt leg. Pag. *Consternatus est spiritus eius*? An in suas ædes insilire è Nilo somniaverat crocodilos? An è cælo distorta fulgura? An è suo capite excussum senserat Diadema? Intacta penitus regia, & Regis iura omnia in tuto. Ominata fames vulgus potius quam Reges præstringit. Quare ergo consternatur in tanta securitate? Quia Regem se sciebat, non tyrannum Ægypti. Suis metuebat; non sibi, magisque consternabatur subditorum incommodis, quam proprijs periculis.

828
Rex populos curet.

Cur misit ad omnes coniectores Ægypti? Quia non per edictum, aut præceptum coniectores accivit; sed nuntijs ad eos, tamquam sapientes veneratus, honorifice vocavit in Regiam. Nec cum de plebe ageretur vno, alterove contentus fuit interprete; sed omnium consilio occurrendum duxit ærumnæ impendenti, minantique civibus.

829
Sapientes
venerandi

Consilium
multorum

Cur misit ad omnes coniectores Ægypti, cunctosque sapientes? Quia fere omnes aberant à regis curia. Illud nota, quod cum domus regia tantis, & pocillatoribus, & pistioribus abū-

830
Sapientia
exul ab
aula.

daret, nullus in ea præsto fuerit sapiens; sed procul disiti per legatos accersendi fuerint interpretes vniuersi. Vna sapientia est, quæ exulat à Regibus, Regulisque. Obtruduntur passim sportulæ Pocillatoribus, sectoribus, Pedisequis, Morionibus, & Parasitis: Sapientibus pernegantur.

831
Confessarij blandi-
nimis non
quærendi.

Cur *misit ad omnes coniectores*: Poterat sibi gratiores, sibi-
que addictos, blanditurosque vocare? Ita poterat; sed cun-
ctos invitavit, nullo personarum, & summo sapientiæ respec-
tu, eos solum, non qui lenocinijs ad eius nutum, gustumve
compositis loquerentur; sed qui sincere veram sive faustam,
sive infelicem auspicationem somniorum ei annunciarent.
I nunc, & confessarium quære, qui blandis te verbis alloqua-
tur, qui peccatis plus blandiatur, quam te reprimat, nec tibi
suæ plicia minetur æterna.

832
Consilium
à multis.

Cur *omnes coniectores*? Quia in re tam gravi non istius
nec alterius exoptulandum consilium. Plures accersendis
consultendi plures. Nullus est, qui adeo sapiens, vt solus valeat
omnium difficultatum nodos extricare, aut solvere. De Iuda
Machabæo sic scribitur 1. Mach. 8. 15. *Quotidie consulebant
trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine.*

833
Informa-
tio genui-
na.

Cur *narravit somnium*? Quia non somnij partem aliam
quidem proposuit, aliam vero reticuit. Non præoccupavit
interpretum effata. Non, quo ipse propenderet, significavit;
nec spebus inflavit, nec promissis inflexit, nec nimis abster-
ruit nuntiaturus. Hac si moderatione vterentur Principes in
disquirendis sententijs sapientum, vtilius, & verius illis nun-
tiaretur eventus. Sed solent suam consiliarijs inclinationem,
affectum, & nutum aperire, quibus facile coniectores se ac-
comodant; vertuntque sensum ad ea, quæ placidiora viden-
tur quærenti.

Peccata, vt
sunt, ape-
rienda.

834
Sapientes
fovendi à
Regibus.

Cur *accersitis*? Quia longe extra urbem habitabant regi-
gis subsidijs ad extraordinaria donati, nam Regum est sa-
pientes consiliarios alere, fovere, & conservare. Nam, vt
ait Gerardus: Principum est sapientes fovere, ingenuas lit-
teras promovere, studiosis quibuscumque se Mæcenates
exhibere.

Cur ergo non apud se, sed extra urbem habebat? Quia
male sapientia nutritur, & adolescit in curijs Regum, vbi
de-

delicijs potius, quam libris incumbitur. Politica humana aliorum actiones observando inter curiales in Palatijs discitur, unde vera sapientia exulat. Sapiens ut veram sapientiam adeptiscatur, & in ea proficiat; recessus quærat; extra tumultum, & confusionem Procerum vivat, ut aptius, & propensius litteris vacet, alienus ab aulicorum distractionibus, visitationibus, & curis.

835
Sapientia
male nu-
trit in
aulis.

Cur sapientes hos *coniectores* vocat? Resdet Abul. A iudicando per coniecturas; quia isti qui somnia interpretantur non sequuntur aliquam certitudinem; sed quasdam præsumptiones leves, nisi forte à Deo interpretationem habeant; & tunc non vocantur coniectores; sed Propheta.

Coniecto
quis.

Cur *non erat qui interpretaretur*? Quia nescit humana sapientia arcana scrutari superna, aut aperire mysteria: *Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum*, clamat Apof. I. Corinth. 3. 19. Sed audi Hamerum: cespitant omnes coniectores, ait, in hoc interpretando somnio, neque apte interpretari poterant; nempe, quod ut divinitus erat immissum, ita etiam divinitus intelligendum erat.

836
Superna
non calat
humana
sapientia.

Sed quid interpretari facilius? Quod non pronum hic, obviumque interpretationi? Attamen *non erat qui interpretaretur*. Nimirum, & aderat Rex, cui calamitas denuncianda erat, & nihil nisi ærumnosum in somnio, & nemo audet infausa Regibus ominari. Si spicæ spicas protulissent; & arma propagarentur in vaccis, nullus coniectorum siluisset, ubi vero male, non bene ominandum erat, siluere omnes. Tanta est, in apertissimis quoque calamitatibus, interpretū assentatio, si præsertim consultationi Princeps interfit. At erravi, addit Oliva, illi siluere, quia ignorabant arcana: nos tacemus amara, non imperitia, sed assentatione.

837
Infausta
Regibus
nemo nū-
tial.

838
Aduatio.

Cur Pharaonon minitatur sapientes, & coniectores, sicut Nabuchus, qui mortem Ariolis interminatus est, nisi somniū enodassent, & anigmata eius dissolvissent? Cur tam negligens Pharaoninterpretationis, cuius fuit tam anxius, cupidusque Nabuchus? Quia splendida sibi obiecta reminiscabatur ut cumque Babilonius: tristitia vero, mœstaque sibi ostensa sciebat Ægyptius. Illi lapis in montem excreverat; huic spicæ meliores à vitiatibus absorptæ. Ad pompam proinde, ne

839
Consulta-
tiones ad
apparientiam.

840
Theologi
ad pompā

putaretur improvidus; vocaverat Pharaon coniectores, à quibus cum nihil nisi infausta expectasset, non egre silentium eorum, & dissimulationem tulit. Videri volumus exquisivisse sententias sapientium, quos tamen tacere malumus, quam docere, ubi funesta denuntiare tantum, si sapiunt, possunt.

841
Theologi
minus re-
cti vitantur

Cur si Ioseph erat in Ægypto, & Daniel in Babilonia, & uterque in regum curia, non vocantur ad sapientium congressum? Pharaon excussari potest, quia Iosephum aut ignorabat, aut eius in enodandis somnijs peritiam non sciebat. At Nabuchus, qui invenit in Daniele *decuplum super cunctos Ariolos*, cur hunc non convocavit? Quia sapiens erat Daniel; sed iustus. Reliqui sapientes erant; sed Caldæi. Placet sapientia; sed in Babilonio. Spernerè, si ita sis sapiens, ut, & sapiens sis, & Israelita. Contemneris si tibi religio adsit, & desit assentatio.

Vers. IX. TVNC DEMVM REMINISCENS PINCERNARUM magister, ait: Confiteor peccatum meum:

Vers. X. IRATVS REX SERVIS SVIS, ME ET MAGISTRUM pistorum recludi iussit in carcerem principis militum:

Vers. XI. VBI VNA NOCTE VTERQVE VIDIMVS somnium prælagam futurorum.

V E R S I O N E S.

SEp. *Peccatum meum recorder hodie. Pharaon fuit iratus pueris suis, & posuit nos in custodia in domo Archimagini, & me, & Principem pistorum, & vidimus somnium ambo in nocte una.*

Cald. *Pharaon iratus est contra seruos suos, & posuit me in custodia domus Principis militum. Vnusquisque iuxta interpretationem somnij sui somniavimus.*

Oleasti. *Peccatum meum hodie recordari facio.*

Pag. *Peccatum meum memoro hodie.*

Onk. *Peccato um meorum ego recorder hodie.*

Cur tunc demum reminiscens Pincerna? At quando? Cum blandiri Regi se posse cognovit. Non recordatur Iosephum quia

quia sui benefactorem, quia iustum, pudicum, & innocentē in vinclis reliquerat, vt tantum virum à longis carceris arūnis erueret; sed vt assentiretur Regi, eique sibi gratiam magis conciliaret; non tam Iosepho, quam sibi, consuluit. Sic S. Ambros. *lib. de of. cap. 7.* Beneficij auctorem oblitus est diu, aliquando tamen, vt Regi provideret interpretem, non quasi gratus; sed quasi callidus intimavit seriem rei gestæ.

842
Assentatio
nes ad Re
ges.

Cur *confiteor peccatum meum*? Peccaverat ingratitude, qui ante in Regem infidelitate peccaverat, peccatum hoc primum, ad secundum allexit, & facilitavit, nam peccatum, peccatum trahit; & scelus scelus advocat. Difficile, qui semel labitur, non relabitur.

843
Peccatum
peccatum
vocat.

Cur *peccatum meum*? Scilicet ingratitude respectu cuius cætera peccata non sunt, aut ad istud rediguntur. Et certe inter antiquos tritum illud abiit: Maledicta cuncta dixeris cum ingratum hominem dixeris, nec est aliud inter homines quod magis indecorum, infameque, & execrandū habeatur.

844
Ingratitudo
pecca-
tū grande.

Quatuor ingratitude genera distinguit Seneca, sunt qui dissimulent beneficium; sunt qui reticeant; sunt qui negent; sunt qui obliviscuntur. Ex his. Sic Seneca concinuit: ingratisimus omnium qui obliviscitur est. Id circo Pocillator peccatum inter omnia suum dicit, quod confitetur tamquam gravissimum. De eo si locutus S. August. *in solilo, cap. 18.* Scio ingratitude multum tibi displicet, quæ est radix totius mali spiritualis, ventus quidam desiccans, & vrens omne bonum, qua, mala iam mortua oriuntur, & viva iam opera moriuntur.

845
Ingratitudo
4 ge-
nera.

Peccatum meum: quod ita magnum, & foedum est, vt ipse dæmon ad illud cooperare nolit. Ad modulamen citharæ David, recedebat dæmon à Saule. Saul à dæmone liberatus tunc nitebatur figere lancea Davidem. Cum aberat dæmon, iras tunc fulminabat suæ ingratitude Saul in David; cum aderat, reprimebatur. Pudebat dæmon ad tantam ingratitude concurrere, aut cooperare.

846
Ingratitudo
dini non
cooperat
dæmon.

Satan, cum Iob de sua iustitia laudaretur à Deo, sic arguebat: *Nunquid Iob frustra timet Deum? Non ne tu vallafti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum... Et possessio eius crevit in terra?* Tamquam impossibile

847
Ingratitudo
in bene-
ficiū impo-
sibile vide-
tur.

ducebat hominem sic à Deo beneficijs auctum, & donatum, tantum ingratitude monstrum prodere.

348 *Tunc reminiscens:* Quia peccatorum omnium obliviscitur facile criminolus, quæ certe præsentia ad detestationem eorum retinere debuerat. Ut David, cum clamabat: *Peccatum meum contra me est semper.* Contra me, me acussans assidue; ante me, ut compungar, & continuo te deprecer: *Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Pf. 50. Arguit locus iste, ait Oleaster, quanta difficultate homines peccatorum suorum memorentur, quod ideo fuerit puto, ne poenarum, quæ peccata comitari solent, recordentur.

349
Confessio
delet cul-
pam.

Cur *confiteor peccatum meum*? Ut tantum ingratitude crimen confitendo deleteret. Hinc S. Hilar. advertit, dicens: Omne spei nostræ præmium in confessione consistit, ut ea quæ consequi posse nos credimus, consecuturos esse credamus. Et V. Beda *epist. 2. S. Ioan. ad cap. 2.* initium iustitiæ tuæ est confessio peccatorum. Capisti non defendere peccatum tuum? Iam inchoasti iustitiam.

350
Magnates
reprimedi

Cur *iratus Rex servis suis*? Quibus servis? Duobus scilicet Principibus. Utinam suis interdum Magnatibus irascerentur Reges. Alij quidem, si quid in pistoria, aut in pateris peccatum esset, minores servos plexissent. Pharaon ijs missis animadvertit in Præfectos. Non in inferioribus castiganda culpa est, cuius est auctor Minister. Frustra mortiferi fructus arboris rami proscinduntur. Impingat securis in truncum. Scelus plebis est, quod Dynastæ fovent, detruncentur isti, sic scelera exsecabuntur.

351
Libertas à
commodo
ministro-
rū oritur.

Cur pocillator, hæc referens, nullam de innocentia Iosephi mentionem fecit, quod illi commendatum fuerat: *Quia hic innocens in lacum missus sum*? Quia sciebat politicus Aulicus, in rebus curiæ Regis eruditus, apud Reges pro exolvendis vinctis, nullum meritum innocentiam esse; sed speratum ex eis sibi commodum. Sciant Ministri proficuum sibi futuram vinctorum libertatem, & statim à catenis solventur; non quia innocentes; sed quia proficui Proceribus. Propterea Pocillator non illum pudicum fuisse asserit; sed interpretem in enodandis somnijs dexterum affirmat. Quod tunc maximi meriti esset apud Regem.

Deinde si Iosephum pudicum, & innocentem publicaret Pocillator, improbitatis, & iniustitiæ, oblique saltem, argueret Putiphar, cuius erat conaulicus, & amicus. Honorant se primores; non mordent. Alter alterius crimina dissimulat, & tegit, & ipsi obtegantur, & dissimulentur.

Quæ continentur vsque ad vers. 14. habentur, & exponuntur cap. antecedenti, cumque nihil superet notandum transitum facio ad vers. 14.

Vers. XIV. PROTINVS AD REGIS IMPERIVM EDV-
ctum de carcere Ioseph totonderunt: ac veste
mutata, obtulerunt ei.

Vers. XV. CVI ILLE AIT: VIDI SOMNIA, NEC EST
qui edisserat: quæ audiui te sapientissime conicere.

Vers. XVI. RESPONDIT IOSEPH: ABSQVE ME
Deus respondebit prospera Pharaoni.

V E R S I O N E S.

SEp. *Mittens autem Pharaon vocavit Ioseph, & eduxerunt eum de custodia, & totonderunt eum, & mutaverunt stolam eius, & venit ad Pharaonem. De te audiui dicentes, quia cum audiveris somnia, interpretaris ea. Sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni.*

Cald. *Fecerunt eum festinanter exire de carcere, & attonsus est, & mutavit vestimenta sua. Audis somnium, & interpretaris illud. Non est sapientia mea; sed à facie Domini respondetur pax Pharaoni.*

Pag. *Currere eum fecerunt è custodia. Alij à Fovea. Præter me Deus respondebit pacem Pharaoni.*

Oleast. *Et transire fecit vestes eius. Dominus respondebit integritatem Pharaoni.*

S. Chriost. *Absque Deo non iudicabitur salutare Pharaoni.*

Symm. *Non ego; sed Deus respondebit pacem Pharaoni.*

Aquila. *Absque me respondebit Deus salutem Pharaoni.*

Cur Protinus educitur de carcere Ioseph? Quia non penitentium victorum crimina, aut accusationis veritas, vel falsitas, ubi incarceratus Regi per necessarius creditur. Placet li-

853
 Libertas,
 non explo-
 rata inno-
 centia, sul-
 ta,

bertas pudicissimi iuvenis; sed modus libertatis non placet. Non enim in mores eius inquisitum est, non crimen examinatum, non declarata, & publicata innocentia illius, qui tamquam gravissimi criminis reus per tres annos catenis vinctus in lacu permansit. Fama proinde vacillat, & in discrimine est illius, qui carcere absolvitur, non patrocínio innocentiae; sed vaticinij. Qui à catenis liberatur non indagata, & prospecta innocentia; sed potentiorum merito, & interpositione.

854
 Accusatio
 falsa scru-
 tanda.

Hinc disces cur David de Iosepho locutus dicat Ps. 104. 18. *Ferrum pertransijt animam eius?* Quomodo ferrum pertransijt eum, qui graciosus Regi è carcere omnino impunitus egressus est? Quia crudelissime vulneratur interius, qui falso accusatus, nulla de eius innocentia inquisitione præmissa, à catenis exolvitur, quin damnum iniustæ accusationis reparatur; nec de eius iustificatione, & innocentia testimonium exhibeatur.

855
 Damnum
 eius repa-
 randum.

Ferrum deinde *pertransijt animam eius*: Quia ob tantum, ac tam enorme crimen vinctus erat à Domino, cui tan fideliter, & accuratè servierat, cuius rem diligenter administrarat, & in tantum auxerat, quin ille scelus de quo accusatus erat scrutaretur. Ingratitudo magna fuit, ob quam, ni corpus, animam eius pertransijt ferrum.

856
 Scelera
 scrutanda

857
 Servitum
 Regibus
 curritur.

Cur Pag. leg. *Currere eum fecerunt?* Id refertur tam ad ministros currentes, quam ad Iosephum, vt statim ante regem sisteret. Nec indecorum fuit Dynastas ad carcerem currere, vt quanto citius solamen Principi adferrent. Diligentissimi sunt Proceres vt regibus blandiantur. Quod notat Oleaster dicens: Talia solent esse Regis ministeria, omnes currunt, & quanto citius faciunt, quæ imperat.

858
 Felici vel
 Proceres
 famulatur

Cur omnes currunt, vt Ioseph exiret de carcere; omnes vincto, & nudo, & extero, & vernæ famulantur, & pompose induunt? Quia crediderunt Ioseph graciosum Regi futurum, cum audiunt, & relatione Pocillatoris, eum sapientem, & dexterum in ennodandis somnijs. Quem suspicantur felicem, & apud Regem benevolam, deque ipso benemeritum, iam ex tunc præoccupant obsequijs, reverentur, & colunt, vt pote illis quandoque profuturum.

Cur Ioseph totonderunt: & *mactata veste?* Quia talia passus

sus est qui præerat vincētis, qualia erunt quæ patiuntur qui subsunt; qui catenis, & compedibus onerantur. Carcere enim anxietur anima: affligitur corpus, extenuatur patientia, elanguescunt vires, prolongatur ad sceditatem mentum; lacerantur vestes, ita vt pauperes, debiles, foedi, nudi, & squalidi egrediantur, cum egredi licet. Hæc ruminant, qui carceratos detinent in catenis, & timeant ne ipsi perpetuis æterni carceris vinculis devinciantur.

859
Carceris
ærumnæ.

Ioseph totonderunt, & mutata veste: Vt squalitas faciei aliquantulum dissimularetur, & coopertis membris, imo, & ornatis, appareret coram Rege; quia sordido, & vili habitu, ait Liran. non erat licitum aulam regiam intrare, quod firmat exemplo Mardocheæ. Ester. 4. 2. Qualiter licebit ad præsentiam supremi Regis ingredi? Eiectus fuit ad tenebras exteriores ingressus ad nuptias sine veste nuptiali. Mat. 22. 11

860
Ornatus
ad Eucha-
ristiam.

Cur obtulerunt ei, idest Regi? Quia Princeps non dignatus est admittere vel Hebræum, cuius suspecta illi religio, nec sprevit servum, & non gratum; sed invisum domino suo, præcelluit his tamen virtus. Divinat? Advocetur. Illi sine distinctione personarum admittebantur ab Ægyptijs, qui apti erant ad subeunda munera.

861
Personarū
acceptio
nulla.

Cur vidi somnium, & non est qui edisserat? Vt videas temperantiam Regis. Qui non sugillat hebetudinem coniectorum, tantum ait Sacramentum eos non affecutos somnij, non tamen eos arguit imperitos, nam vel sapientissimi non nulla ignorant, nec omnia possumus omnes, nec sapientes omnia sciunt, nec ideo ignorantes, aut indocti habendi, quia hoc vel illud dissolvere nescierunt.

862
Murmura-
tio.

Sapientes
nō omnia
sciunt.

Cur audiivi te sapientissime conijcere? Quia laus in Regibus nec profusa esse debet, aut vilis, exigua laus in Regibus magna est. Nec ait: Scio te, sed: *Audiivi te*, ne scientiam exponeret, qua carebat.

862
Laudis à Re-
ge.

Cur absque me Deus respondit prospera Pharaoni? Quia non oblique, nec sero Dei meminit Ioseph; sed statim idololatræ Deum obijcit, nulla aut aulæ reverentia, aut remiſſentia carceris. Vnum de suo in Deum cultu præmium, cui vaticinia tribuenda, non sibi esse confirmat.

864
Fides palā
proſtenda

Cur Ioseph gratias de sua libertate Regi non agit? Quia

Negotia
illico tra-
tanda.
Beneficijs
aliquo nō
debetur
gratitudo.

prima cura fuit suum Deum, & religionem profiteri. Deinde ad negotia, reiectis alijs interlocutionibus, se statim addixit. Item ne videretur Regi adulari. Insuper quia à Rege solutus, non vt solveretur; sed vt Regis somnia enodaret, illumque à curis remitteret. Sunt enim quædam beneficia, quibus nulla debetur gratitudo.

866

Fames vul-
gi ditat
magnates.

Cur *prospera Pharaoni*, si fames ominabatur in somnio? Quia populorum calamitas in Regum iura succedit. Quod enim vulgo fel est, id imperantibus in nectar percolatur. Grafante fame, fiunt à Regibus & principibus institutores, frumenti collectores, qui plurimi grana vendunt populis famelicis, quæ emerint minimi. Hinc destruuntur incolæ, impletur Regum, & potentiorum æraria, vnde calamitas communis in prospera illis convertuntur.

867

Regibus
adverta
abscondun-
tur.

Narravit ergo Pharao, quod viderat, scilicet, somnia quæ exposita manent initio capitis. Id tamen notandum est quod in sua narratione addidit Pharao, non descripta à Mose, scilicet, locutus de vaccis macilentis ait: *Vt nunquam tales in Aegypto viderim*, cuius rei causa est: quia nemini Principum deformitates imperij patent. Bene gesta Regibus nuntiantur; corruptè acta silentio involvuntur. Quid mirum, si regnantium oculi splendidis tantum assueti, ijsque delusi, vt primum incurrerent in boves non pingues, exclament novitate spectaculi: *Ego deformiores non vidi*. Nec has vidisses nisi tuis eas oculis cælum ingessisset.

868

Carcerum
merores
nescit Rex

Hinc patet etiam cur adstaturum Regi *Ioseph totonderūt ac veste mutata obtulerunt*, ne scilicet Rex, quid paterentur in carcere vincti, circumspiceret. Oporteret enim suo squalore, ipsoque pœdore catenarum, ac nuditate presentari Pharaoni adolescentem. At iuvenem à carcere advocatum, tonsum, & clamyde renitentem conspiciens Princeps, credidit; opinor, non disparem convivali cubiculo carcerem, à quo ita lucidi post triennium egrediebantur carcerati.

869

Minatio re-
petita fru-
tificat.

Cur duplici ænigmate Deus eandem rem manifestare voluit? Respondet Philo: Duæ visiones vnum somnium sunt geminatum, non temere; sed vt res fiat credibilior. Resp. Oliva: Dup icavit imagines Deus impendentis ærumnæ, quod nemo vno tonitru excitetur, & nisi terror replicetur, vix

sur-

furgimus. Resdet Pererius: geminatas locutiones vel visiones in scriptura interdum significare celerem rei eventum id est, propinquum, & instantem. Quod firmat dicto Iosephi: *Eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur.* vers. 32. Dicta vsq. ad vers. 32. expuncta sunt alibi. Vide n. 800.

870

Repetitio
celeritatē
signat.

Vers. XXXIII. NVNC ERGO PROVIDEAT REX
virum sapientem, & industrium, & præficiat
terræ Ægypti:

Vers. XXXIV. QVI CONSTITVAT PRÆPOSITOS
per cunctas regiones: & quintam partem fructuum
per septem annos fertilitatis,

Vers. XXXV. QVI IAM NVNC FVTVRI SVNT;
congreget in horrea: & omne frumentum sub Pha-
raonis potestate condatur, serveturque
in vrbibus.

Vers. XXXVI. ET PRÆPARETVR FVTVRÆ SEPTEM
annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum, &
non consumetur terra inopia.

V E R S I O N E S.

SEp. Nunc vero vide hominem prudentem, & intelligentem: & constituat Pharaos locorum Principes super terram, & deponant quintam partem fructuum Ægypti septem annorū abundantie, & congregetur triticum sub manu Pharaonis, & in escā in civitatibus. Et erunt custoditæ in septem annos fami, & non alteret terra in fame.

Cald. Et muniant terram Ægypti in septem annos fertilitatis, & congregent omne frumentum annorum istorum bonorum, & erit servatum pro septem fami, & non consumetur fame populus terræ.

Pagn. Quintam solvere iubeat terram Ægypti in septem annos abundantie. Et erit cibus in depositum pro septem annos fami, qui erunt in terra Ægypti.

Arias. Et quintet in septem saturitatis annis.

Oleas. Erīt cibus ad numerum terræ. Lip. In reconditum terræ.

Cur Nunc ergo? Quasi solatium adhibere cupiens ijs, qui-

871
Remedia
malis ad-
hibenda.

bus infausta ominatus fuerat, & moerore tantæ minantis ærumna temperaret. Sic sapientem simul, & providum se gessit: Sapientem in explicanda mysteria: Providum in adhibendo remedio. Sic Abul. Declaraverat sapientiam suam Ioseph in revelatione veritatum: demonstrat prudentiam suam providendo de remedio.

872
Infortuniū
nō est cui
adeſt re-
medium.

Cur infausta annuntiat, qui ante edixerat: *Deus respon- debit prospera Pharaoni?* Quia ad Prophetam pertinet vera, licet adversa, aperire. Dei est adversis prospera conijcere. Deinde prosperitas dici potest infortunium, cui remedium invenitur. Insuper: Prospera annuntiat, qui de eminente periculo admonet, ut vitetur, & provideatur. Siquidem iacula prævisa minus ferunt.

873
Assentatio
nes fugien-
dæ.

Cur *Provideat Rex virum?* Non ne vir erat in Provincia annona Præfectus? Ita, erat, sed novum præficiendum suadet, cum nota, imo, & iniuria præsentis. Quia expert assentationis Ioseph id profert quod ingenue sentiebat. Nempe sapissime nominari honorarios à Regibus Magistratus, qui secundis regnorum temporibus, sine vlla sollicitudine, labore, aut industria res, & negotia publica agere, & perficere possunt; ineptos sane in adversis, quibus maior est difficultas, improbusque, & assiduus labor, & industria. Applicatio maior impendi debet: Ideo novum creari Præfectum monet, isque *per septem annos fertilitatis.*

874
Guberna-
tores pro
diversitate
temporū.

Cur *virum sapientem, & industrium?* Sapientem, qui se non debere sciat vsurpare, aut invadere communia bona, aut aliorum frangere iura, quod exequetur, si iurium sit inficius: Industrium; quia nulla afferet laboranti Provinciæ opẽ sapientia si iners sit, & hebes. Rideo, ait Oliva, quoties specto imponi vrbibus, & senatui adscribi sapientissimos, eo quod iura, legesque percalleant. Ideo ne præesse Provincijs potest, qui interpretari Iustinianum potest? Lugeo è contrario, tam sæpe indoctissimos coaptari inter Primores, quod ea ludi sunt, versatilesque. Ergo ne separemus in Præsule, quæ Ioseph coniunxit in Satrapa: Industrius, & simul sapiens infuletur.

875
Superior
sapiens, &
industrius

Sapiens so-
lū nō gu-
bernet.

Nec solū
industrius

876
Gubernan-
do nō ap-
tiores No-
biles.

Cur nobilitatem non assignat Præfecturæ? Quia nobiles sæpe nec industrij, nec sapientes sunt. Prodigere potius quã

congregare discunt. Quomodo aliena curabunt, qui sua spargunt? Ideo non nobilis, si ineptus sit, Præficiendus.

Cur non ait: Provideatur vir sapiens, sed: Provideat Rex? Quia nunquam suspicione carent nominati, & electi per Satrapas Ministri, qui communiter assignari solent eligentibus proficui, vel per amicorum suggestiones, aut benevolentia relationem; ne dicam per venditionem iniquam, quin attendatur an illi apti sint, an inepti; an destructuri populos, an conservaturi; an cōsulturi regio arario: an propriū impleturi.

Cur qui constituat Præpositos? Quia à Rege renuntiandus est supremus Præses, isque sapiens, & industrius, qui sapienter sibi similes eligat. Insolescunt enim subpræfecti, si dignitatem suam vni deberent Pharaoni, vixque Proregi subderentur. Prætulit Deus duo luminaria magna vt præessent; sed iniunxit divisionem diei ac noctis. Vt essent signa in tēpora dies, & annos. *Genf. 1. 14.* Creavit Deus aquas; sed aquæ eduxerunt reptile animæ viventis, & volatile super terram.

Deinde: nominati à Satrapis, præcipuè si nobiles sint, cōsanguineorum abundant prole, & affectu consanguinitatis, aptos iudicant, qui inepti omnino sunt. Ideoque, qui præferatur, vt subpræfectos eligat, à Rege eligatur talis, vt nullam habeat propensionem ad carnem, & sanguinem.

Cur constituat quintam partem fructuum? Quia licet Regibus imponere vectigalia, quæ in defensionem regni, vel populorum subsidio impendantur. Sic Oleast. Constat, ait, ex hoc loco Principem posse suis tributa imponere, sed quæ post in eorum vtilitatem impendat.

Cur quinta pars reservari debet, & non potius medietas? Quia non imponenda populis excessiva tributa; sed quæ sufficiant ad sublevandam necessitatem, cum qua mentienda sunt vectigalia, & tanta erat in Ægypto annonæ abundantia, talisque illis septem annis futura, vt quinta pars sufficeret victui populorum in septem annos.

Deinde: computanda sunt omnia, vt minus graventur coloni, vt hic computavit sapienter Ioseph. Nam etiam in sterilitatis tempore adhuc aliquod frumentum, licet exiguum, colligeretur in agris Nilo viciniores; siquidem boves illa

877
Electio
per patro-
nos susce-
pta.

878
Præfectus
submini-
stros eli-
gata.

879
Electores
nō sint cō-
sanguinei.

880
Tributa
excessiva
non impo-
nenda.

881
Vectigalia
cōputanda.

macilentæ in somnijs visæ ad ripam fluminis colligebant vitum. Deinde Potentiores prævisa, & annuntiata fame, sibi copiam maiorem tritici domi reservarent. Insuper tempore famis parcius vivitur, & minori alimento sustentatur. Quibus computatis, quinta pars sufficeret ad populos victu sufficienti conservandos.

882
Prodigi
côprij. mun
tur inedia

Cur talem ærumnam Deus Ægyptijs inducere voluit? Ut qui tanta frumenti, annonæque copia, divitijs, & prosperitate degebant ad vanitatem, & pompam, inedia corriperentur. Sic Salvianus per hæc: Qui cotripimur rebus prosperis, corrigimur adversis; & quos intemperantes pax longa facit, turbatio faciat devotos. Vide Pompaticum prodigum inedia consumi.

Verf. XXXVII. PLACUIT PHARAONI CONSILIVM,
& cunctis ministris eius:

Verf. XXXVIII. LOCUTVS QVE EST AD EOS

Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit?

Verf. XXXIX. DIXIT ERGO AD IOSEPH : QVIA
ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid
sapienterem, & consimilem tui invenire poterò?

V E R S I O N E S.

SEP. Placuit verbum coram Pharaoni, & coram omnibus pueris eius. Dixit Pharaon omnibus pueris suis: Nunquid inveniemus hominem talem, qui habeat spiritum Dei in se? Quando quidem ostendit tibi Deus omnia hæc, non est homo prudentior, & intelligentior te.

Cald. Placuit sermo in oculis Pharaonis, & in oculis servorum suorum. Inveniemus talem virum, in quo spiritus Prophetiæ à facie Dei est. Postquam te scire fecit Deus omnia hæc, non est sapiens, aut similis tui.

883
Favorabilia placet.

Cur placuit Pharaoni consilium: Non interpretatio somnii? Quia hæc adversa; & illud sibi faustum, & in tanta anxietate favorabile. Quilibet, Reges præcipuè, ærumnijs conster-

consternantur: placidis quiescunt, & delectantur.

Deinde: Tam interpretatio, quam consilium sapientiam redolebat iuuenis, hanc in interprete Rex observavit. Si Pharaoni vxor Putipharis fuisset consimilis in æstimatione Iosephi, nec se ipsam adulterio, nec adolescentem infamia violasset. Sed illa sapientiam spreuit Iosephi: faciem adamavit. Vnum Pharaon in Hebræo interprete consilium approbavit, neglecta forma. Vtinam Principes vniuersi prudentiam, & sapientiam attenderent: non elegantiam.

Cur, & *cunctis ministris eius*? Quia tamquam intime amicus suis sublevandis ærumnijs insudabat. Sapientium consilia amplectenda sunt, præcipue si à charis, amica ingenuitate tradantur.

Cunctis ministris eius: Raro, quæ Regibus placent, ministris displicent. Temnerentur, vel sanissima consilia, si Regibus improbarentur. Placuit forte; quia non dum assignato Præfecto, vnusquisque tunc iudicavit se ad tantum munus eligendum, quo abunde dirari posset. Hæc spes, remota sane, consilium approbavit, placuitque ministris.

Cur *Num invenire poterimus talem virum*? Quia ignorabat sane. Magna prorsus gubernantium incuria, qui cum viris indigeant, vt munera obeant, quæ illi non possunt, Nesciunt qui in sua dictione apti, ineptive conscribantur, vt suis iuxta genium, prudentiam, & applicationem muneribus deserviendis applicentur. Hæc proinde cura prima regentium: elenchum post scrutationem efficere subditorum, quos sui regiminis socios constituent. Sunt, ait Oleaster, multi, quibus Deus optimas dotes dedit, quæ Principes non curant, & inhabiles loco eorum subrogant. Quid ergo respondere Ministri? Nihil prorsus, vt animum Regis propensum ad Ioseph intellexerunt; vox nulla, & nullus non modo consensus; sed nec sensus in satrapis. Siluere vniuersi; nec repugnare ausi sunt Pharaoni, ita exterum, & advenam approbare recussarunt, silentio, tamquam gladio bicipiti, quo, nec Regem ledere dissentiendo, & ledere Iosephum, Præfecturæ, ad quam designabatur, non subscribendo.

Cur *talem virum qui spiritu Dei plenus sit*? Quia in aula Pharaonis vox auditur, qualis aliquando non auditur in co-

884

Sapientia
non facies
respicieda

885

Cõsilia ab
amicis.

886

Regi placida
placent
ministris.

887

Ambitio

888

Rex quales
subditos
habeat
indaget.

889

Ambitio
taciturna.

890
Comitia
religioso-
rum.

Electio
recta.

mitijs Religiosorum. Ad regendas sanctorum familias ille proponitur, qui mihi gratosus, qui benevolus, qui me exaltaturus est, qui munera, & officia exelsiora ad me, & ad meos comilitones transferet. Qui favore Equitum, & potentiorum, non iure æquitatis commendatus est, non solum non plenus spiritu Dei; sed spiritum Dei nesciens. Pretiosior sane, & felicior Domus Pharaonum; ubi, non ad ducendos ad perfectionem animos; sed ad regenda temporalia vir inquiritur, qui Dei spiritu plenus sit: Non qui suæ ambitioni consuluit; sed qui Dei abundet charitate, & Dei timore.

891
Præfulatui
qui propo-
nendus.

Qui spiritu Dei plenus sit? Ergo ne, ait Oliva, is à Pharaone præficitur horreis, qui spiritu Dei plenus sit: & proponendus Dioceses à Christianis Principibus, qui plenus est spiritu mundi, & expers penitus divini spiritus? Ergo consulatur sanctius Ægyptiacis horreis, quam aris Christianis? Timeo, & obsecro, ne pauperiores sint Dei spiritu Antistites apud nos, quam apud Ægyptios Promocondi.

892
Gubernatores
stimorati præ-
ferendi.

Cur ad providendam annonam spiritum Dei requirit Pharaeo, cum humana sufficeret industria? Quia vel ad regenda temporalia inepti omnino sunt, imo nocivi, spiritu Dei destituti. Spiritu, & timore Dei expertes plus destruunt, & furantur, quam dirigunt. Ambitioni propriæ, & privatis commodis consulunt; non communi bono; Populos, & domos plus dilapidant, quam extruunt.

893
Spirituales
apti guber-
nando.

Cur Pharaeo non scrutatur, & inquit, quisnam fuerit Ioseph? Sapientem novit, & industrium, spiritu Dei plenum non ergo inquit genus: Non opes indagat: Non versutiam observat. Spiritui Dei detulit Præfecturam.

894
Exteri
exosi.

Cur *Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapienterem, & consimilem tui invenire potero?* Quia representare cupit rationes, & momenta, quibus dignus est Ioseph, ut præferatur. Sed silent omnes: Ioseph ex modestia; Ministri ex invidia. Elingues sunt Aulici, cum vnus advenarum elevari debet: Eloquentes sane, cum exteri vniversi premi debent, & opprimi. Adversantur sane, si dignitas conferatur extero, quamvis Dei spiritu plenus sit.

Cur nulla circa novum Præfectum, inter eos, vel cum
etc-

electo gratulatio? Quia dedignabantur sibi præferri exterum, Hebræum, & servum. Placuit somnij interpretatio: Placuit consilium; prælatum videre ephebum displicuit. Imo, & afflixit, licet consulturus Ægypto sit. Progressus Nehemias, vt reedificaret muros Ierusalem, & portas convultas construeret, audierunt Dinastæ: *Et contristati sunt afflictione magna, quod venisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel.* Esdr. 2.2. 10. dedignantur Satrapæ in suis vrbibus aliquid ab Advena egi, aut gubernari, licet in eorum salutem sit.

Cur Num invenire poterimus talem virum? Cur non viros? Quia cum de annona agitur, populo non consulitur, si per plures gubernetur. Quisque, ne alius plus se ditetur, curat. Ergo, ne quid detrimenti Ægyptus pariat in vnum reclinatur adolescentem cogendi frumenti, erogandique onus. Vno enim felicius vniversa, quam plurimis, administrari consueverunt.

Vers. XXXX. TU ERIS SVPER DOMVM MEAM,
& ad tui oris imperium cunctus populus obediet: Vno tantum regni solio te præcedam.

Vers. XXXXI. DIXITQVE RVRSVS PHARAO AD Ioseph: Ecce, constitui te super vniversam terram Ægypti.

VERSIONES.

Sep. Super os tuum obediet omnis populus meus tantum thronum præcedam tui ego. Ecce constituo te hodie super vniversam terram Ægypti.

Cald. Tu eris præpositus super domum meam; & ad verbum tuum gubernabitur omnis populus meus, tantummodo hoc solio regio ero honorabilior te.

Onk. Iuxta verbum tuum cibabitur omnis populus meus.

Pagn. Ad sermonem tuum armabitur omnis populus meus, tantum solio maior ero te.

Oleast. Et ad os tuum congregabit, seu coniunget se omnis populus.

897
Silentium
Aulicorū.

Cur Tu eris super domum meam? Cur tam cito Iosephū eligit? Quia videns Satrapas recusantes suffragia, rem sensit non æquitate, iudicioque agi; sed in vidia. Ita renuntiando cito Præfectum eorum silentium irrisit, qui certe moliebantur, cunctatione suffragij, vt fabor Regis dilatione frigeret. Porro si Aulicorum silentium molitur innocentia exterminium, quam eorum grassatura sunt conyicia, maledicta, & tela accusationum.

898
Superior
aptus illi-
co eligen-
dus.

Deinde: illico Ioseph in Præfectura constituitur: Nam vt benemeritos noscas, illico eligendi sunt, ne dilatione perturbetur electio. Audi S. Ber. de bono Pastore loquen. sic ait: Nihil in Ecclesia pretiosius bono, vt ilique Pastore; proinde sicubi talis reperiatur, confestim iniiciendæ sunt manus, & totis viribus satagendum, ne, qua vi, ne qua arte malitia, fructuosa præmotio valeat præpediri.

899
Præsentia
Dei.

Cur antequam Iosephum præferat Pharaon inserit: Quia ostendit tibi Deus, omnia qua locutus es? Vt Dei, à quo doctus fuerat, meminerit, ne Præfecturæ elatus vanitate Deum oblitus sapientiam ad gubernandum perderet, & inepte præflet: Ideo sapientissime Rex Iosepho testatur eum à se, ob sapientiam, & Dei spiritum imponi Ægypto, monetque vt eas doctes tueatur, & seruet, quibus Principi placuit, quasi dicat: vna in Deum pietate, & vna sapientia in solium devenisti? In ijs te retinendum scias, illico deturbandum, vbi aut sapientiam, aut Deum neglexeris.

900
Perseverã
tia in bono

Cur Putiphar, videns servum sibi invisum, & iniurium, non exclamat in designatum Præfectum? Virum adeo sapientem, & Dei spiritu instructum, impudicitia coeno maculatum non credidit, & innocentem iudicavit. Sic Deus Iosepho rependit honorem, qui aliter difficile reparari potuisset.

901
Spiritus
Dei purus

902
Ambitio
gubernãdi
nulla in
antiquis.

Cur dixit rursus Pharaon ad Ioseph? Timuit ne Præfecturam detrectaret Ioseph, & mandato Principis resisteret, nec pro sua modestia imperium, & præfidentiam admitteret; ideo semel, & iterum ingeminat, quasi non admissurus quod in resistendo proponeret. Nunc ea imperandi libido est, vt nemo, ad primum regis nutum, imperium non amplectatur; aut non desinat amissum, quod ambitio illum dictabat assecuturum.

Vers.

Verf. XXXII. TVLITQVE ANNVLVM DE MANV
sua, & dedit eum in manu eius: vestivitque eum stola
byssina, & collo torquem auream
circumposuit.

Verf. XXXIII. FECITQVE EVM ASCENDERE SV-
per currum suum secundum, clamante præcone, vt om-
nes coram eum genuflecterent, & Præpositum
esse scirent vniversæ terræ Ægypti.

VERSIONES.

SEp. *Et detrahens Pharao anulum de manu sua, circumpo-
suit illum super manum Ioseph, & induit eum stola byssina,
& composuit torquem auream circa collum eius, clamavit ante
eum præco, & constituit eum super omnem terram Ægypti.*

Cald. *Induit eum vestimentis byssinis, & ascendere fecit in au-
riga sua secunda, & præconisare fecit coram eo: hic est Pater
Regis.*

Pagn. *Et clamabant ante eum Abrech.*

Oleas. *Et posuit in collo eius catenam auream, & clamabant
ante eum benedicam, seu elevatio tua.*

Aquil. *Et clamabant in conspectu eius ad geniculationem.*

Targ. Hierol. *Clamabant vivat Princeps regis, qui est in sa-
pientia, & tener in annis.*

Natab. *Clamabant Pater tener.*

Cur tulit anulum de manu sua, & dedit? Quia signum erat
non solum honoris, & dignitatis; sed auctoritatis, & potesta-
tis, vt quæ cum eo signata ab illo essent, pro Regis mandatis,
& iussis acciperentur ab omnibus. Vñus annulorum antiquis-
simus fuit signandi gratia, vel epistolas, vel mandata, vel edi-
cta, resque pretiosas, quas intactas esse volebant. Alexander
Magnus iam annulis signandi gratia utebatur.

Cur, & collo torquem auream circumdedit? Ne quid defi-
ceret quod Iosephum honorare, & adornare posset. Deinde:
vt simul ornaretur, & ditaretur. Ornatus pompaticus in ege-
no suspectus est. Demum, ait Ruper. *cap. 4. lib. 8.* Pro com-
pedibus, quibus humiliaverunt pedes eius, torquem auream

905
Humiliti
exaltatio.

sufcepit, & pro carceris humilitate super altum sedet imperij
currum.

906
Admini-
stratores
suspecti.

Cur tam cito pompaticè vestitur, ornatur, imo, & dita-
tur Ioseph? Ne, si post, pretioso amictu circundaretur, cre-
derent æmuli, & invidi se ex rapto in administratione super-
indui, qui nudus, & squalidus, & indigus egressus fuerat è car-
cere, & furti accusaretur apud Regem. Quod facile de Ad-
ministratores suspicatur, si præter morem ornentur.

907
Elemofy
narius ve-
stitur, &
ditatur.

Cur in hac somnij interpretatione Ioseph induitur, & or-
natur? Quia tam in somnio; quam in Præfectura moliebatur
inopiam pauperum sublevare, miseramque Ægypti plebem
ab efurie futura eripere. Et tum quis ditior, ornatioque erit,
cum pauperibus consuluerit. De Muliere illa forti dicitur,
Prober. 32. *Byssus, & purpura indumentum eius.* At cur ita
ornata proclamatur, quæ sibi strangulatam vestem fecit? Ni-
mirum: *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit
ad pauperem.* Quid mirum pompaticè vestiretur, cui tanta
fuit egenorum cura.

908
Ætate par-
vus, & mag-
nus sciëntia

Cur Pagninus, & etiam Symmachus, legit: *Et clamabat
ante eum Abrech?* Hæc vox, quæ omiſſa est à Sep. ita à varijs
interpretatur, vt alij velint significare: *Genuſſectite.* Alij: *Pa-
ter Regis.* Alij: *Benedicere.* Alij: *Elevatio tua.* Targ. Hierof.
Sic explicat ſententiã huius loci, & vocis: *Et ecce præconi-
zabant coram Ioseph, & dicebant: Vivat Pater Regis, qui est
Princeps in ſapientia, & tener in annis.* Tum quia Pater regis
proclamari fas est, qui excelleret ſapientia. Tum quia illa ſum-
ma Iosephi laus est, & egregium præconium, quod, qui ita
tener est in annis, fit adultus in ſapientia. Congruit Oleaſt.
ita locutus: *Quaſi vocarent eum patrem tenerum: patrem
quidem propter ſapientiam; tenerum autem propter iu-
ventutem.*

909
Puer ſa-
piens com-
mendatur.

Cur Annulum ab alio Pharao non detraxit; ſed tulit de
manu ſua? Quia ante Iosephum nullus Prorex Ægyptijs præ-
erat, ita ſine dominantibus gubernabantur Ægyptij. Nunc
in quaque regione ſuus Regulus est, qui non modo annulum
circumferat Principis; ſed dexteram circummagat.

910
Prætores
Regibus
actiores,

Vers.

Vers. XXXXIV. DIXIT QVOQVE REX AD IOSEPH;
Ego sum Pharao: Absque tuo imperio nemo movebit
quisquam manum aut pedem in omni
terra Ægypti.

Vers. XXXXV. VERTITQVE NOMEN EIVS, ET
vocavit eum lingua Ægyptiaca, salvatorem mundi.
Deditque illi vxorem Aseneth filiam Putipha-
re Sacerdotis Heliopoleos. Egressus
est itaque Ioseph ad terram
Ægypti.

VERSIONES.

SEp. *Ego Pharao, sine me non levabit quisquam manum suã
super omnem terram Ægypti.* Sic Arias, & Pagn. *Et vocavit Ioseph Psomtomphanech, & dedit ei Aseneth filiam Putiphare.*

Pagn. *Vocavit Pharao nomen Ioseph Saphuath Pabaneach.*

Targ. Hier. *Vocavit eum virum, cui abscondita sunt revelata.*

Rabb. Sal. *Expositorem absconditorum.*

Alij teste Vatab. *Absconditorum interpretem, & egressa est fama Ioseph per totam Ægyptum.*

Cur ego sum Pharao? Quasi dicat: Tu Præfectus, sed ego Rex. Tu præeris Ægyptijs: sed ego tibi. Tu Præficieris; sed ego regnabo. Præmittit enim potestati subiectionem. Porro ita utebatur Præfectis Pharao, vt præsiderent; non regnarêt. Nunc ita potestate vtuntur Primores, vt plus Reges quam Præfecti videantur. Reprimatur, quæso, hæc Regulorum despotica dominatio, ne dicam tyrannidem. Nihil à Præfectis metuendum, vbi ab his metuitur Rex.

*Ego sum Pharao: Scilicet, ego, & tu, quasi duo lumina-
ria magna in sphaera Ægypti collocata, præsidemus, Sol ego:
Tu Luna luminare minus. Splendore te ditabo; ita vt splen-
dorem mutuatum, sine invidia inferioribus communices. At
sunt Magnates, qui in imperio non Luna fiunt; sed nubes,
eæque nimbosæ. Luna raro nobis Solem intercipit, nubes
semper. Luna fulgorem missum à sole terræ defundit. At nu-
bes*

911

Rex regat

Guberna-
tores des-
potici.

912

Guberna-
tores qui
nubes sunt

bes ita surripit Solem, vt ipsa quidem illustretur, & nobis nigrescat, nulla aut exigua communicatione fulgoris.

Cur *absque tuo imperio nemo movebit manum aut pedem?*

913
Consilium
captandū.

Quia iniuncturus erat Phraeo suis, vt nihil molirentur sine consilio, consultatione ve Iosephi, quem noverat iustū, sapiētem, & industriū. Consilium quidem sanū, & prudens est nihil decerni sine sapientum consilio. Admonentur hic populi, ait Oleaster, nihil facere sine consilio sapientum.

914
Lex in om-
nibus ser-
vanda.

Nemo movebit manum, aut pedem: Quia omnes, & in omnibus obedient. Quid refert si manum cohibeas, & pes rebellet. Si Proceres contineas, & debacchetur vulgus; si manum abstineas à rapina, & pes moveatur ad impudicitiam, si superbiam frānes, & ambitionem amplectaris. Manus, & pes reprimendus est, vt in omnibus, & per omnia lex adimpleatur.

915
Nomina
iuxta pro-
prietates
rerum.

Cur *Vertit nomen eius?* Quia mutavit in aliud, quod gesta, dignitatem, & munus, quo honorabatur Ioseph, proprius exprimeret. Nomina enim imponenda sunt iuxta proprietates, & naturam rerum, quas significant. Ne de honorifico nomine glories, si vilibus factis insolefcis.

916
Elemosy-
narij insig-
ne nomen

Cur *Salvatorem mundi*, vocare Iosephum Phraeo decernit? Vt qui populum Ægypti à famis clade liberarit, & egenis per providentiam consulisset, nomen sortiretur, quo Christus Iesus insignitur. Quod non sine supremo numine evenit. Sic Frideric. Nauf. *Serm. de Circumcis.* Cacodemon, ait, nequit pari sanctorum nomina, quæ conmittitur mutare, sicut fecit Ioseph, cui curavit fieri nomen somniator, quod deinde, Deo ordinante, mutatum in nomen, quo præfiguravit Christum Iesum.

917
Stipendiū
pro favendis
egenis
non recipi-
endum.

Deinde: Tanto insignitus honore, ita populis consuluit, vt collectis frumentis proprios, exterosque aluerit, quin legatur granū tritici sibi reservasse, nec propter continuum laborem sibi aliquid rependisse; sed *in manipulos redactę segetes congregatae sunt in horrea Ægypti.* Vers. 47. Quia sine pretio, aut stipendio in iuvandis proximis impendit sollicitudinem, & applicationem laboris, & curæ, hic certe dignus efficitur, vt imponatur nomen quo insignitur Christus Iesus.

En cur societati nostræ Iesu nomen imponitur. Iesuitæ omnes hoc vnum impense munus exercent, salutis proximorū incumbunt, nullis detenti laboribus, terræ, marisque periculis, quin pro tam assiduis pensis, & charitatis officijs vllum postulent, aut admittant stipendium, aut possint admittere. Quid mirum Sacratissimo Iesu nomine honorentur.

918
Iesu nomē
societati
iūstitum.

Cur *Salvatorem mundi* nominat, si vni tantum præficitur Ægypto? Mos imperantium is est, vt cum brevem mundi adepti sint partem, totum mundum dominari videantur. Item licet eorum imperium terminis circumscribatur, totum esse mundum præsumunt, & reliquas regiones, quasi quid inane, & vacuum existimant, si cum sua regione conferantur.

916
Mundus
totus vide
tur terra
domina
tionis.

Salvatorem mundi: Vt cum talem exteri, & longinqui appellationem audirent, noscent hominem apud Ægyptios degere, cuius, si illi consilio, industria, & sapientia vterentur, a suis liberarentur ærumnijs. Optaret Pharaos, vt eadem omnes qua ipse, fruerentur providentia, & potirentur fortuna. Et Iosephi consilia communicarentur cum mundi regionibus vniversis, nec intra vnam Ægyptum tanta sapientia, & providentia concluderetur.

920
Bona com
municada.

Cur Alij legunt: *Absconditorum interpretem*, seu, *cui abscondita sunt revelata*, seu: *qui novit occulta*? Quia, cui Deus ita colloquitur, vt arcana manifestet, quid sonat quasi supremum, & divinum, signumque demonstrat singularis amicitie cum Deo. Dignus hic proinde vt salvatoris mundi nomine decoretur.

921
Revelatio
Dei.

Cur *dedit illi uxorem*? Vincentius Bellova *lib. 1. Spec. histor.* ait: Connubium nobilis virginis Sacerdotis filiæ recusasse, & ab eius colloquio abstinuisse, eo quod gentiliū Deos coleret, & demum accepisse eam, postquam vnum verum cœli, terræque creatorem, eiusque fidem professus est, repudiato inanium Deorum cultu.

922
Connubia
viranda in
fidelium.

Cur Pharaos festinat dare uxorem Iosepho? Quia sciebat frequenter cœlibatum, & Præfecturam coire non posse. Nō enim pudicitia in cœlibe regnat, si regnet; sed servit libidinosis obnoxia monstris. Ne igitur Iosephi pudor serviret in corona, qui in catena regnaverat, uxorem illi Pharaos adiungit; ne, si nullius fuisset vxoris vir, omnium fieret.

923
Guberna
tores vxo
rati sunt.

924
Virtuti cui
vis suam
præmium
erit.

Cur tot donis, honoribus, & muneribus ditatur Ioseph?
Ut singulis eius virtutibus, & actis sua responderent præmia,
integramque remunerationem. Pro fratrum odio, gratiam
Regis, & Principum adeptus est; pro exilio, exaltationem:
pro labore manuum in servitute, annulum: Pro pallio ab
adultera substracto, stolam byssinam; pro compedibus, &
catenis, torquem auream; pro administratione victorum,
primus minister efficitur: pro carceris humilitate, super re-
gium sedet currum; pro eo quod contemptui est habitus,
genuflexione honoratur: pro nomine servili, accipit magni-
ficum, & sacrum: pro contempta voluptate, vxorem nobilem
adepiscitur. Sic nobis Deus in die Iudicij pro singulis nostris
meritis, & actionibus singulares honores, & præmia repen-
det. Hæc fere omnia Rupertus *lib. 8. cap. 40.* quæ mille ante
annos Philo reliquit scripta.

925
Iniuriæ re-
paranda.

Cur *Filiam Putipharis Sacerdotis Heliopoleos*? Quæritur
hic: an iste Putiphar fuerit ipse, qui Iosephum emit in servū,
& propter querimonias vxoris incarceravit? Hebræi, quos
sequuntur S. Hieron. Rupertus, & Tostatus, asserunt esse
eundem, qui fuit Dominus Iosephi, qui post in Sacerdotium
Heliopoleos, seu civitatis solis, euectus est, & voluit iniuriã
factam Iosepho, tradendo illi in vxorem filiam, reparare.

926
Putiphar
socer Ioseph
quis
fuerit,

S. Chrisost. cum alijs aperte affirmat esse diversum. Sic
enim ait: Ut Rex accumulet honorem Ioseph, dat ei filiam
Petephere in vxorem. Deinde quia eiusdem nominis erat iste
cum eo, qui fuerat Dominus Ioseph, adiecit illud: *Sacerdotis
Heliopoleos*. Ita S. Chrisost. & August. Neutra tamen repro-
batur, cum contraria ex testimonio scripturæ non constet.

927
Prælati vi-
sitent Dic-
cesim.

Cur *egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti*? Quia la-
bores Præfecturæ vxoris illecebris antetulit. Nam Iustrare
statim regiones Ægypti tam proximas, quam disitas, cepit.
Magno sane documento docuit Ioseph Præfectos: Cariorè,
scilicet, ipsa sponsa debere esse curam destinatæ Provinciæ.
Quod si prima esse debet Proconsulis cura, nuptiarum non
abdicatis; sed ne delibatis quidem illecebris, quam ij putan-
di desides, & inertes Prælati sunt, quos nec post decennium
pagus ullus, vllaque vrbs vidit, sibi desponsatæ, commissæque
Dioceseos? Ioseph vxorem duxit; sed eam nec vidisse quidè
fer-

fertur, cum statim regiones Ægypti lustrasse describitur.

Cur non ipse accepit; sed Pharaon dedit ei uxorem? Ut non suo ductu, aut electione; sed eius consilio aquo honoratus erat, & tamquam Patrem venerabatur, coniungeretur. Præstat connubium inire, vel ex consilio parentum, vel eorum, quorum nota nobis est vera benevolentia; necessitudo, & amicitia.

928

Uxor ex consilio ducenda.

Vers. XXXXVI. (TRIGINTA AVTEM ANNORVM erat quando stetit in conspectu Regis Pharaonis)

& circūvit omnes regiones Ægypti.

Vers. XXXXVII. VENITQVE FERTILITAS SEPTEM annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti.

Vers. XXXXVIII. OMNIS ETIAM FRVGVM ABVNDANTIA in singulis vrbibus condita est.

Vers. XXXXIX. TANTAQVE FVIT ABVNDANTIA tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.

V E R S I O N E S.

Sep. Exijt autem à facie Pharaonis, & peragravit omnem terram Ægypti. Et fecit annis abundantia manipulos, & congregavit Escas septem annorum, in quibus fuit abundantia in terra Ægypti. Et posuit escas in civitatibus. Et congregavit Ioseph frumentum sicut arenam maris, multum valde, donec non potuit numerari.

Cald. Et transiit dominans in universam terram Ægypti, congregaverunt habitatores terræ frumentum in horreis in septem annis fertilitatis, & congregavit omne frumentum annorum septem, quod fuit in terra Ægypti. Et posuit in vrbibus, quæ incircuitu eius erant.

Pagn. Et Ioseph trigenarius quando stetit coram Pharaon Rege Ægypti, & egressus est, & transiit per omnem terram Ægypti. Posuit cibum in vrbibus, cibum agri civitatis, quæ erant in circuitu.

Alij teste Lip. Et protulit terra in septem annis fertilitatis ad comedendum.

Cur

929
Labores
multiplicati
ter compen
santur.

Cur Triginta annorum erat Ioseph? Vt sciamus 14. annos passum fuisse labores persecutiones, & duram servitutum, 16. anno erat, cum fratres, post intentatam mortem, venderunt Ioseph, quos Dominus compensavit multiplicatis felicitatibus, quibus per 80. annos quiete, & placide frui usque ad mortem potuit. Sic labores istius mortalitatis breves sunt, ut Apost. ad Corin. 4. 17. *Momentaneum, & leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis.* Expenditur deinde iuvenilis Iosephi aetas, ut inde inferatur quantus fuerit in adulta aetate, qui tantus fuerat, tantumque profecerit in puerili. Ne temere putemus ait S. Chrisof. assignatum esse numerum annorum Ioseph; sed hinc discamus negligenti virtutem nullam esse excusationem. Ita S. Chris. Nulla est excusatio adolescenti nolenti, & repugnanti virtutem amplecti.

930
Pueritia
ominatur
senectutem.

931
Visitatio
praesidis
foecundat.

Cur circumivit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas? Quia duo ista iunguntur Lustratio Praefecti, & fertilitas Regni. Ut moneamur felicitatem pendere Regnorum ab imperantium praesentia. Et sane nulla Provincia squaleret, si imperantium oculis foecundaretur. Debent enim Gubernatores, ait Oleast. visitare suis oculis, quae sibi commissa sunt.

932
Visitatio
ad providendū
nō ad recreandum.

Cur circumivit omnes regiones Aegypti? Quia non ad diversionem, aut ad captandas oblectationes egressus est; nec in magnis, & deliciosis urbibus, recreationis causa, detinebatur; sed functo suo Praefecturae officio, signatoque locali Praeposito, villulas, & pagos aequa sollicitudine invisit. Visitatores hic advoco, qui plus suas delicias visitando inquirunt, quam populos speculari, & colonis consulere. In urbibus demorantur, subrogatos ad oppida mittunt, qui populos dilanient, non invisant.

933
Visitatores
sumptus
vitent.

Cur non dicitur, quae pompa incesse; quo apparatu exceptus sit; quae munera extorserit hic Praefectus soli Regi secundus? Quia nulla pompa fuit: apparatus nullus; nullo locis permisso in suo ingressu sumptus; quia lustravit Aegyptum, non ad ostentationem potentiae; sed ad utilitatem populorum.

934
Bonū com
mune pra
ferendum.

Cur nulla vel domus, vel recentis sponsae cura adest, nec adesse dicitur? Quia prima, & praecipua Praesidis esse debet, quaerere, & emolumenta communia privatis praeferre.

Sic S. Leo *Serm. 4. de quat. temp.* Publica præferenda sunt proprijs, & ibi intelligenda est præcipua ratio vtilitatis, vbi vigilat cura communis.

Cur in manipulos redactæ segetes congregatae sunt? Quia providus Ioseph, non solum colligere; sed conservare studuit, ideoque in manipulis, vbi felicius servarentur frumenta, congregavit in horrea. Sic locutus Philo: Eas segetes cæseo cum suis manipulis condendas, nec trituras, nec purgatas, ne citius visentur nudatæ subtegmine.

Deinde: ne irrationalibus deficeret cibus. Ita provida fuit fructuum reservatio, & conservatio, vt omnibus annonæ suppeteret, rationalia curans, nec irrationalium oblitus. Memor sane quod Deus etiam corvis alimentum providerit, vt ait S. Luc. 12. 24. Sic sentit Philo per hæc: Manipuli servantur, vt, & iumentis condatur pabulum, quibus aristæ, paleæque purgamenta frugum proderunt.

Cur in singulis orbibus condita est? Vt vna alijs non indigeret, nam si vna alimento careret, magno pretio, vt assoleret in tempore famis, ab abundantioribus emeret. Solent civitates, ait Olear. aliquando aliarum cibum comedere, & aliæ abundant, & quæ protulit fame perit, quare consultum esset, vt vna quæque vrbs, quæ suum esset comederet, & alias de superfluo aletet.

Cur tanta fuit abundantia tritici vt arenæ maris cœquaretur? Cur non comparatur cum arborum folijs, aut fluminum guttis; sed cum arenâ maris. Et quidem absona videtur arena, & tritici comparatio. Nihil illa sterilius: hoc nihil vberius? Ideo collatam credô arenæ vbertatem, vt sciamus copiâ omnem, vbertatemque mortalium proximam esse quati fluctibus, & obrui tempestatibus. Vt oceani rabies arenam asidue obtundit, vt vix respiret à procellis: Ita exagitur calamitatibus prosperitas, ab invidentiâ, ab oppressione, à calumnijs, à suspicionibus, seu potentiorum, seu æqualium.

Vers. L. NATI SVNT AVTEM IOSEPH FILII DVO

antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth

filia Putipharis Sacerdotis Heliopoleos.

Tom. 6.

P.

Vers.

935
Conservatio rerum

936
Irrationalibus providendâ.

937
Providentiâ privata

938
Fortuna omnis persecutioni pater.

Vers. LI. VOCAVIT NOMEN PRIMOGENITI, MANASSES, DICENS: OBLIVISCI ME FECIT DEUS OMNIUM LABORUM MEORUM, & DOMUS PATRIS MEI.

Vers. LII. NOMEN QVOQVE SECUNDI APPELLAVIT EPHRAIM, DICENS: CRESCERE ME FECIT DEUS IN TERRA PAUPER-TATIS MEÆ.

V E R S I O N E S.

S Ep. *Ante quam venirent septem anni famis. Omnium laborum meorum, & omnium Patris mei. Quia crescere me fecit Deus in terra humilitatis meæ.*

ald. *Oblivisci me fecit Deus omnis laboris mei, & omnis domus patris mei... In terra subiectionis meæ.*

Pagn. *Quia crescere me fecit Deus in terra afflictionis meæ.*

Cur nati duo filij antequam veniret fames? Quasi diceret, ait Abul. quod in tempore famis non vacavit multiplicationi posteritatis; quia in tempore communis tribulationis omnes à gignendo abstinere debent. Quod factum est in arca Noe, quia nullum animal ibi genuit, eo quod esset mundi magna tribulatio.

939
Famis tem-
pore deli-
ciji absti-
mendum.

940
Abundan-
tia luxu-
rians.

941
Obligatio
propria
prima.

942
Gratitudi-
nis motivi
præsens sit

Antequam veniret fames: Quia Proles iungitur copix, eo quod vbertas nunquam ab illecebra seiungatur. Vbi saturitas, & abundantia, ibi debacchatur; triumphat ibi luxuria. Et quamvis licite Ioseph tamen in amplexus coniugis ruit dum tritico arcæ redundarent.

Cur antequam veniret fames? Ut delicias Ioseph pudicitia non caruisse, & temperantia, noscamus. Nam cum annos non minus septem expleverit abundantia, quo ille tempore filios tantum duos suscepit, testatus profecto est, plus se Præfecturæ studuisse, quam proli, & curulem diuturnius sedisse quam Thorum.

Cur vocavit nomen primi Manasses, idest, oblivio? Ut tali nomine præsentem haberet oblivionem præteritorum laborum. Attende, ait S. Chrisof. hic, viri religionem, & pietatem, quoniam vocabulo filij memoriam omnium indidit, ut perpetuo gratias ageret.

Cur omnium laborum meorum, & domus Patris mei? Quia
 vt filij prolem suscipiunt, in huius ita curam incumbunt, vt
 vel parentem obliviscantur. Nullus respectus: memoria nulla
 in filijs, si his filij nascantur. Solent homines, ait Oleaster,
 postquam filios habent, nec curare parentes, nec patriam. 943
 Filij parē-
 tum obli-
 ti, si filios sus-
 cipians.

Cur omnium laborum? Vt veram noscas mansuetudinem;
 noluit enim iniurias, nominare; sed verbo abstinet, quo ira
 accendi potest: nuditatem, venditionem, accusationem, ci-
 sternam, & carcerem alienissimo ab indignatione verbo cō-
 plexus, labores dixit; non iniurias. Et re vera oblitus erat
 contumelias; quas ne nomine suo compellare sciebat. Is est
 charitatis candor, vt contumelias, & iniurias, labores dicat;
 quasi à Deo ad patientiam inductos. 944
 Iniuriarū
 oblitio.

Cur tantum Patris mei; non fratrum oblivisci dicitur?
 Quia Patris meminit, cui amorem debebat; non fratrum,
 quos norat in se grassatos. Adeo ea retinebat in animo, qui-
 bus ad amorem suscitabatur; ea ex animo truserat, quibus ad
 ultionem excitaretur: Pronior sane ad amorem, & charita-
 tem, quam ad odium, & ultionem. 945
 Beneficio.
 rū memo-
 ria, non in-
 iuriarum.

Cur Ioseph non dicitur immemor laborum, & domus
 patris cum Præfectus renunciatur Ægypti, & regio curru se-
 det; sed cum nascitur filius? Quia pluris, magisque gratula-
 batur, quod Dei populus augebatur, quam quod ipse inter
 Ægyptios celebraretur, & coleretur. A me Deus colebatur,
 aiebat Ioseph, seu compedito, seu coronato. At domi meæ
 nato filio, duo erunt Divinitati adoratores, Manasses, & Ioseph.
 Felicior proinde sum cunis hæredis mei, quam curru
 honoris mei. Tunc ergo laborum obliviscor, cum commili-
 tionem nactus sum pietatis in Deum. 947
 Religionis
 zelus.

Cur nomen secundi appellavit Ephraim, & illico: Crescere
 me fecit? Quia Ephraim interpretatur crescens, seu fructifi-
 cans, & tunc se crescere iudicavit, cum filium accepit fru-
 ctificantem. Nullum incrementum, aut honorem familiæ,
 vel parentibus adfert filius iners, hebes, & infructuosus.
 Ideo curandum, vt ita instruantur, & applicentur, vt in
 virtutibus, & bonis operibus proficientes fructificent. 948
 Filius iners
 inhonorat.

Cur crescere me fecit Deus? Non crevisti cum indutum
 regia stola te Pharaon Præfectum totius Ægypti consti-
 tuit? 949
 Dei dona
 ditant.

tuit? Cum torquem imposuit? Cum sedere te fecit in regium currum? Cum soli Regi esses secundus? Nimirum minime se crevisse putavit, nisi à Deo ditetur.

950

Liberas
magni fit

Cur in terra paupertatis meae? Nonne opulentissimus debebat Ioseph toti Regno Praefectus? Ira; sed tantas inter opes visa est Adolescenti terra paupertatis, quod libertate careret, qui imperio non carebat. Ergo si libertate careas, etsi Regno praesidis, & primus à Rege sis, pauperrimus mortalium es.

951

Fides ditat

In terra paupertatis meae: Quia nullum Dei cultum cernebat in Ægypto, sine quo, omnis copia inopia est. Quod si religionis improbitate visa est Ægyptus imperanti Iudaeo terra, non opulentiae; sed egestatis, quomodo se tam beatos putant, seu Monachi in aula, ubi vix vllus Dei cultus; seu Ecclesiae filij in regionibus incircumcissorum? Iosephus imperium dedignatur, ubi deerat fides, & inopiam credidit, imperare Idololatris.

Vers. LIII. IGITUR TRANSACTIS SEPTEM VBER-
tatis annis, qui fuerant in Ægypto.

Vers. LIV. COEPERVNT VENIRE SEPTIM ANNI
inopiae; quos praedixerat Ioseph: Et in vniverso orbe
fames prevaluit, in cuncta autem terra
Ægypti panis erat.

Vers. LV. QVA ESURIENTE, CLAMAVIT POPV-
lus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille
respondit: Iste ad Ioseph: Et quidquid ipse
vobis dixerit, facite.

VERSIONES.

Sep. *Transferunt autem septem anni abundantiae, Esurivit
omnis terra Ægypti, clamavit autem populus ad Phara-*
nem pro panibus.

Cald. Et completi sunt septem anni saturitatis.

*Pag. Et ceperunt venire septem anni famis, quemadmodum
dixit Ioseph, & fuit fames in omnibus terris, & in omni
terra Ægypti erat panis.*

Alij: In uniuersa terra Ægypti fames erat, vel defecerat panis.

Cur in ijs septem fertilitatis annis tria tantum dicitur egisse Ioseph, nempe Ægyptum lustravit; annonam urbibus intulit: Duos liberos suscepit; non orasse fertur, non ieiunasse, non filios dicitur circumcidisse? Ergo ne, ita Iosephum nova dignitas consopivit? Nimirum imperantis ieiunium, & contemplatio sunt, præesse populis, & suo benefungi munere. Et illa memorat Moses de Præfecto, quæ seruari à Præfectis debent: Ara enim Proregis est Thronus; & victima præstantissima expeditæ populorum causæ. Satis imperantes litant, si vrbes lustrant, & horrea complent.

952
Obligatio
implera
sacrificiū
est.

Nisi forte mavis dicere, ita Iosephum à Moyfi describi imperantem, vti esse consuevère qui imperant. Nam ita, nõ raro, absorbentur à Magistratu qui præsumt, vt vrbes tantū, horreaque meditentur, à suo corde extorres, cœlique, si nõ transfugæ, mole certe negotiorum immemores.

953
Gubernan-
tis victimæ

Sed quis putet in suo conclavi non sæpe orasse Iosephū? Quis filios ab eo non existimet circumcisos, quos ambos à congestis in se beneficijs Dei denominavit? Præstitit sane omnia Ioseph, quæ verum Israelitam Abrahami pronepotē decuerunt. Sed in regione idololatra aras publice ludibrio gentium expositas instruere non duxit. Quare prudenti fuit, inuisis populo altaribus tantisper dissimulatis, quidquid ad religionem, & veri Dei cultum pertineret, complere.

954
Gubernatio
distrahit à Deo.

Cur Ægyptus laborat frumenti inopia, vbi irrigatio Nili, soli fertilitas, & aeris temperies ad vbertatem conciliantur? Resdet Oleaster: Licet in Ægypto rara sit fames, & magna frumenti copia, audis hic famem ad septenium passam; quia, nisi Dominus suam dederit agris benedictionem, nihil valet humana industria.

955
Cultus pri-
vatus sit,
inter infi-
dos.

Cur in cuncta autem terra Ægypti panis erat. Qua esuriente? Si suppetit panis, quomodo famefcit? Quia nascitur annonæ caritas è copia, & pariunt frumenta egestatem. Nam præ copia, plebs defes facta triticum projicit, quod à foeneratoribus ereptum in nundinas ferales reservatur. Ij autem institores pannosi erant, & ignobiles, iam vero potentiores, & Dynastæ sæviunt in vulgus, frumenta, cum abundant, vili emunt; vt maximi vendant, vt populus tanti impotens, fame

957
Fœcunditas
agri à
Deo.

958
Monipodia.

pereat in abundantia. Ita ut fames sit, ubi panis.

959
Rex provi-
deat subdi-
tis.

Cur clamavit populus ad Pharaonem? Quia Reges tunc providebant populis annonam, & eos in miserijs sublevabant. Nunc vectigalibus obruunt, & vel in tempore famis ab ipsis frumentum eripitur esurientibus, ut Rex, & Magistratus, imo, & gregarij milites, alijque potentes laute saginentur, ne esuriam sentiant, pereuntibus fame colonis.

960
Populi au-
diendi à
Regibus.

Cur ite ad Ioseph? Quia humanus Pharaon clamantem populum non repræsit, non arguit, aut increpat; sed audit, & respondit, & misit ad eum, qui posset eorum inedia consulere. Pro seditione is nunc clamor haberetur sententia capitis plectendus. Tunc populi audiebantur, etiam vociferantes, & postulantes, eosque auditos Reges solabantur. Videant qui præesse volunt, ait Forerius, oportet eos imitari Medicos, & Chirurgos, ut morbis, & vulneribus republicæ mederi sciant.

961
Fames len-
ta mors.

Cur tantus ausus in populo, ut c'amaret ad Regem? Resp. S. Basil. *hom. 8.* Quia humanarum calamitatum caput est fames, duriolem afferens finem; nam cætera mortis genera brevi homines conficiunt, brevique torquent; at fames diuturnius malum, lenter torquet; sensim occidit. Ita ille. Quasi quæ diuturnius cruciant, duriora, & intolerabilia censeantur. Væ tormentis æternis addictis. *Melius fuit* ait Ierem. 4. *occisis gladio, quam interfectis fame.*

Rex mini-
stros ha-
beat sapiē-
tes.

Ite ad Ioseph: Quia illi negotium provisionis commiserat, quem ad ministerium aptiorem cognoverat, ut quæ per se non poterat, per sapientem, & industrium Ministrum exqueretur. Optime sibi consulit Princeps, ait Oleaster, cum distribuere nescit, constituere, qui hoc scit facere, & ei negotia committere, qui facile ea scit.

962
Ministri
Regum
gnales.

Cur sedatur clamor populi, cum illi dicitur: *ite ad Ioseph?* Quia virum æquum, iustum, sibi que consulentem noverat; qui sceminas nesciret, qui Regnum lustravit, qui sibi nihil appropriaverit, qui omnia Provincijs comparaverit, qui nullos è suis, aut ditaverit, aut accerserit in Ægyptum, qui Præfecturæ nullum acciverit socium tyrannum, qui denique horrea reservaverit, non tam sibi, ac suis, aut Potentioribus; sed æquitate omnibus consuluerit.

Ite ad Ioseph : Quasi diceret : Ite ad eum, quem Salvatorem mundi constitui. Vox hæc non Pharaonis ; Patris æterni vox est, quem cum oramus, & panem nostrum quotidianum petimus, ad eum nos mittit, quem misit, ut nos salvaret, & cui omnia posuit Pater in manus, & cuius interpositione, & nomine omnia nobis bona dare promisit. Ite ad Salvatorem mundi, qui non solum corpora alimento satiabit ; sed spiritualis alimonix cœlestis ferculo panis interiora vestra alet, stabiliet, & recreavit.

Ite ad Ioseph : Scilicet ad illum magnum Iacobi filium, sed altiori sensu, nos ad Christi denominatum parentem B.V. Sponsum intelligere fas est. Qui custos Deiparæ constitutus frumentum illud electorum ; panem vivum de cœlo descendente, nobis, & custodivit, & servavit. Quasi per manus tanti Parentis, qui custodiendo illum panem Ægyptum peragravit, omnia nobis fausta obventura promittat.

Cur clamor ille populi tamquam seditio non castigatur ? Quia iure, ex famis oppressione clamabat populus, qui cum iuste conqueritur audiendus est, & providendus. Nunc iusta querimonia ad Regem pro ausu est, non ad solatium admittitur ; sed dura multatione castigatur.

Cur clamavit populus ad Pharaonem ? Cur non : Ad Regem ? Videbatur Rex suis non condoluisse, nec famem patientibus consuluisse, & Regis nomine indignum iudicavit, Pharaonem appellavit: non Regem.

Vers. LVI. CRESCEBAT AVTEM QVOTIDIE FAMES in omni terra : aperuitque Ioseph univërsa horrea, & vendebat Ægyptijs : nam & illos oppræsserat fames.

Vers. LVII. OMNES PROVINCIAE VENIEBAT AD Ægyptum, ut emerent escas, & malum inopia temperarent.

V E R S I O N E S.

S Ep. Fames erat super faciem univërse terræ, aperuit autem Ioseph omnia horrea, & vendebat omnibus Ægyptijs. Et.

963

Pater æternus ad filium nos mittit.

964

S. Ioseph.

965

Clamor iustus populi auditus.

966

Rex nõ est qui suis nõ consultit.

*(omnes regiones veniebant in Ægyptum emere à Ioseph, inva-
luerat enim fames in omni terra.*

Cald. *Prævaluit fames in terra Ægypti, omnes habitatores
terra veniebant in Ægyptum, ut emerent frumentū à Ioseph.*

Oleal. *Et divisit Ægyptijs escam ad frangendū famē. Sic Arias.*

967
Calamitas
crescit.

Cur crescebat quotidie fames? Quia nunquam ærumna infantia limitibus continetur; alitur affligendo, adolescit, & crescit. Quem hodie bonis temporalibus privat, cras ita frangit, ut nec frui saluti liceat, & nec vna contenta lue, a gratitudini addidit ægritudinem. Ut in Iobum irruit calamitas, non solum pecus, domos, filiosque detruisit; sed ipsum multiplicatis vulneribus prostrabit in cœno, qui quondam felix degebat in throno.

968
Ministri
per se ex-
pediant.

Cur aperuit Ioseph universa horrea? Quia per se exequitur negotium sibi à Rege commissum. Sunt Ministri ita desides, ne fraudulentos dicam, qui sibi à Rege commissos cives ad liberos expediendos remittant. Hi viles subministri viliores nominant ad rem peragendum, à quibus asperere, indecore, & per contemptum accepti prætensores, in forenses tandem grassatores incidunt, bonis expoliandi omnibus. Ipse, ipse Ioseph horrea aperuit, & frumenta vendebat, ne latrocinium nundinae essent, quod fit, cum res agitur per subministros.

969
Tempore
ærumnarū
non vacan-
dum deli-
ciji.

Cur in septem annis famis non dicitur Ioseph filios suscepisse? Quia non vacandum sibi voluptati esse duxit, cum annonæ caritate Ægyptus conflitaretur. Quot nunc Neronnes horremus, qui mundo conflagrante, & miserijs afflicto, ludunt, debacchantur, & fidibus in communi strage insultant. Hos ego naturæ monstra dixerim, à rationalium commertio expellendos centerem, vel ad Ioseph mitterem, qui horreis incubabat, & thoro abstinebat. Aperiebat horrea, ut viverent cives.

970
Vicinis cō-
municāda
bona.

Cur omnes Provinciae veniebant ad Ægyptum ut emerent escas? Quia licet fame ipsa premeretur, nulli tamen exterorum Ioseph frumenta negavit. Sub Iove, discordiarum auctore, ea floruit in mundo concordia, quam, sub Christo Principe pacis, suadere suis civibus Ecclesia non potest. Ita se gerebant Gentes cum convicinis urbibus, & populis; ut copias, & fortunas proprias cum illis communicaverint sponte.

Vtinā nūc ea esset inter fratres, etiā Monachos, cōmunicatio.

Cur extraneis provincijs providebat Ægyptus fame, & caritate frumenti oppressa? Quia exteris non denegandum in afflictione subsidium. Patebant olim exteris horrea. Nunc coterraneis, nec piscinā patent. Multa homines patiuntur in terra aliena; nam advenas horremus, vt feras, odimusque, vel optimos, hoc tantum nomine exosos, quod trans Rhenum, vel citra pirenæos ad nostras ripas adoluerint. Quem iber non abluit plerisque Æthiops putatur; estque sicut Æthnicus, & publicanus, non qui religione dispar; sed quem patria eadem non peperit.

971
Exteri fa-
vendi.

Peregrini
accipiendi

Cur Ioseph vendebat? Ne, si ab alijs venderetur frumentum mercimonium fieret à vendentibus; & industriæ, aut agentix causa quid illi sibi ab ementibus lucrarentur, quod solet, nescio an iuste, à commertiantibus exequi. Horrea implevit Ioseph ad providentiam, non ad vsuram. Ipse vendebat, ne fames pretium augetet, sicque avaritiæ maledictiones vitans, iuste vendentium benedictiones promeruit. Siquidem teste Salomone. Prober. 11. 16. *Qui abscondit frumentum à populo, maledicitur in populis: Benedictio autem super caput vendentis.*

972
Vendentes
comissa fi-
deliter se
gerat.

Pretium
annonæ nō
augendū.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXII. VERS. I.

AVDIENS AVTEM IACOB QVOD ALIMENTA

venderentur in Ægypto, dixit filijs suis:

Quare negligitis?

Vers.

Verf. II. AVDIVI QVOD TRITICVM VENVNDE-
tur in Ægypto: Descendite, & emite vobis necessaria,
vt possimus vivere, & non consuma-
mur inopia.

VERSIONES.

SEP. *Videns Iacob quod est venditio in Ægypto, dixit filijs suis: Querere segnes estis. Ecce audiui quod est frumentum in Ægypto, descendite, & emite nobis pusillas escas, vt vivamus, & non moriamur.*

Cald. *Audiui quod est alimentum in Ægypto, descendite illuc, & emite nobis inde, & vivemus, & non moriemur.*

Oleal. *Vidit Iacob quod esset fractio. Sic Arias.*

Onk. *Et vidit ... Quid vos ostentatis? Alij? Quid vos iactatis?*

Cur Audiens autem Iacob quod alimenta venderentur? Vt

973
Hebræorū
cōmentū.

inde pateat qualiter fabulenter Hebræi asserentes minutas paleas à Iosepho ex industria missas in flumen, quod ex Ægypto fluebat in Chanaan, easque nuntium de frumento attulisse. Certe vbi palea abundat frumentum est. Sed commentum fictum est, & habetur ab omnibus: siquidem, non palearum, aut alio signo; sed rumore mercatorum, & commerciantium audivit Iacob.

974
Pater fa-
milias gu-
bernet.

Cur filij patrem non monent de inedia? Quia noluerunt iudicium Patris prævenire, aut antevertere; nec quid sine iussu Patris tentare, aut sese domus gubernationi inferere. Eam apud suos centenarius Paterfamilias auctoritatem retinebat, & eam vxorati filij Parenti semivivo reverentiam præstabant.

975
Monachi
circa cibū
non mur-
murent.

Cur in tanta conflictati annonæ caritate non conqueruntur apud Patrem? Indecorum videbatur, & vile pro pabulo contendere, conqueri, aut susurrare. Præcipue cum viderint regionem omnem escis ad alimentum carere: Ideoque famescabant, & tacebant. Monachos hic monitos velim, qui paupertatem, quam complexi sunt exossi, quotidie in superiores pro escis invehuntur. Querimonias cum vociferatione iactant, cum cœnobia in summa esurie versentur, tunc magis

gis clamant; illi præcipue, qui vix panem arctum, & aquam brevem nanciscerentur in sæculo.

Cur filij audisse non dicuntur, quod centenarius Pater audivit, & providit? Quia ea est desidia filiorum, & subditorum, scilicet, vt sibi à maioribus provideatur, & apponantur cibi, vnde autem proveniant, aut vnde quærantur, non procurant.

976
Filij desides nil curant.

Vel certe audierunt Provinciam sibi proximam frumento abundare; sed nec Patri proposuerunt, nec ausi sunt proficisci, qui commercium profanorum, & idolatrarum abhorruere, malentes fame mori, quam fœdari. Nec illi illuc concessere, nec id eis Iacob imperavit, nisi cum in summum vitæ discrimen adducti periclitarentur. Adeo tibi inaccesa esse debet Ægyptus, si Israelita es: Nam tritico abundat; sed superstitione marcescit. Sed iam Hæreticorum ora, litto-
raque, Christianorum vestigijs signantur, quos non fames; sed lucrum; sed videndi, vagandique insatias immittit.

977
Hæreticorum regiones fugiendæ.

Cur Iacob audivit de venditione frumenti in Ægypto; de filio vendito non audivit. Audivit, & cito Iosephi lacerationem à fera, licet fictam: Eum esse Præfectum Ægypti, & frumenti dispensatorem, non audivit. Volant fatalia ad desolationem; cunctantur ad solatium felicia.

978
Nunta mala volant.

Ni dicamus, sic punitum Iacob à Deo impediente illi solatium, vt purgaret amplius nimium amorem, quo dilexit hunc filium. Sic expresse S. Aug. *serm. de temp.* Quia nimis, & cum invidia fratrum amaverat Iosephum. Solet enim Dominus nimios sanctorum circa rem, vel personam aliquam, amores temperare, & mortificare. Ita S. Aug. Hinc est, quod à te raptus sit infans, qui plus videbatur diligi, quam Deus.

979
Amor nimius filiorum punitur

Cur *quare negligitis?* Quia filij, dum parentum domi morantur, omnium rerum curam, & sollicitudinem in Parentes, licet longævos, rejciunt. Hinc otiosi, desides, ludis traditi, & diversionibus, plus in quærendis delicijs, quam de domesticis procurandis negotijs incumbunt.

980
Filij otiosi

Cur tantam desidiam levi, brevique reprehensione obiurgat? Quia satis increpuit, cum illos de negligentia arguit, otiosos dixit? Acriorem non potuit adhibere reprehensionem.

981
Otiosum nuncupare opprobrium gravis est.

Opprobria cuncta, & dedecora in faciem expuit, cum negligens

gentes vocavit. Servum illum, qui accepto talento à negotiatione abstinuit, sic Pater familias cotripuit *serve nequam*. Luc. 19. 22. quasi vitijs omnibus, vniversaque nequitia supponatur involutus. Hic addit V. Beda: Servus nequam vocatur, quia piger ad exercendum negotium. Favet S. Bern. lib. 2. de conf. Otiositas mater nugarum, noverca virtutum.

982
Otiari cū
alij laborāt
turpe est.

Cur *descendite*? Quia omnibus iniungit itineris, & negotij laborem, ne alter pigritando maneret, alijs itinerantibus, & laborantibus. Turpe quidem est otiari, cum cæteri pondus sustinent, & agendis incumbunt. Tum quia si vni, alterive digressum indiceret, quique exculationem alegaret, & exequeretur à nemine.

983
Necessaria
quærenda.

Cur *emite nobis necessaria*? Quia non vt nundinetur; non vt emant, & vendant; non vt epulentur, aut in annos plurimos condatur annona; sed quæ ad victum sunt necessaria. *Vt possimus vivere*. Ea siquidem condebantur in Patriarchæ penū, non quæ gulam nutrent; sed quæ mortem arcerent. Delicato referuntur, servanturque modo, quæ gustum saporis parant, & voluptati deserviunt, & mortem acelerant. Quod expriment Sep. *Emite nobis pusillas escas, vt vivamus*.

984
Servi ligu-
rientes.

Cur vernas non mittit frumenta empturos? Vt frugalitatem, quam non sperabat à Mancipijs, quorum Deus venter est, impetraret à suis. Plus illi emerent quam necessaria. Exundare enim volunt, non vivere, qui ideo vivunt, vt liguriant. Vnum famulis guttur pro theatro, pro patrimonio, pro Deo est; ægre serviunt nisi ad facietatem deglutiant.

985
Abundan-
tia noxia.

Cur tantam frugalitatem observari desiderat Iacob? Quia norat vir sapientissimus subire cum copia tritici virtutum inopiam. Siquidem vt in herba anguis latet, ita libido frumento abstruitur, cum Sodomæ, non paleis; sed pane deflagaverint.

987
Viram op-
tare ad pa-
tientiam.

Cur vt Sep. leg. *Vt vivamus, & non moriamur*? Cur tam cupidus vitæ Iacob, cum vitæ esse debuit prodigus? Cur Senex centenarius non libentissime moreretur, cum ærumnis vivendum esse non dubitaret, in tanta mundi calamitate? Imo ideo mori timuit Iacob, & vitam optabat; ne coronis fraudaretur. Nunc, aiebat, vivendum est, cum penuria me adegit ad emittendos famulos, vt filij mei agalones esse debeant.

beant. Tunc mori poteram, cum hæres domus locupletis ser-
vis, opibusque abundabam. Iam vitæ cupidus mori nolo,
quia pati possum.

Hæc clamabat felix illa Virgo Magdalena de Pazis: Pati
non mori. Quasi vitam vellet ad patientiæ coronam. Elias
tunc petivit animæ suæ vt moreretur, cum rebus omnibus
deslitutus subter iuniperum se proiecit. Patientior Magdale-
na, dum plus patitur longius vivere ambit. Et Iacob monet
filios, vt grassante ærumna, vitâ tueantur; tot à fame, & ino-
pia relaturi trophæa, quot passuri quotidie essent incômoda.

Vers. III. DESCENDENTES IGITUR FRATRES IO-
seph decem, vt emerent frumenta ex Ægypto.

Vers. IV. BENIAMIN DOMI RETENTO A IACOB,
qui dixerat fratribus eius: Ne forte in itinere quid-
quam patiatur mali:

Vers. V. INGRESSI SVNT TERRAM ÆGYPTI CVM
alijs qui pergebant ad emendum. Erat autem fa-
mes in terra Chanaan.

VERSIONES.

Sep. *Beniamin autem fratrem Ioseph non misit cum fratri-
bus suis, dixit autem: ne accidat ei languor.*

Pag. *Descenderuntque fratres Ioseph decem emere framentum
in Ægypto, & venerunt filij Israel vt emerent in medio ve-
nientium.*

Cald. *Ne forte accidat ei mors.* Arias. *Contritio.*

S. Ambr. *Ne forte contingat ei infirmitas.*

Cur Descendentes fratres Ioseph, filij Iacob? Cur famuli
non descendunt? Forte omnes dimissos fecit Iacob, insuffi-
ciens in tanta ærumna eos sustentare. Quod accidit, vt filij,
qui fratrem è domo, & patria eiecerant, & vendiderant, nunc
fame cogentur domum paternam relinquere, & quo mis-
sum fecere Iosephum descendere. Altissimus, ait Oleaster,
est patiens redditor, & qua mensura mensi fuerimus remit-
tur nobis. Luc. 6.

Cur, qui ante filij Iacob, Dixit filius suis. Nunc autem

fra

988

S. Maria
Magdala-
na de Pa-
zis.

939

Castiga-
mur per
quæ pecca-
mus,

990
Dedit me
moriam.

fratres Ioseph dicuntur? Nimirum ideo fame oppressi descen-
debant, quia vendiderunt fratrem. Eo cogebantur ire, quo
abire coegerant Iosephum. Ideo in supplicio titulum crimi-
nis deferebant, vocanturq; non filij Iacob; sed *fratres Ioseph*.

991
Familie
proprie
cura.

Cur decem? Ne rixæ occasio præberetur, si alicuius Pa-
triarchæ familia partius frumento exleretur. Omnes eant,
ait Iacob, quisque sibi, suæque familiæ contulens; eisque cõ-
paret necessaria, ne in distributione pro maiore annonæ
quantitate deceret.

992
Punitio
nullum
eximat.

Deinde: vt qui ad venditionem Iosephi concurrerant,
eiusque exprobaverant somnia, fratrem adorarent, quam-
que vera fuisse somnia faterentur. Sic S. Chris. Hæc omnia
facta sunt, ait, vt visioni seruirent; & interpretationem som-
ni, quam ipsi contextaverunt, cum audierunt Iosephum som-
nia narrantem, implerent.

993
Amara ser-
uamus.

Cur Benjamin domi retento? Ne senex Patriarcha filijs
omnibus destitueretur. Tum quia minor inter omnes, cælebs,
& sine familia, cuius cura non erat alendæ. Tum quia vnicus
tunc Patri ex Rachel, & vnice diligebatur, noluit Iacob à se
distingui. Non facile, ait Oleaster, quæ diligimus periculis
exponimus.

994
Pericula
suscipienda

Resp. Ruper. Benjamin, qui erat vterinus frater Ioseph,
de quo patri suspicio non levis esse poterat, quod fratrum
periisset malitia, proinde Benjamin domi retentus est, ab eo-
dem dicente: *Ne forte in itinere quidquam patiatur mali.*

995
Mortes
cruentæ in
vrbibus.

Cur ne in itinere quidquam mali patiatur? Quia solum ti-
met pericula itineris, cum summa securitas esset in vrbe. Si
eadem fuissent cædes in Ægyptiorum vrbibus sub Pharaone,
quas frequentissime in nostra regione horremus, exti-
muisset maxime Iacob. Fœdiores apud nos patrantur in vicis
vrbis strages, spurcius humanus sanguis in foro scatet. Domi
trucidantur in oculis coniugum mariti; nusquam securitas in
templis; ipsa sacrificij hora cæci sunt à civibus cives, incruen-
ta sacrificij Domini hostia cruentata.

996
Securitas
antea erat
in vrbibus.

Vel Cain sevocavit in agrum fratrem, domi, nec prope
hominum tentoria mortem parare ausus. Leo ipse à Deo in
Prophetam immissus redeuntem invasit, & extra vrbem iu-
gulavit. Apud nos feritas feras ipsas antecessit, & Cainos, in

media vrbe lanienam non verita. Ergo antiquitus tandiu pericula timebantur, quam diu deveniretur in vrbes: Ibi tuta omnia, & ibi statio firmissima exteris quoque, in via tantum syrtibus formidatis.

Quid ergo in itinere timet Iacob? Ex versionibus conijcere licet. Sep. *Ne forte accidat ei languor.* Cald. *Mors.* S. Ambros. *Infirmitas.* Ergo non sicarios in peregrinatione; sed elementa metuebat Iacob: Nihil nisi incommoda, aut cæli, aut fluminū, quibus magis obnoxia erat ætas filij imbecilla. Fortiores quippe ad hæc sustinenda adultiores filij. Ætas illa aurea, quādo sola aeris inclementia in itineribus timebatur.

Proh dolor? Quis ijs temporibus, in via, cœli intemperiem formidet? Nullus sane; sed omnes siccariorum infultus maxime perhorrescunt, & timent. Cruentata sunt hodie itinera grassatorum acerbitate, & tyrannide. Nullus iam tutus in via, aut extra urbem. Sicæ nunc metuuntur, non fulgura, non torrentes; sed sylvæ; sed cavernæ, vnde ferocior et occidilo irrumpit ad stragem homo, qui solus optari debuerat quasi itineris comes, & ductor, peregrinanti.

Cur hi Peregrinantes non muniuntur armis? Cur nullæ conquestæ latebræ ad abscondendam pecuniam? Quia nullus tunc extimebatur sicarius, aut latro. Tantum erat inusitatum, & invisum tunc temporis latrocinium, vt latrocinij scelus nec resciretur quidem. Quod maxime mirandum est, vt onusti argento advenæ, gliscente fame, à latronibus summam conciperent securitatem. Quis hodie in peregrinatione sociari, vel cum terricolis, & coterraneis, sine suspectu, non timeat?

Cur *ingressi sunt in Aegypto cum alijs qui pergebant ad emendum?* Quia frumenta ex Aegypto extrahi patiebatur Pharaon, quamvis fames iam esset in Regno suo, vt vicinis etiam consuleret, malens suos aliquam penuriam perpeti, quam proximas provincias subsidio destituere. Quam sumus, ait Oliva, in exteros duri, ac pene saxi, quos dura pati sine commiseratione permittimus.

Cur cum Agasonibus comitantur tanti Patriarchæ filij? Quia nec Agasones haberi, nec cum illis sociari indignum iudicatur cum de domi necessarijs, & vitæ conservatione

997
Itinera an-
tea tuta.

998
Itinera
nunc plena
sicarijs.

999
Latrocinij
incognitū
antiquis.

100
Vicini sub
veniendi.

1001
Vile nihil
in domus
subsidium.

agitur. Nec vilitas, ait Andr. Nicol, officij eos retraxit:

1002

Delicta
vnius om-
nes patien-
tur.

Cur *fames erat in terra Chanaan?* Quia principales incolæ, quales erant filij Iacob, execrandam contumeliam induxerant in fratrem, istorum delicto puniuntur omnes, & tota regio affligitur caritate frumenti. Sic loquitur imperfectus. *25. in Matth.* Qui quasi maledicus in carcere fuerat, quasi Propheta adductus est. In vnius pueri vindicta, totus mundus fame flagellatus est.

1003

Famulos
nō habeat
qui alere
non potest

Cur nulla mentio facta est à Mose de famulis? Nulli tūc erant, quia dimiserat illos Iacob, quos ob penuriam alere nō poterat. Tempore egestatis turbam conservare famulorum nec ratio iubet; nec conscientia patitur. Iuxta vires facultatum disponenda domus, & familia est, ne alieno aere premi cogat faustus, vel superfluitas. Si filios alere Iacob non poterat, ut quid servos adderet, quos nec alere, nec mercedē solvere poterat? Servatis ad pompam servis, destruitur domus, & crescit egestas.

Vers. VI. ET IOSEPH ERAT PRINCEPS IN TERRA

Ægypti, atque ad eius nutum frumenta vendebantur.

Cumque adorassent eum fratres sui,

Vers. VII. ET AGNOVISSET EOS QVASI AD

alienos durius loquebatur, interrogans eos: Vnde venistis? Qui responderunt: De terra Chanaan,

ut emamus victui necessaria.

Vers. VII. ET TAMEN FRATRES IPSE COGNOS-

cens, non est cognitus ab eis.

V E R S I O N E S.

S Ep. Ioseph fratres suos agnovit, & alienum se fecit ab eis; & locutus est eis dura.

Cald. Ioseph ipse era qui præerat in terra, ipse vendebat frumentum omni populo terra. Veneruntque fratres Ioseph, & promi in terra adoraverunt eum, & cogitabat quid loqueretur eum eis, & locutus est eis dura.

Pag. Ioseph erat Dominus super terram, ipse vendere faciebat omni populo terra. Venerunt fratres Ioseph, & incurvaverunt se ei super terram.

Cur ad eius nutum frumenta vendebantur? Resdet Abul.

Non vendebatur ibi aliquid cuiquam, sine hoc quod prius iret ad Ioseph, & sciret de qua terra erat, & quantum emere vellet, tunc ipse taxabat quantum ei dare deberet.

1004
Uenditio
ad nutum
Domini.

Cur, qui detestati sunt, vel per somnium, fratrem adorare, coguntur modo, re ipsa proni, & incurvati adorare? Resdet Oleast. Hoc malum habet eos, qui nolunt humiliari, & subijci, cum Deus vult eos esse subiectos, vt postea magis subdantur, & humilientur.

1005
Superbia
Deo.

Cur Cald. leg. Proni in terra adorauerunt. Et Pag. Incuruauerunt se ei super terram? Quia adorauerunt, ait Carth. adoratione dulcia, cum profunda inclinatione, aut prostratione. En qualiter, qui fratrem reuerenter colere, & vrbane adorare pro ignominia fuit, nunc turpi incuruatione ad terram vsque demittuntur, & vilescunt.

1006
Adorare
cogimur
quod no-
luimus.

Cur superbi ita obsequiose prostrantur? Non ex reuerentia proni; sed ex adulatione superbi. En conditio negotiatorum, & adulantium: *Donec accipiant*, ait Eccles. 29. *officulantur manus dantis*. Adorationes velut retia expandunt, vt postulata recipiant, non ex amore; sed ex lucro, tandiu submissi quamdiu venatores proprii emolumentum. Vel Mater filiorum Zebædei adorat, dum petit. Matth. 20.

1007
Adulatio
negotia-
torum.

Cur, & agnovisset eos? Ita ne; Ioseph in solio purpuratus fratres sordidos, & pannosos agnovit? Certe pro magno est. Quis Magnatum si è loco humili ad culmen ascendat digulratis, & honoris cognatos non despicit, non detrudit, non naufeat, & ignotos non fingit? Vnus Ioseph nec imperio superbus, nec auctoritate elatus fratres agnoscit, & data occasione, vel egenos amplectitur.

1008
Potentes
cognatos
agnoscant

Cur durius loquebatur Ioseph fratres, quos cognovit, affligens? Resp. S. Aug. Ser. 82. *de temp*. Non quod eos odisset, aut de ipsis vindictam fumere vellet: Sed per huiusmodi tribulationem fatigatos, ad confessionem criminis, & ad medicamentum pœnitentiæ revocaret. Quod consequutus est, cum se merito pati illa falsi sunt, quia peccarunt in fratrem.

1009
Correctio
dura ad
emendatio-
nem.

Resdent Theodor. Lyran. & Toftat. Memor eorum, ait S. Chriſtos. bom. 64. quæ in ipsum commiserant, cum non videret Beniamin cum ipsis venisse, suspicatus est tale quip-

1010
Mali sepe,
suspecti
semper,

piam, etiam in illum, ipsos perpetrasse. At ubi cognovit illū supereffe, tum omnimoda subventionē illos exceptit.

1011
Gaudium
plenius
post affli-
ctionem.

Sed S. Aug. *quest. 146. in Gen.* ait: Voluisse Ioseph dif-ferendo manifestationem sui, & eos aliquando affligendo; plenius, atque vberius facere gaudium, quo experturi erant eius benignitatem. Sponsi stillabant labia myrrham, condito sub lingua eius, abditoque melle: *Mel, & lac sub lingua eius. Labia eius lilia distillantia myrrham.* Cant. 5. 13. Ioseph cum meditaretur in partem fortunæ suæ advocare, & adiungere fratres, dure illos alloquebatur; & mella conficiens, fel simulat, & exponit.

1012
Simulatio
in verbis.

Novus, inuistratusque hic mos aulæ est, in qua lacte toxica liniuntur, loquentibus Satrapis blanda, & Tantalos ubiq; statuentibus, quos deludant honorum spe, & frustratione crucient dignitatum. Alia sanè arte suas iras, vel blanditias nostri in aula Satrapæ colorant. Suavitatem loquellis blandis fingunt; sovent in cordibus venena. Nulla in verbis suspicio insidiarum, animo incendia minitante. Denique exundat in labris lac; sed fauces coquunt venena, quibus semisomnis in cautus opprimatur.

1013
Politica
Aulæ pef-
sima.

1014
Frater non
male tra-
ctandus,

Cur quasi ad alienos durius loquebatur? Quia fraternitatis memoriam expulit, vt increparet. Quis enim fratrem cognoscens factis, aut verbis lascecit? Alienos finxit; quia exteros quivis facile lacerat. Coterraneis, & consanguineis proclives, in exteros crudeliter insilimus.

1015
Humani-
tas impe-
rantis in
nata.

Cur in Cald. habemus: *Cogitabat quid loqueretur cum eis?* Quia vt è folio dure loqueretur Aegypti Prorex, diu meditari verba debuit, & ea quasi emendicare. Non enim regnantis est in promptu habere verba, quibus ad se accedentes offendant. Prompta esse debet in imperante humanitas; asperitas elongata. Illa profluat sine studio, etiam ab incogitante, vt innata; hæc vix meditatione paretur, quasi extera. Eloquatur Princeps beneficia, balbutiat ad iniurias. Hæc intelligent superiores ne ad sedem elati, auctoritate tumidi subditos convicijs excipiant. Reprehendant dum opporet; sed quid loquantur cum eis meditentur.

Cur unde venistis? De patria interrogat, vt acrius coerceat. Nihil durius acerbissima ista voce, unde. Ea præcellitur

tur ingenui, quorum præterimus indolem, mores, stirpem, & gesta, vnius patriæ novitate invidiam illis conflaturi. Totâ quæstio, relictis cæteris eximijs dotibus, de terra nativitat-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

is est, vt spernantur exteri. Prima, & forte vna, in candida-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

cat. Vna vox infulas seu dispensat, seu negat. Num Lazarus
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

è terra sepulchri veniens putidus, & ulcerosus, repudiandus?
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

Quis tam hebes truncus est, vt florem spernat quod è radice
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

progrediatur lutulenta? Spernes aurum, quod crescit in luto?
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

Mittamus proinde patriæ disquisitionem, & sola in homine
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

merita conquiramus. Vox ista vnde eliminetur ex Ecclesia, in
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

qua non est distinctio Iudæi, & Græci.

Cur De terra Chanaan vt emanus victui necessaria? Quia
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

vberius respondent, quam rogantur. Fines patrios exponunt,
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

& causam sui adventus. Utinam ita cum Sacerdotibus age-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

remus, cum scelerum apud eos sarcinam ponimus. Verum
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

mille sensus ad propalanda crimina arcent. Et vt vnum sce-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

lus exponatur, mille interrogationibus, industria zeli, ex-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

pongendum est.

Cur Fratres cognoscens non est cognitus ab eis? Quia fratris
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

Maiestas imperantis ita præstrinxit, percellitque advenas,
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

vt turbati animis, nec recogitant, nec advertunt, & tam-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

quam exterum reformidant, quem tam arcto natura eis
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

vinculo sociavit. Suam proinde auctoritatem, & splendorem
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

temperant, quos fortuna tam invidendo nitore, fulgore-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

que vallavit. Alioquin si fausto imperium addatur, nemo è
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

conspectu Principis non abibit fulgeritus.

Si Petrus consternatur in Thabore: Si Ioannes, qui re-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

cumbit in pectore Christi, fulgore eius resupinatur: Si Iaco-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

bus, qui flammam devocabat de cœlo in Samaritanas, expalle-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

scit repentino Magistrum nitore: quomodo non expallecent,
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

quibus nulla cum Principe cognitionis relatio. Quod si Præ-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

fecti maiestas interrogantis. Ita Patriarchas restrinxit: ita
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

confundit, & turbat, qualiter nos consternabit Maiestas
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

Domini iudicantis.

Miror tamen fratres fratrem non cognovisse regnantem.

Quis plebeiorum non indigitat, iactatque sibi stirpe coniu-
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

ctum; quem decorum, honoratumque videt, mutatumque in
 1016 Merita, nō
 1017 Confessio
 1018 Maiestas
 1019 Terror in
 1020 Cognati
 1021 sunt, qui
 1022 potent es.

potentem.

virum alterum? Illi non cognoverunt fratrem vultu, habituque mutatum. Nos vero radiantem divinaremus fratrem, vel suspicaremus ad interrogandum, quamvis toto esset corpore mutatus. Adeo sagax est mens ad factum asciscendum, etiam cum frons hebescit, si nobis fulgor accedat refulgens, & imperantis.

TO 21
Pueri mutantur dū
crescunt.

Ideo tamen non cognitum Ioseph à fratribus, ait Pererius, quia mutatus erat quinque modis: Primum statura, cum puer esset sexdecim annorum cum venditus est, nunc trigessimum annum agens: Tum facie, quia tunc imberbis nunc barbatus erat. Tunc vestitu, & ornatu, Quia ante puerili habitu, & more Chananæo utebatur; nunc ornatu Ægyptiaco, & qualis decebat Principem. Tum voce, quæ exilis erat, nunc virilis, & gravis. Tum sermone, quem occultabat, & quasi nesciret utebatur interprete. Ioseph autem facile potuit suos fratres cognoscere, in quibus vix aliqua mutatio.

Vers. IX. RECORDATVSQVE SOMNIORVM, QUÆ aliquando viderat: Ait ad eos: Exploratores estis: Vt videatis infirmiora terræ venistis.

Vers. X. QVI DIXERVNT: NON EST ITA, DOMINE, sed servi tui venerunt ut emerent cibos.

Vers. XI. OMNES FILII VNIVS VIRI SVMVS: PACIFICI venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali.

V E R S I O N E S.

Sept. *Et commemoratus est Ioseph somniorum suorum, quæ vidit ipse, & dixit eis: Exploratores estis ad consideranda terræ vestigia venistis. Non Domine, pueri tui venerunt ad emendas Eſcas. Omnes sumus filij vnus hominis, pacifici sumus, non sunt pueri tui exploratores.*

Cald. Nequaquam Domine, servi tui venerunt ad emendum frumentum. Recti sumus, non fuerunt servi tui exploratores.

Pag. Ad videndum exinationem terre venistis, veraces sumus;

Arias. Ad videndam terræ inanitatem venistis.

Oleas. *Ad videndum secretiona terra. Nos certi sumus.*

Eugu. *Ad videndum deformitatem. Onk. Rupturam terræ.*

S. Aug. *Pacifici sumus. Vatab. Fideles sumus.*

Cur *Recordatus est somniorum Ioseph*? Tum quia somnia, licet faustissima, oblivisci oportet. Tum quia circa humanas erant felicitates, quas parvi pendebat Ioseph. Nos vero, vel somniata Astrologorum ludibria felicitatis, ita semper præ oculis habemus, ut astris intenti nunquam cœlum inspicimus. Siderum stationes observamus: non Dei providentiam adspicimus. Non divinum Numen contemplamur; sed stellas nostro fastui per mendacia astronomiæ eblanditas. Vel morituri prænuntiata non desperamus decora, quæ per augurationes ab hominibus fictas spondentur.

1022
Somnia
obliviscenda.

Astrologi,

Cur Ioseph *recordatus est somniorum*; non cum Princeps totius Ægypti à Pharaone creatur; sed cum à paucis, panosisque fratribus adoratur? Nimirum externorum dominatui præferenda est subiectio domesticorum. Regnare quis non credit, quamvis provincijs amplissimis imperet, nisi imperet suis. Regnare te non credas nisi tuos, id est, tuas affectiones subijcias, & passionibus proprijs domineris.

1023
Dominium
in suos.

Passionibus
dominandum.

Deinde: tunc *recordatus somniorum Ioseph*, tumque impleta putavit auguria; non cum Præficitur; sed cum superbos humiliatos ad se accedere circumspectit. Quid præesse prodest, ni ita præsis, ut insultus debacchantis plebis contineas; nisi humilies superbos; nisi vitia frænes, & errantes ad viam salutis inducas.

1024
Domina-
tores im-
pios subie-
cent.

Cur tantum cum fratres videt *recordatus somniorum*; venditionis, & malevolentia non recordatur. Plene satisfacit Oleas. Ut nos doceat, ait, non esse memores; sed oblivioni tradere iniurias fratrum nostrorum: Cum ergo qui te graviter læsit ante te deiectum videris, non recorderis malorum, quæ ipse tibi fecit; sed beneficij divini, quo eum coram te humiliavit.

1025
Iniuriæ
obliviscenda.

Cur *explorat res estis*? Et primum hic inquiritur, an mentitum fuisse Ioseph, peccatumque commisse? Qui asserunt fuisse mendacium, idque perniciosum, & pertinens ad grave damnum, & fratrum infamiam, deliquisse plusquam venialiter tenentur asserere. Sed excusatur; quia licet illos

1026
Mendacium
non comi-
sit Ioseph,

ramquam exploratores infimulaverit, non ideo infamiae fecit obnoxios; quia non assertive; sed dubitative interrogavit. Tum quia ipse mox manifestaturus erat veritatem, & innocentiam fratrum.

Deinde; loquutus est suspicative. Noverat illos aliquando superbos, crudeles, & ob somnia mortem fratris minimi impie machinatos, nec reveritos fratrum sanguinem mancipare. Tam atrociam, & impia aggressos, suspectos iudicavit, & capaces cuiusque moliendae infamiae, & committendi ausus. Facile enim, & licite suspicamur, quem semel scelestum vidimus, crudele quid aggressurum, & tenturum.

Sunt qui etiam à levi mendacio eximant Ioseph, & consequenter, nec leviter quidem peccatum: Quia non serio loquuntur; sed ut fratrum praesentia, qua iucunde, & tenere delectabatur, diutius frueretur; verba verbis per iocum intexuit, ut eos audiret respondentes, & se defendentes. Sicque mendacium non fuit, dicente S. August. *Quaest.* 145. Mendacia à mendacibus serio dicuntur, non ioco. Cum autem quae non sunt, tamquam ioco dicuntur, non reputantur mendacia.

S. Bonav. *in 3. sent. distinct.* 38. Ait illa verba non fuisse asseverando; sed quasi tentando, & inquirendo, ad modum quo solent iudices, in quibus nihil censentur asserere. Quod verbis Thomae Anglici explicatur, cum ait: Ioseph in his non loquitur assertive; sed solum tentative, & probative; ut tali modo occasionem accipiat capiendi eos, & veniendi ad eorum secreta, quasi sibi ignota. Talis modus loquendi potest aliquando ex rationabili causa assumi à sapiente, praecipue iudice, praesertim à viro prophetico, qualis erat Ioseph.

Cur non est ita? Brevis sane, & inefficax excusatio, cur fortiorem non adducitis? Quia sufficit reo delictum de quo accusatur negare, nec alia verba miscere, ne aliquo verborum involucro capiatur, & irriteretur. Sic fatus Olear. Non debent homines plusquam oportet aperire se, maxime cum examinantur, sat enim erat ipsis respondere se non esse exploratores.

Cur non est ita, Domine, sed servi tui venerunt? In suae

1027
Sulpicari
de impio
licet.

1028
locari me
tini non est.

1029
Tentari
mentiri non
est.

1030
Excusatio
brevis.

superbiæ supplicium, vt quem fratrem vocare non dignabantur; sed somniatorem, nunc cernui Dominum vocent. Qui seruum fecere Ioseph, seruos se Iosephi fatentur, & serui nomine decorantur. Dominum vocant, ait Lipp. quem, ne subditi illius essent, vendiderunt in seruitutem; seruos se quoque nuncupant iuxta Domini voluntatem.

Cur *omnes filij vnus viri sumus*? Num, & fratres non possunt exploratores esse? Nequaquam plane, si fratres filij viri sint. Quasi dicerent: Pater noster est Iacob. Sub tanto Parente quis degeneret? Quis infami exploratoris officio constripetur? Vtinam illi meminissent Iacob, cum in Iosephum conspiravere, nec tanto se scelere fœdassent. Vnus Ruben, qui patrem retinebat in corde, & reddere Patri suo fratrem nitebatur, clamavit: *Non interficiatis animam eius.*

Mortem minatus Esau Iacob, *venient*, ait, *dies patris mei, & occidam fratrem meum.* Gen. 27. 41. Nec occidit; quia patris memoriam inter minas evolvebat. Furit Esau, luget, infremitque, nec iugulat. Cur ergo inuisum, inermem, iniurium non trucidat homo ferus, pilosus, furibundus, ferro conuestitus, & exutus primogenitura? Parentis meminit. Parentis reverentia tela è manibus extorsit. Qui vindictas expetitis mementote vestri optimi Parentis, & exemplo, & verbo proclamantis: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros.*

Cur *filij vnus viri sumus pacificè venimus*? Quasi in tantum malum convenire non possent fratres concordés, & pacifici. Vel quasi è discordia tantum prodire flagitium posset. Vbi se ramos probavere vnus stirpis, immunes se acclamavere à prodicione.

Vers. XII. QVIBVS ILLE RESPONDIT: ALITER
est: Immunita terræ huius considerare venistis.

Vers. XIII. AT ILLI DVODECIM, INQVIVNT, SERVI
tui, fratres sumus, filij viri vnus in terra Chanaan:

Minimus cum patre nostro est, alius
non est super.

Vers. XI. HOC EST, AIT, QVOD LOCVTVS
sum: Exploratores estis.

1031

Servi sũnt,
qui domi-
nari volũt.

1032

Parentis
generosi
ingenni
filij.

Recorda-
tio patris,

1033

Dilectio
inimicorũ

1034

Unio fra-
terna.

VERSIONES.

SEP. *Vestigia terra venistis videre. Ecce iunior cum patre nostro est hodie, alter autem non est.*

Cald. *Infirmiora terra. Minimus cum patre nostro est hodie, & vnus non comparat.*

Onk. *Scissuram terra venistis videre.*

Pag. *Exinanitionem terra, & vnus non est.*

Arias *nuditatem terra venistis videre. Vatab. Turpitudinem.*

Cur Ioseph ita fratres afflixit? Vt quo maior esset eorum anxietas, maiore perfunderentur gaudio, cum se illis manifestaret. Sic S. August. *quest. 146.* Totum hoc, ait, agebat Ioseph, vt eorum gaudium differretur, & eadem dilatione cumlaretur fratre cognito, quem, & perditum fuisse arbitrabantur.

1035
Gaudium
maius post
pœnam.

1036
Crimina
aliqua
plectenda.

1037
Discretio
in castiga-
tione.

1039
Delicta oc-
cultantur.

1040
Patermul-
torū plan-
gendus.

Afflixit deinde: vt correctione ad cognitionem sui sceleris induceret, illudque aliquomodo plecteret, ne sine animadversione aliqua tantum crimen impunitum abiret, & clementia vsus, ne gravissimum, quod merebantur, supplicium illis indiceretur. Apte S. Greg. *hom. 19. in Exeq.* Ait: Qui facimus fratrum, & dimisit, & vindicavit: Sicque rigore clementiam tenuit, vt delinquentibus nec sine ultione pius existeret, nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magistrum disciplinæ, vt culpis, & discrete noverit parcere, & eas pie resecare. Qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata, vt non corrigant; aut sic quasi corrigendo feriunt, vt non dimittant.

Cur *duodecim fratres sumus?* Cur non aiunt fuimus? Ne cogerebatur fateri scelus in fratre commissum. O verborum deceptionem, exclamat S. Chris. etiam eum, quem negotiatoribus vendiderant, in numero suo recensent, & non dicunt fuimus; sed *duodecim sumus.* Ita S. Chris. Ita peccatores curant occultare delicta.

Deinde: vt filiorum narrata turba Iosephum ad compatendum inducerent. Compatimur siquidem parentibus tot circumdati filijs. Necessitate coacti, ait S. Chrisof. & volentes eum ad misericordiam flectere, dixerunt: *Duodecim fratres sumus.*

Cur

Cur alius non est super? Cur de isto non interrogat Ioseph, aut ubi sit non inquit? Quia veritatem non aperirent, & mendacia mendacis involverent, & forte peierarent. Noluit eos ad occasionem mētiendi, aut falso iurandi inducere, aut ad quid malum perpetrandum exponere.

Cur repetit: *Hoc est quod locutus sum: Exploratores estis?* Quia quod primum dixerat semper dicet, & dicit. Nolunt credere se errasse Principes, & Palinodiam quasi funus averfantur. Exploratores vos dixit Ioseph, quidquid dixeritis, quamvis alienissimum à suspitione flagitij, & innocentia vestra irrefragabile argumentum, in exculationem à se denuntiati criminis non inclinabit; sed detorquebit. Magnates, ne aliquando errasse videantur, sæpe errant.

1041
Mendacij
vitanda
ocasio.

1042
Potentes
errasse nō
fateantur.

Vers. XV. IAM NVNC EXPERIMENTVM VESTRI
capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hinc,
donec veniat frater vester minimus.

Vers. XVI. MITTITE EX VOBIS VNVM, ET AD-
ducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur
quæ dixistis vtrum vera an falsa sint: alioquin per
salutem Pharaonis exploratores estis.

Vers. XVII. TRA DIDIT ERGO ILLOS CUSTO-
dia tribus diebus.

V E R S I O N E S.

SEp. *In hoc manifesti eritis per salutem Pharaonis, non exi-*
bitis hinc. Mittite ex vobis unum, & sumite fratrem ve-

Cald. *In hoc probabimini, per vitam Pharaonis. Vos autem eri-*
tis vinciti, probabuntur sermones vestri, vtrum verum dicitis,
& si non, per vitam Pharaonis quod exploratores estis.

Onk. *In hoc probemini vivit Pharao. Sic in Hebr.*

Alij. *In hoc manifesti eritis. Per incolumitatem Pharaonis.*

Pagn. *Et congregavit eos in custodia tribus diebus.*

Cur nunc experimentum vestri capiam? Quia nullus
damnandus est, mera delicti suspitione, aut levibus notatus
indicijs; sed laborandum est, ut per veridicos testes, aut ali-

1043
Suspecti
non puniē

quo

quo prudenti experimento veritas aperiat, aut sedula indagazione scelus manifestetur.

Cur per salutem Pharaonis? Quæstio est hic valde controversa, an scilicet Ioseph nunc commisisset periurium? Hamerius, & alij negant. Tum quia nullum est iusiurandum, in quo Dei contestatio non exprimitur; & hic nulla prorsus Dei mentio, aut Deo relatio facta est. Tum quia Ioseph quasi per derisum, & ponderationis modum, dixit illud: Per salutem Pharaonis, quæ, sicut cuiusvis mortalium, nullius penè momenti est, cum caduca res sit, & fragilis.

Sunt qui asserant peierasse, quos inter S. Thomas 2. 2. quæst. 89. artic. 6. ait: Quod autem Ioseph, per salutem Pharaonis iuravit intelligi potest per modum execrationis quasi salutem Pharaonis obligaverit Deo, vel per modum contestationis, quasi contestando veritatem divinæ iustitiæ, ad cuius executionem Principes terræ constituuntur.

Sed tamen non peierasse Iudico; nam licet iuramentum relationem diceret ad aliquid divinum, tamen quod iuravit adimplevit. Nam quod iuramento asseruit illud est: *Non egrediemini hinc*, id est, non omnes egrediemini, ad cuius adimplerionem satis erat, si vnus remaneret, cæteris regredientibus. Audi S. Aug. quæst. 139. dicentem: An non est periurium? Tenuit vnum eorum donec veniret Benjamin, & verum factum est quod dixerat.

Cur nisi veniat frater? Quia si in hoc mentiti fuerint, reddissent se suspectos; nam qui semel mentitur, in cæteris mentiri censentur, & circa subiectam rem mendaces cum maiori fundamento, ac proinde exploratores haberi possent. Idem S. August. Si non verum dicitis exploratores estis, hoc est exploratores deputabimini merito mendacij vestri.

Cur tradidit illos custodiae tribus diebus? Resdet Abul. Quia pœnæ, quando à iustis dantur, debent correspondere culpæ, cum sint quædam medelæ ipsorum vitiorum, ideo si cut tria mala commiserunt fratres Ioseph contra ipsum; ita detenti sunt ab ipso tribus diebus. Mala autem fuerunt: mortis machinatio; & in cisterna positio, & mercatoribus facta venditio.

Addit Pererius: Quid si tridua illa carceris afflictione præ-

1044

Periurium
strictum
quid involvit.

1045

Periurium
an commissum à Ioseph.

1046

Non commissum
suaderet.

1047

Mendacium

1048

Pœna culpis
respondet.

præfiguratum est saluferum, & tripartitum poenitentiae sacramentum, in contritione, & confessione, & satisfactione consistens.

1049
Pœnitentiæ
tres partes

Cur Ruben, qui nihil peccaverat; imo nitebatur eripere Ioseph de manibus furentium fratrum, etiam carcere puni- tur? Resdet Abul. Quia licet non peccaverit, quia tamen erat in societate omnium aliorum fratrum, qui peccaverunt, punivit eum Ioseph detinendo in carcere.

1050
Societas
malorum.

Deinde: si eximisset Ruben, facile se ipsum Ioseph indicasset fratribus, qui sciebant Ruben valde benemeritum de Ioseph, qui manifestationem sui longius differre volebat. Quod si Ruben solus venisset ad Ioseph, haud dubie bene, ac humaniter acceptus esset, & benigne tractatus à fratre.

1051
Dissimula-
tio.

Verf. XVIII. DIE AVTEM TERTIO EDUCTIS DE carcere, ait: Facite quæ dixi, & vivetis:

Deum enim timeo.

Verf. XIX. SI PACIFICI ESTIS, FRATER VESTER vnus ligetur in carcere: Vos autem abite, & ferte frumenta quæ emistis, in domos vestras,

Verf. XX. ET FRATREM VESTRVM MINIMVM AD me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat.

V E R S I O N E S.

SEP. *Frater vnus vester detineatur in custodia, ipsi vero ite, & asportate emptionem frumentationis vestrae, & ferte fratrem, & credentur verba vestra, sin autem non, moriemini.*

Cald. *Hoc facite, & vivetis, à facie Domini ego timeo. Si recti estis vos, frater vnus vester sit vinctus in custodia, & vos ite, & afferte frumentum, quod defecit in domo vestra, & verificabuntur verba vestra, & non moriemini.*

Onk. *Frater vnus vester teneatur vinctus in domo in custodia vestra, vos ite, & ferte frumentum, quod deest in adibus vestris. Vt vera appareant verba vestra.*

Pag. *Si veraces estis, frater vnus vester in domo custodie vestrae vos ite adducite alimentum ad expellendam famem in domibus vestris.*

Arias

Arias *Adducite factionem famis domorum uestrarum.*

Oleaster: *Si firmi estis, & stabiles,*

Cur *Die autem tertio eductis de carcere?* Quia noluit Ioseph fratres, licet tanti criminis reos, diutius detinere, sciebat enim, & expertus erat quot anxietates ad mortem vsque re-
 ducti perpetiuntur, qui catenati vinciuntur in carcere, & pro magno, crudelique supplicio duxit per tres dies reclusos detinere. Pudet audire numeratas à vinctis hebdomadas, menles, & annos, nulla miserorum, aut commiseratione, aut etiam recordatione. Pudet vix criminis suspectos senescere in catena. Utinam, & qui vincunt vincti aliquando fuissent, & angores carceris experti, miserorum misererentur, nec eostandiu detinerent.

1052
Carcerem
palsi com-
patiuntur
vinctis.

1053
Carcerati
non deti-
nendi.

1054
Carcer
magnum
suppliciu
est.

Cur ante incarcerationem, *mittite ex vobis unum*, ait; post vero: *Vnus ligetur, vos autem abite?* Quia poenam tridug reclusionis tantam iudicavit, vt satisfactum esset magna ex parte hoc supplicio pro scelere duxit, ideoque denuntiatam ante poenam temperavit. Vide quanti fecerit Ioseph triduanam carceris ærumnam, qua remollitus tantum poenæ remisit. Quis non desinat, doleatque, reum per annos vinculis constrictum capitis damnari, quasi nullum aliunde supplicium sustinuerit.

1055
Carcerati
non expo-
liandi.

Cur *vos autem abite, & ferte frumenta?* Quis ergo, & de quibus, sumptus carceris solvet? Nullus de hac re sermo; quia apud Ægyptios vinciuntur rei; non expoliantur. Vix nunc carceris limina premit, non criminofus; sed tantum suspectus, cum auri, argenti que copia superesse debet, vt Iudex, litores, custodes, & scribæ munerentur, vel solvantur. Expoliatur miser, vel innocens, nec retentis domus suppelle-ctilibus. Torqueamus maleficos, non nudemus, ne rapina videatur, quæ iustitia est.

1056
Fiscus ca-
stiget non
rapiat.

Cur *ferre frumenta quæ emistis?* Quia licet carcerati fue-
 re nihil à Fisco ereptum, salva fuere omnia, nondum expia-
 ta suspicione, & emere licuit, & asportare frumenta. Miseri
 certe fratres, si hac tempestate nostris in regionibus carcere
 per semihoram vincierentur, illico fructus præscriberentur à
 Fisco, & lequestris traditi, vel purgata culpa, & inventa in-
 nocentia, ultra non apparerent. Æquissimus Ioseph, ligatus
 sed

sed non rapit; indagat, non nudat.

Vel Leo immanissima bellua, qui Prophetam rebellem Numini strangulat, nec mordet cadaver, nec asinum vorat. Invenit eum Leo in via, & occidit: *Asinus autem stabat iuxta illum, & Leo stabat iuxta cadaver.* 3. Reg. 13. 14. Discite iustitiam, qui iudicatis terram, occidendi sunt criminosi; sed abstinendum eorum, & spolijs, & iumentis est.

Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum. Apoc. 4. 6. Mare, & cristalinum est, & ante sedem Dei; siquidem, quæ excipit damnatum ad aquas, suffocat quidem; sed nihil eripit reo, imo morte punitum eiecit in littus, ac si Iudicibus inclamaret: Occidi quæ damnastis, nihil de illo nisi poenam sumpsi, ut expoliavi eum vita, ita me illo dispolio, non rapinæ avidus; sed sceleris vindex. In conspectu sedis Dei sedem habebit Iudex ita fontes puniens; imo spiritu Dei subumbrabitur. Ideo ab initio *spiritus Dei ferebatur super aquas.* Gen. I. 2. Ita criminosos punituras.

Cur fratrem vestrum minimum ad me adducite? Scilicet, ut vestros possim probare sermones. Quid ergo abductio Beniamini ad prodicionem detegendam facit? Inepta isthæc videtur coniectura? Sed aptissima est, nam viso Benjamin innocentes probabit, si mendacio non senserit obnoxios. Ergo immunes reputat Iudex sapientissimus ab omni flagitio, quos videt mentiri ne tunc quidem ausos, cum capite periclitarentur. Mentiri nescistis? Ergo institores estis, non exploratores. Adest innocentia, si veritas non abest.

Cur prævenit: *Deum enim timeo?* Ut eos assecuraret nihil iniustum in illos acturum, qui Deum haberet præsentem; Deumque timeret. Nihil enim non rectum ubi Deus timeatur. *Omnes declinaverunt,* ait Proph. Ps. 13. 3. *Non est qui faciat bonum: sepulchrum patens guttur eorum; venenum aspidum sub labijs eorum: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē: Contritio, & infelicitas in vijs eorum.* At cur, aut unde tanta, tamque perniciofa mala? *Non est timor Dei ante oculos eorū.*

Cur omnes abire non sinit Ioseph? Tum ut iuramentum adimpleret, quo testatus est per salutem Pharaonis non omnes egressuros, quod adimplebatur retento vno. Tum quia Patrem fefellerunt fingentes devoratum filium à fera. Timuit

1057
Castigandi
rei non nu
dandi.

1068
Mare casti
gat non
rapit.

1059
Mendaciū
infidelita-
tem arguit

1060
Timor Dei

1061
Iuramentū
implendū,

Infidis nō
credendū.

muit ab infidis, ne, & ipse deciperetur, si omnes mitteret.
Ne fidas illi, qui fidem semel temerare ausus est.

*Vers. XXI. ET LOCUTI SVNT AD INVICEM: ME-
rito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum,
videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur
nos, & non audivimus: Id circo venit super
nos ista tribulatio.*

*Vers. XXII. E QVIBVS VNVS RVBEN, AIT: NVN-
quid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum: &
non audistis me? En sanguis eius exquiritur.*

*Vers. XXIII. NESCIEBANT AVTEM QVOD IN-
telligeret Ioseph: eo quod per interpretem
loqueretur ad eos.*

V E R S I O N E S.

SEp. *Certe in peccatis sumus pro fratre nostro, quia despexi-
mus tribulationem eius animæ, quando orabat nos. Nonne
loquutus sum vobis, dicens: ne nocetis puero, & non exaudi-
sti? Ipsi ignorabant quæ audit Ioseph, interpret enim inter
illos erat.*

Cald. *Vere debitores sumus in fratrem nostrum, eo quod vidi-
mus angustiam animæ eius, quando deprecatur nos, & non ac-
quievimus ei.*

Onk. *In veritate rei sumus propter fratrem nostrum.*

Pagn. *Vere deliquimus contra fratrem nostrum. Id circo venit
super nos angustia hæc.*

Oleast. *Profecto desolati nos propter fratrem nostrum, qui vi-
dimus angustiam animæ eius, dum miserum se nobis exhibe-
ret, & non audivimus.*

Eug. *Profecto nos scelerati sumus.*

Lipp. *Vere culpati sumus.*

*Cur locuti sunt ad invicem? Quia præ nimia angustia af-
flicti, & anxij conferebant inter se causam tantæ afflictionis,
& ærumnæ, quæ illis innocentibus, & sceleris, quo inurebā-
tur, omnino inscijs, accidebat. Suspicabantur enim malum
aliquod irrepere in tanto malo, quo torquebantur. Optima*

1062
Malum
pulpam
arguit.

con-

consideratio, ait Oleast. cum fenseris poenā culpę meminisse.

Cur merito hæc patimur? Quis accusator, aut Iudex hæc vos merito pati denuntiat? Ipsa conscientia, quæ delictorū nostrorum accusator erit, & Iudex. Quæ vel in secreto sūt conscientia novit, servatque ad accusationem, & punitionē. Vide nunc ait S. Chrisof. quomodo ex conscientia eorum in corruptus ille Iudex adversus eos insurgat, & nullo arguente, vel in medium quidpiam adferente, ipsi sui ipsorum accusatores fiant.

Merito hæc patimur: Quia tribulationibus anxij recordati sunt ad poenitentiam. Hic sæpe effectus laboris, & tribulationis est. *Miserere mei Domine*, aiebat David Pl. 30. 10. *quoniam tribulor*, & Pl. 68. 18. *Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me*. Parit enim ait S. Aug. in Gen. tribulatio poenitentiam.

Cur nunc pati fatentur, cum soluti cum frumento mittuntur ad Patrem? Quia illorum vnus cogitur in vinculis permanere. Plus fratris oppressio quam cunctorum affligit erumna. Tædet illos libertas, dum vnus mancipatur. Emisissis è carcere frumenta redduntur, sed frater eripitur. Malumus, inquit frumento carere, quam fratre. Torquentur sane, & nimis pati queruntur cum fratrem in vinculis relinquunt, & orbatum inter catenas deserunt. Eos disiunctio, & poena fratris torquet sævius, quam catena.

Cur quia peccavimus in fratrem nostrum? Quia non crederunt tanta mala fortuitu, & casu evenisse, nec ea imputarunt improbitati Proregis. Nos illico callumniarum procellam tribuissimus feritati ethnicae nationis, cupiditatieque imperantis, pecuniam tritico destinatae ambientis, prodicionemque hac de causa fingentis. Non mala, quæ te circumdant, à Dominante, à fratre, ab inimico eveniunt, tua te antea crimina plectunt, & de te vindictam resumunt.

Cur peccavimus in fratrem nostrum? Certe Iudas cum Thamar coivit. Ruben Balam contrupavit. Cæteri pessimi criminis contagione foedati, & tamen non ab ijs flagitijs emanasse tribulationem opinati sunt; sed ab illata Iosepho iniuria. Nimirum iniqua opera carnis sunt; sed enormius fratrem oppressione, & per vindictam castigasse. Nos de libidine

1063
Conscientia Iudex,
& testis.

1064
Tribulatio poenitentiam parit

1065
Vnio fraternæ.

1066
Mala tua à te.

1067
Vindicta atrocior luxuria.

angimur vehementius, non tam gravitate; sed delicti scditate, quam de damno civibus inflictio. Patriarchas plus odij pœnitet, quam lascivia.

1068 Peccatum
vnius trā-
cedit alios
Cur quia peccavimus in fratrem nostrum? At, Iudas non peccavit, qui ne moreretur Ioseph in puteo, eum distrahendum curavit. Non peccavit Ruben, qui eum liberare adnixus est. Quomodo ergo clamatis: *peccavimus*, & in fratrem nostrum in quem duo illi non peccaverunt? Nimirum rei sunt omnes fratres, & si ex eis vel vnus grassetur in fratrem. Quod vnus peccat, vel plures committunt, omnibus imputatur. Id advertant maxime cœnobitæ, quos inter, si vnus delinquat, cæteros delinquentes facit.

1069 Peccatum
in nosse
tur; non in
Deum.
Peccavimus in fratrem nostrum. Et pessimi criminis poluti labe nonne peccastis in Deum? Nonne etiam in Deum peccastis, cum oppressus Ioseph, nudatus, & venditus? Ita sane; sed vix angimur læsi numinis contumelia, qui dicerpimur sola recordatione durius à nobis exepiti fratris.

1070 Pœna oculo
aperit.
Cur modo sceleris pœnitet? Quia antea, dormitaverunt ad culpam; modo vigilant ad pœnam. Crimina pro nihilo habentur, dum patrantur; sed ad supplicium horremus, & formidamus. Sic S. Chris. *hom. 4. ad pop.* Vides, ait, quomodo timor ille ipsos peccati sui commonefecit, quando peccabant quidem non sentiebant, quando vero puniti metuebant, tunc recordati sunt.

1071 Afflictum
fratrem non
audire,
crudele est
Cur cum deprecaretur nos, & non audi vimus? Quia crudelitas scvissima est non audisse fratrem deprecantem, & præ angustia spiritus gementem. Sic Philo *lib. de Ioseph.* Ut scias, ait, nullum immaniolem; sed tygribus hircanis crudeliorem, qui fratris lachrymas non respicit.

1072 Corrige
careat
culpa.
Cur è quibus vnus Ruben? Cur scilicet hic solus, & loquitur, & increpat? Quia vnus ille sine culpa in traditione Iosephi fuit. Innocens ergo sit, & sine scelere, qui aliorum crimina increpare festinat. Audi Abul. Iste inter alios loqui potuit, quia in venditione Ioseph innocens fuerat, cum laborasset innocuus, vt redderetur patri suo. Et Lipp. Quem cum nolissent audire dehortantem, nunc ferre coguntur improperantem flagitium.

Cur dixi vobis: nolite peccare in puerum, cum talia non di-

dixerit, sed tantum: ne necaretur, traducto eius suafione in cisternam Iosepho? Nimirum iactamus nostra liberaliter præclare gesta, dictave: & quæ egimus ita ponderamus, vt magnificentiora, quam sunt, videantur. Et liberalius quoque calamitosi obijcimus crimina, cum eventuum infelicitate grandescunt.

Cur *sanguis eius exquiritur*? At nusquam sanguis eius effusus? Imo profusus immanissime, & non semel. Peior enim, & immanior occisione servitus est: illa namque semel iugulat; hæc ingenium toties conficit, quoties hic emptori famulatur. Merito enim eius sanguinem exquiri dicitur. Hinc aut impietatem superiorum conijce, qui alienam opprimunt libertatem; aut pietatem eorum celebra, qui propriam in cœnobijs devovent Deo. Neque enim durior mors esse potest, quam sui iuris hominem addici extero, subdique aut pari, aut impari.

Nunquid non dixi vobis nolite peccare: Nihil ad hæc responsum à fratribus suo scelere convicti, & confusione contriti. Hæc in supremo iudicio repetent, & superiores subditis, & filijs Parentes. Non dixi vobis: Nolite peccare, & nō audistis me? Obmutescunt tremefacti ad monita, qui surdas olim aures monitionibus suorum Præfectorum præbuerunt.

Cur *per interpretem loquebatur*. Quis iste interpret? Communiter dicitur Manasses à Patre instructus. Cur vsus fuit Ioseph pro interprete filio, octo tantum annorum puero? Quia licet plures essent Hebraico idiomate docti in Ægypto, vt illis recussavit, ne, si quid minus decorum responderetur à fratribus à se punitis, & vt proditores acti, & à se, & à filio facilius dissimularetur, & apud alios novi criminis, quod castigaretur à Rege, rei fierent. Sic à fratribus venditus fratribus consuluit.

Sed altiori sensu Ioseph locutus est per filium Manassē, vt significaretur æternus Pater, qui *novissime diebus istis locutus est nobis in filio*. Hebr. 1. 2. Et per illum tamquam per interpretem plura supernaturalia nobis ignota, & plura abditata scripturarum mysteria patefecit. Neque amplius latere potuerunt illa arcana, quæ disertissimus interpret declaravit.

Deinde: verba, quæ Ioseph ad fratres durius loquebatur,

1073

Iactantia
factorum.

1074

Servitus
durior
morte.

1075

Superiores
opprimen-
tes.

1076

Confusio
damnat in
iudicio.

1077

Frat. à dis-
simulandi
defectus.

1078

Æternus
Pater locu-
tus per fi-
lium.

1079
Christus
mediator
inter Deū,
& nos.

prius in ore filij mollebantur. Verba quę fratres proferebāt, indigna beneficio propter malevolū eorum animū, dum per os illius interpretis transibant, gratiora erant Patri, & digniora, quę misericordiam impetrarent. Sic æternus Pater filium sibi interpretem elegit, per quem ad nos loqueretur, & loqueremur nos. Æternus Pater duras intendebat minas; nos invalidas offerebamus preces. Aduit Christus interpres, in cuius ore Patris minę mollescerent, & nostrę preces gratiores, & validiores redderentur.

Vers. XXIV. AVERTITQVE SE PARVMPER, ET flevit: & reversus locutus est ad eos.

Vers. XXV. TOLLENSQVE SIMEON, ET LIGANS illis præsentibus, iussit ministris vt impleverent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibarijs in viam: qui fecerunt ita.

Vers. XXVI. AT ILLI PORTANTES FRUMENTA in asinis suis, profecti sunt.

VERSIONES.

SEp. *Et tulit Simeon ab eis, & ligavit eum coram eis. Mandavit autem Ioseph impleri vasa eorum frumento, & reddi argentum eorum unicuique in saccum suum, & dari eis cibum in viam, & factum est illis sic.*

Cald. Et inclinavit se ab eis, & flevit, & reversus est ad eos.

Pagn. Et tulerunt alimentum suum super asinos, & abierunt.

Hebr. Et fecit eis sic.

1080
Peccatum
deplorabile
malum.

Cur *Avertitque se parumper, & flevit*? Cur scilicet, nunc primum flevit Ioseph? Si fratrum commiseratione: Cur non flevit cum illos videt proclinari; cum coniecit in vincula, triduoque catenis excruciauit? Quia fratrum nunc scelus commemoratur. Ergo, qui fraternam calumniam videre siccis oculis potuit, audire flagitium fratrum absque lachrymis nō potuit. Vera enim calamitas, non fames, & catenę sunt; liyor est, & improbitas deplorabilis.

Quamquam lachrymari Iosephum crediderim, quod in

tot angustias incidisse fratres intellexit, quod in se conspirassent: *Quia peccavimus in fratrem nostrum.* Quandiu credidit exerceri fratres calamitatibus ad coronam, lusit Ioseph: vbi vero iniurias suas vindicari sensit illorum ærumnis, lusum mutavit in luctum. Vnde nos lætaremur, inde Ioseph affligitur. Calamitatem ad expolienda fratrum corda dilexit, sui causa inductam exhorruit. Quod vindictæ speciem quamdã præferret detestatur, & deslet. Nullo modo, ait Oleaster, poterat ferre peccatum fratrum in fratres vindicari.

1081
Vindicatio
Inimici dilectio.

Cur ergo fratres gementes non audit, & miseretur? Ipsi sibi responcionem parant: *Et non audivimus eum,* scilicet, *videntes angustiam animæ illius cum deprecaretur nos.* Certe qui afflictum non audit, indignus fit, vt afflictus audiatur. Dicente Scriptura Prober. 21. 13. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non audietur.*

1082
Afflicti audiendi.

Cur tollens Simeon, & ligans? Quæ miseratio est, quæ lachrymatur, & ligat? Quia forma ista est probi, constantisque Iudicis, à quo in tantum exulat ira, vt pro ærumnoso lachrymetur; & in tantum amat æquitatem, vt vinciat quem luget. Pro amore fratris ibit in fletus Ioseph, pro zelo iustitiæ reum devinxit.

1083
Iudex dolens; sed castiget.

Cur Ioseph vincendum elegit? Quia fratres decertabãt, volens vnusquisque sese in pignus dare, & laborem carceris sibi sumere, & cæteros sublevare. Non videbatur, ait Abulensis, fraterno amori convenire, vt ipsi de se ipsis determinarent vnum magis quam alium vinculandum; sed magis quilibet eorum se pro alijs offerre.

1084
Fratres pro fratre pati spondeant.

Cur ligavit Simeonem? Sceleratus erat. Num sine scelerare ceteri? Iudas coivit cum nuru. Ruben cum Bala congressus est. Filij Zephæ accusati crimine pessimo. Cur ergo ijs coniectis Simeonem in vincula coniecit? Quia libidini subcubnere ceteri: strictis gladijs Simeon, & Levi irrupere in Hemor, & Sichem, omnesque masculos interfecerunt, & devastaverunt urbem, Cap. 34. 35. Nullo respectu aut affinitatis, aut religionis, aut fidei. Luxuriæ parcitur; homicidio, & proditio non parcitur.

1085
Homicidæ non parcendum.

At Levi consors fuit in internectione Sichem. Cur hic non ligatur ad homicidij, & proditiois supplicium; sed Simeon?

1086
Sacerdotū
reverentia

meon? Forte quia is primum gladium evaginavit, vel quia ille Levitarum Parens designatus. Sacerdotij reverentia punitionem elusit. Conijcite hinc rerum arbitri, & Iudices, nullis minus parcendum quam homicidis: Nulliusque vinculis abstinendum, quam vel adumbrati Sacerdotes. Pares in strage Levi, & Simeon; non pares supplicio sunt; ab hoc Duces sperabantur; daturus ille erat Iudæis Sacerdotes, & Levitas. Abstinent se sæcularis Præfectus ab oppressione Levi futuri Patris Levitarum.

1087
Scandalosus
punien-
dus.

Sed causa ligatum fuisse præ cæteris Simeonem ea fuit, quam recenset Philo, Nempe, quod ille autor fuerat, conspirationis in Ioseph; ille incitator, & motor, talari illum tunica exuerat. Hoc igitur est, ait Philo, nempe: propter maius in fratrem odium, cur ei soli iniecta fuisse vincula existimo. Et Genn. Quia præter cæteris ille fuerat iniurius. Et Lyran. Gravius cæteris fratribus deliquit, & ideo plus debuit puniri.

1088
Punitio
propter
alios.

Cur *illis presentibus*? Ut oppressione, quam viderant in fratre, efficacius agerent, ut ille solveretur; & quantocius redirent. Sic Lipp. Dure, ait, affligit illos, fratrem eis aspicientibus, ut aliquando illius liberationi diligentius incuberet.

1089
Iustitia si-
ne rapina.

Illis presentibus: Alligavit; sed non nudavit: Vincula iniiecit, non togam abtulit: quin fratribus pecuniam regessit, & cibaria contulit. Ut intelligerent severitatem, & iustitiam in iudicio, non lucrum, apud Ægyptios exerceri.

1090
Beneficia
abscondita.

Illis presentibus: Quia Ioseph maleficia palam ingerebat, videntibus illis Simeonem ligavit; sed beneficia clandestina esse sanxit, clam nummis in laccos conditis cum frumēto. Nimirum terrere voluit transgressores; beneficis noluit proclamari. Nos vero grassamur clanculum, propalam dilargimur. Vnus est sol, qui externe vrit, abscondite fruges, metallaque gignit, & conquoquit, & arcet spectatorem.

1091
Punitio ad
aliorum emē-
dationem.

Cur vnus punitur demissis cæteris? Ut delicta omnino impunita non maneant, & punitione vnus reliqui emendantur. Sic S. Ambros. *Ser. 18. in Ps. 118.* Etenim dum vnus punitur, plurimi diriguntur; meliusque est, ut vnus aut duorum damnatione plurimi liberentur, quam duorum absolutione plurimi periclitentur.

Cur ita beneficis Ioseph in fratres, quos dure accepit, &

punivit; modo *iussit ministris, ut impleant eorum saccos trinito, & reponerent pecunias?* Eos audivit cognoscentes, imo, & confitentes peccatum suum, & illico emollitum eius cor ad beneficia, & miserationem propendet. Sic peccatorum confessio misericordiam accelerat, & remissionem: *Confitebor ad versum me iniustitiam meam*, ait David Pl. 31. 5. *Et tu remisisti impietatem peccati mei.*

1092
Confessio
miserico-
rdiam con-
sequitur.

Cur, & *reponerent pecunias singulorum in sacculis suis?* Nimirum ad cibos sacci sunt lacci, ad pecuniam sacci sacculi videntur: fatiem novit ingluvies; fatiem nescit avaritia, vel sacci amplissimi auro referti, angusti videntur sacculi avaris, quibus brevis est ampla domus ad recondenda auri, argentineque talenta, & colligendos Thesauros.

1093
Avaritia
inexplevi-
lis.

Cur, & *fecerunt ita?* Quia pro magno est Ministros obtemperare, præcipue in elargienda pecunia, quin musitent; quin creditorem sæpe repetere obligent; quin imperati resistent; quin contumaces sint, rideantque non raro Regum mandata tamquam prodige, & inconsiderate decreta. Videas Præfectos ærarij quantas inquirent excusationes, ne se expolient pecunijs regijs, patientibus muneratis, forte ut & ipsi prius munerentur.

1094
Ministri ad
obediendū
munerādi,

Cur in Heb. legitur: *Et fecit eis sic?* Quia quod implevere ministri, completum fertur à Domino, & imputatur Iosepho, refusæ per servos pecuniæ in vasa fratrum. Hinc discant Primores quantus debeat esse electus famulorum, quæque attente eorum sit moribus excubandum, quando res eorum gestæ tribuenda sint imperantibus.

1095
Servorum
acta domi-
nis tribuū-
tur.

Et fecit eis sic: Quia frustra imperant Domini, nisi quod præcepere, perficere faciant, aut ipsi perficiant; præsertim si beneficia præscriperint. Nam famuli ad eroganda supplicia paratissimi sunt, etiam iniussi; ita ad eroganda frumenta tardi esse consueverunt. Quam multi ex Regibus exclamare possunt cum Iacob. Gen. 34. 30. *Turbastis me, & odiosum me fecistis Chananæis.* Nam illusi à Ministris Reges, illa illi exequantur, quæ Regē insontē, & inscium, odiosum faciunt.

1096
Servi mali
odiosos re-
dunt do-
minos.

Abrahamus exepturus convivio Angelos ipse ad armen- tum cucurrit, & tulit vitulum tenerrimum, & optimum. Gen. 18. 7. Nam emanciatum, & deterrimum parasset hospiribus,

si virali electionem famulis demandasset: dixissent enim: Quid nobis cum exteris, & ignotis. Vide tom. 4. n. 8.

1097
Missa libe-
rat vincos

Purgato-
rium.

Cur, & fecerunt sic? Scilicet frumentum obtulerunt pro dimittendis; non vero pro Simeone. Hic catenatus manet, cæteri soluti ad patriam tendunt. Vt noscamus Eucharisticū frumentum liberare à catenis eos, quibus adijcitur, permanente in vinculis eo, cui non confertur.

Vers. XXVII. APERTO QVE VNVS SACCO, VT daret iumento pabulum in diversorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi,

Vers. XXVIII. DIXIT FRATRIBVS SVIS: REDDITA est mihi pecunia, en habetur in sacco.

Vers. XXIX. ET OBSTUPEFACTI, TVRBATIQUE mutuo dixerunt: Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?

VERSIONES.

SEP. Solvens autem vnus marsupium suum, vt daret pabula asinis suis, in loco quo diuenterunt, & vidit alligaturam argenti sui, & erat super eos marsupij. Redditum est mihi argentum, ecce in marsupio meo, & obstupuit cor eorum, & turbati sunt inuicem.

Cald. Et facti quasi insani, & obstupuerunt dicentes, &c.

Pag. Vt daret pabulum asino suo in hospicio, & egressum est cor eorum.

Onk. Egressus est sensus cordis eorum, obstupefacti sunt ad inuicem.

Cur aperto vnus sacco? Quis iste vnus? Hebræi tenent fuisse Levi. Sed cur vnus? Cum omnes saccos suos aperuerint, inuenerintque pecunias, vt notauit Abul. & ipsi ad Patrem contestati sunt illis verbis: Cum venissemus in diversorium aperuimus saccos nostros, & inuenimus peccuniam? Cap.

43. 21. Resp. Lyran. & Abul. Vocatur vnus; id est solitarius, quia cum decem decendissent ibant combinati, Simeon, & Levi erant socij, erant enim nimis familiares inter se, nunc ergo detento Simeone in vinculis solitarius redibat Levi, li-

1098
Amicitia
particula-
ris.

cet inter omnes fratres veniret. Quasi diceretur : qui caret dilectio socio, & privato amico, inter alios vnus, & solitari-
us est.

Cur *vt daret iumento pabulum*? Quia sollicitus erat ne labore itineris, & oneris in via iumentum deficeret. Si tanta cura vel brutis laborantibus adhibenda est; qualiter qui fer-
vis, & ancillis vtuntur, post assiduum, & importunum servi-
tutis onus, eos ali, & sustentari non curant, denegata quan-
doque mercede laboris? Certe Dominus populos se sponte
sequentes, annonæ, qua illos reficeret, studuit: *Dimittere*,
ait, *eos ieiunos nolo: ne deficiant in via.* Matth. 15. 32.

Cur *contemplatus pecuniam*? Quia ignorabat in sacco
contineri; clam namque reponi studuit Ioseph, ea ductus ra-
tione, vt refarciret damna illis in detentione, & incarceratione
illata, præcipue non comperto crimine, quo inureban-
tur. Vt sciant Iudices, se reos fieri damni, quod miseri patiū-
tur iniuste vexati, curent compensationem, qui curarunt in-
fontis pressuram.

Cur tanti beneficij tesseram secrete reponit? Quia quod
manifeste largiris, ipso publicationis plausu muneratur, &
emittitur. Tum quia compensatio damni secrete promenda; ne
iniustitia, suspecta saltem, reparantis propaletur. Demum,
ne reparanti tamquam quid gratum, & indebitum gratifice-
tur, quod iure iustæ compensationis rependi obligatur.

Cur *reddita est mihi pecunia*? Vt, si quando exigeretur,
illum, vel ipsi fratres, si eam non manifestaret, de furto ac-
cusarent. Suspecti quidem sunt, qui pecuniam non suam
apud se inventam abscondere satagunt, nec manifestant, ne,
cui restituatur, Dominus inveniatur.

Cur *obstupescit, turbatique* anxiantur? Quia mala con-
scientia reos timidos ad omnia redit. Magis anxij facti sunt,
ait S. Chryf. suspicantes ne, & hoc augmentum eis esset cri-
minum, & à conscientia accusati omnia tribuebant peccato.
Et Lipp. Sic semper præsumit sæva perturbata conscientia.
Ita ille. Veriti quidem sunt ne forte ab Ægyptio Principe
struerentur insidiæ, & calumniæ consuerentur, & eos tam-
quam latrones exciperet.

Cur non revertuntur ad Ægyptum vt inventam pecu-
niam,

1099
Servi alan-
tur.

1100
Iudices dā
na cōpen-
sent.

1101
Damnum
secrete re-
parandum

1102
Pecunia
absumdita
suspecta.

1103
Consciētia
malatimēt

¶ 1104
Esurienti
prius con-
sulendum.

niam, & suam innocentiam depromant? Diu demorati fuerant, tum dum accusati defenderentur, tum vinculis constricti, eos in esurie expectante parente. Maluerunt pro inde Parenti, potius quam sibi, in tanto discrimine consulere. Non reddiderunt statim, inquit Lipp. cunctabundi patri cupientes consulere esurienti.

¶ 1105
Punitio di-
versimode
à Deo.

Cur *quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?* Quia ex suis demeritis suspicati sunt, ad maiorem sui confusionem, punitiōnemque, ista sibi parari à Deo, qui diversimode scit, vultque scelera in se, & in suos, patrata vindicare. Sic Autor Cat. Angustia, ait, non exuuntur quam maxima, sic Deus multis modis vindicare solet peccatores.

¶ 1106
Prospera,
& adversa
à Deo.

Quod fecit nobis Deus? Quia in schola Iacob instructi filij, dum se afflictos vident, merito se puniri à Deo fatentur, *Merito hæc patimur*, dum pecunias saccis impositas intuentur, Dei prædicant largitatem. Norunt iusti, ait Oleaster; omnē eventum bonum, vel malum in Deum referre, à quo cuncta procedere sciunt. Ita ille. Vt mala patienter feras, vt à Deo inflicta, & in prosperis non superbias; sed Deo te creditorem constituas.

¶ 1107
Pretii pro
beneficij
remittere
Dei est.

Cur repertæ pecuniæ auctorem Deum efficiunt? Quia triticum advenis, & exteris sine pretio, & in tempore penurix rependere; id qui faciat, aut Deus est, aut similis saltem Deo. Quis est hominum, qui offerentibus pretium gratis merces tribuat, & in occulto pecunias reddat?

¶ 1108
Frater gau-
deat de bo-
no fratris.

Cur inventa pecunia in sacco vnus, congratulantur omnes, & gratias Deo referunt, collaudato benefactori? Vt videas qualis amor, & coniunctio fratrum esse debeat. Ita vt de bono, & beneficio alteri collato, tamquam vniuscuiusque proprium omnes gratulentur. Id veræ fraternitatis indicium non leve est.

¶ 1109
Eucharis-
tiæ libe-
ralitas.

Cur frumentum simul, & pecuniam referunt filij Iacob? Quia in hoc frumento Eucharistia figuratur, quæ liberaliter confertur, & gratis datur. Non enim pecunia emitur Christus, ait S. Ambr. *In hunc loc.* Pretium tuum fides est. *Emitte, & comedite*, ait Isaias 55. 1. *emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.*

Deinde: ne quis cogitaret acceptione istius salutaris fru-

menti bonis temporalibus destitui, & expoliari. Dives regreditur, qui thesauros suos in colendo, frequentandoque hoc sacro frumento impendit.

Deinde: pecunia imposita est non faccis tritici; sed hordei, quod est iumentorum pabulum, non enim triticum iumentis præbere in tanta ciborum penuria congruum erat, ergo collata erat pecunia in faccis hordei, nam tam vilis reputanda est, ut non rationalium; sed inter brutorum cibaria rejicienda fuit.

Insuper releganda erat à faccis tritici, nam si triticum Eucharistiam adumbrat, exulet omnino ab hoc tritico illud quod instrumentum avaritiæ est. Nihil magis invisum in hoc ferculo quam divitiarum esuries. Ideo ad mensam Regis ad vocantur Pauperes. Quare S. Chris. *bom. 60.* prædicat: Nullus Iudas assit: nullus avarus, nã tales mensa non suscipit. *Vers. XXIX. Venerunt ad Iob patrem suum*, cui retulerunt quæ eis in Ægypto evenerunt, eisdem fere verbis quibus narrata, & exposita sunt. Ideo transitum facio ad Cap. 43.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXIII. VERS. I.

INTERIM FAMES OMNEM TERRAM VEHE-
menter premebat.

Vers. II. CONSUMPTISQUE CIBIS QVOS EX
Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Revertimini, & emite nobis pauxillum escarum.

VER.

Eucharistia ditat.

IIIO
Pecunia pro vili habenda.

IIII
Avaritia exulet ab Eucharistia.

VERSIONES.

SEp. *Fames autem invaluit super terram. Factum est autem quando consummaverant edere frumentum, quod attulerant ex Aegypto, & dixit eis pater eorum; rursus euntes emite nobis pusillas escas.*

Cald. *Fames autem praevalerat in terra.*

Pagn. *Erat gravis in terra, & fuit cum finissent edere alimentum, revertimini emite nobis pusillum cibi.*

1112
Amor car-
eus.

Cur interea fames? Id est, dum filij cum Patre decertarēt de ducendo Benjamin, quia hic pluris erat apud Iacob quam ceteri fratres, ideoque ille malebat famem pati, quam Benjamin remittere, & eius praesentia privari. Adverte, ait Oleast. mirabilem vim amoris, ut potius amans permittat se mori, quam ab amato divelli.

1113
Fames ad
monstra
cogit.

Cur fames omnem terram vehementer premebat? Quia fames, dum grassatur, non solum torquet; sed vehementer premit, & ad monstruosa cogit. Tempore Helisæi, quaedam mater fame agitata, ne periret in obsidione Samariæ, filium comedit. Ut patet ex 4. Reg. 6. 29.

1114
Pater soli-
citus ma-
gis quam
filij.

Cur consumptis cibis dixit Iacob: revertimini? Quia Pater de cibarijs sollicitus est; non filij, quibus nulla de domus conservatione, aut œconomia anxietas. Parenti grandævo totū onus committitur, otiantibus quandoque filijs. Filiorum, inquit Oleast. mirabilis neglectus, & mira Patris sollicitudo.

1115
Carcerati
deferuntur
à suis,

Cōsumptis cibis dixit: revertimini: non dicturus, si suppetent escæ, eos tunc necessitas cogeat; non charitas fratris, quem in vinculis reliquerant. Res mira manserat Simeō in pignus donec redirent ceteri cum Benjamin, ut isti libertatem consecuti sunt, non curant de incarcerato solvendo, maneret adhuc in catena Simeon, si cibi non deficerent. Quam nulla de incarceratis cura; miserorum, victorumque vel fratres obliviscuntur.

1116
Superior
sibi tantū
consulens.

Cur emite nobis? Quia non tam sibi consulere volebat sapientissimus senex; sed omnibus. Crudelis prorsus, & indignus dominatu est superior, qui cum sibi abunde necessaria provideat, & laute degat, familiam subditorum patiatur esu-

esurire, & fame torqueri.

Cur *pauillum escarum*? Quia sperabat Deum pro sua in homines providentia cito fruges illis necessarias largiturum. Credebat, ait Lyran. Iacob quod Deus cito miseretur populo suo, dando remedium conveniens; ideo pauci cibi sufficiebant.

1117
Fiducia in
Dei provi-
dentia.

Cur pro tam magna familia, *pauillum escarum* inquit? Quia cum fames vrgeret, & penuria ciborum multa esset, parum panis optabat, quod ad sustentationem sufficeret, sese temporis accomodans egestati. Sunt ita prodigi, ne dicam superbi, qui dum magis inedia premuntur, & penuria bonorum angustiantur, non temporis; sed vanitati se accomodant, plus expendendo ad pompam, quam possint ad victum.

1118
Pauperes
vani.

Vers. III. RESPONDIT IVDAS: DENUNTIAVIT nobis vir ille sub attestazione iuris iurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.

Vers. IV. SI ERGO VIS EVM MITTERE NOBIS- cum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria.

Vers. V. SIN AVTEM NON VIS, NON IBIMVS: VIR enim, vt saepe diximus, denunciavit nobis, dicens: Non videbitis faciem, &c.

V E R S I O N E S.

SEp. *Contestatione contestatus est nobis homo, Dominus terra, dicens: non videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior vobiscum fuerit. Siquidem igitur mittas fratrem nostrum vobiscum, descendemus, & ememus tibi escas.*

Cur Respondit Iudas? Quia iam antea Ruben, qui primogenitus erat, locutus fuit, interfectioni exponens duos filios suos. Cap. 41. 37. & non exauditus fuit, ideoque Iudas, qui auctoritate pollebat apud Patrem, locutus est. Memor Iacob, ait Philo, prateritorum casuum, tunc adhibitus est qui inter fratres excellebat animo, auctoritate, & facundia, & is communem sententiam parenti aperuit.

1119
Auctora-
tus loqua-
tur.

Cur denunciavit nobis vir ille sub attestazione iuramenti?

Vt

¶ 1120
Iuramentū
præcis in-
tegeratū.

Vt tamquam indubitatum crederet, & sibi suaderet Iacob malum suis filijs eventurum, cum illud Ægypti Gubernator minatus fuisset, interposita iuramenti attestatione, quæ apud ipsos intemerata, & irrefragabilis erat. Nos, advocata divini Numinis auctoritate, facile resiliimus, & pactam tanto sacramento fidem temerarie frangimus.

¶ 1121
Superiores
tetti.

Cur minatus est dicens: *Non videbitis faciem meam*, idque horrent, & timent filij Iacob? Quia pro magno, & intolerabili supplicio habent visione faciei Dominantis, & Gubernantis non videre. Noscant Superiores, quam atroci subditos cruciatu torqueant, cum ita se austeros ostendant, & rusticos, vt faciem tetram, tamquam Parentis illos gubernantis, vix placide aspicere liceat.

¶ 1122
Purgato-
rium.

Noscant omnes, quam acri supplicio Animæ iustorum in purgatorio crucientur, dum inter flammæ illius incendij dentæ faciem sui Redemptoris, & Domini, quem vnice diligunt, aspicere prohibeantur. Quamque innenarrabilis, detestabilisque erit dolor damnatorum, qui per omne interminabile ævum vultum sui creatoris conspecturi non sunt.

Damnati.

¶ 1123
Patres nō
affligendi.

Cur in tanta necessitate ferendi secum Benjamin, tum vt bene admitterentur à Prorege: Tum vt liberaretur Simeon: Tum etiam vt cognosceretur eos non fuisse exploratores, puerum inconsulto renitente Patre non rapiunt? Quia malunt hæc omnia pati incommoda, ne Parentis animum affligant, memores anxietates, quas passus est senex in amissione Ioseph. Sic boni filij quæque mala tolerant, ne Parentes angustientur.

¶ 1124
Aulis te in-
tromitten-
tes.

Cur *Si vis eum mittere pergemus, & ememus tibi necessaria*? Quia ille gratiofus erit Præfecto, qui se abstinuit ab aula. Illi certe gratiofus admittuntur, qui per se non introducuntur; sed vocantur, isti benevole amplectuntur. Qui sese ingerunt fastidio solent esse Principibus, à quibus cum contemptu deiciuntur. Vocabatur Benjamin, benevole accipietur cum suis.

¶ 1125
Deo frue-
mur per
Christum.

Deinde: Benjamin filius erat Rebeccæ, quæ typus fuit B. Virginis. Non igitur videbitis faciem Domini nisi hunc fratrem vestrum adduxeritis. Quasi sensus sit: Per Christum Dominum fratrem nostrum, melioris Rebeccæ filium, nos faciē Dei in æterna felicitati lucratu-
ros.

Verf.

Vers. VI. DIXIT EIS ISRAEL: IN MEAM HOC FECISTIS miseriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem.

Vers. VII. AT ILLI RESPONDERVNT: INTERROGAVIT nos homo per ordinem nostram progeniem; si Pater viveret: Si haberemus fratrem; & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scilicet: nunquid scire poteramus quod diciturus esset: Adducite fratrem vestrum vobiscum?

VERSIONES:

Sep. *Quam male fecistis mihi, annuntiantes homini quia est vobis frater.*

Pagn. *Interrogando interrogavit vir nobis, & cognatione nostra, dicendo: nunquid adhuc Pater vester vivit? Nunquid est vobis frater, & nuntiavimus ei secundum verba ista.*

Cald. *Narravimus ei iuxta ordinem verborum istorum.*

Oleas. *Respondimus secundum os verborum istorum.*

Cur in meam hoc fecistis miseriam? Quia senectutis comes diffidentia, & suspicio est. Suspiciantur enim quod omnes procurent grandævis illudere. Clamant in iuniores, quod nullam de maioribus curam habeant, parumque abesse, vt vivum senem sepulchro inferant, vt liberiores possint vivere. Suspiciatur Iacob in sui miseriam, & destructionem, fratres fratrem habere aperuisse, adeo senectutis comes inseparabilis est suspicio.

Cur Iacob, qui olim Iosephum ad fratres, quibus sciebat invisum, sine custode misit, vnde Iosephi labores, & procurata occisio deducta est, non imputavit sibi calamitatem, qui suam miseriam nunc filiis imputat? Quia aliorum causas, & defectus facillime damnamus, nostras nec cognoscimus, & defendimus. Sic fit, ait S. Greg. 3. *Mor. cap. 23.* vt dum aliena dijudicanda mens ducitur, proprii iudicij lumine privamur, & audientium contra aliena superbiat, quod sua negligentia ignorat.

1126

Senes mala suspiciantur.

1127

Defectus nostros ignoramus, non alienos

1128
Amor cru-
ciat.

Cur tanta repugnantia in Iacob in mittendo cum fratribus Benjamin? Quia cum supra modum diligebat, & memor Ioseph perijsse inter fratres, timuit nequid simile pateretur, licet eos non videret averfos. Secundum conditionem amoris, ait Abul. omnis amans est timens, & sollicitus. Hinc, qui nimis amat cruciatum præfert. Ita vt dixerit Tertul. Amor hominem martyrem excudit.

1129
Rationale
infanat.

Cur senex, aliunde prudens, non suaderi permittit, tum ex necessitate annonæ: Tum ex captivitate Simeonis: Tum ex honore filiorum, qui vere haberentur vt exploratores, si non ducerent Benjamin? Quia in integritate, & sanitate mentis, amor dementat amantem. Pulchre Abul. in cap. 6. *Judic. q. 6.* in amore, ait, modum tenere nihil aliud est, quàm si quis cum ratione esset infanus.

1130
Domesti-
cacelanda

Cur vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem? Quia conqueritur de eo quod extero exposuissent, quid intra domesticos parietes contineretur. Non enim divulganda sunt exteris, quæ domi habentur, & aguntur, & si morigerata sint, & in nihilo vitiosa. Nos quotidie quæ minus recta tractantur intra claustra, vel discutiuntur in cellulis, cum fratrum, & boni nominis dispendio, lipis, & tonsoribus nota facimus.

1131
Ni detur
causa,

Cur interrogavit nos homo? Vt ostenderent se, non ex garrulitate aperuisse domestica; sed necessitate ducti illa manifestasse, quæ nullum inconueniens paritura crediderunt. Ne putes, ait S. Chrisof. nos sponte confessos viro, vt se habeant res nostræ, quoniam nos quasi exploratores vinxit: Interrogavit enim diligenter de rebus nostris.

1132
Filiorum
turba com-
miserat.

Sed quid opus fuit aperire alium se habere fratrem? Vt ita clementius miseretur Parentis in tempore tantæ sterilitatis tot sustentanturi filios, & congruam frumenti quantitatem ferre permetteret.

1133
Mendacium
invisum.

Deinde quia, si id occultarent, qui vt exploratores habebantur, & resciretur postea, magis suspecti haberentur. Demum; quia interrogati sine mendacio retinere non poterant, quibus exosum, & invisum mendacium fuit. Vnde S. Chrisof. ait: Vt vere omnia testaremur.

Cur interrogavit nos homo? Quomodo nunc hominem communi vocabulo nuncupant, quem omni reverentia Do-
mi-

minum appellarunt, & adoraverunt cernui? Quia hæc esse solet incuria, hic despectus subditorum in Principem, & Superiorem. Quem in præsentia blandientes simulata veneratione proni adorant, & quasi obsequentes Dominum honorifico titulo compellant, in absentia despiciunt, & hominem quasi per despectum vocant, & quandoq; corrodunt, & mordet.

Vers. VIII. IVDAS QVOQUE DIXIT PATRI SVO:

Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus vivere: ne moriamur nos, & parvuli nostri.

Vers. IX. EGO SVSCIPIO PVERVM : DE MANV mea require illum. Nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccanti reus in te omni tempore.

Vers. X. SI NON INTERCESSISSET DILATIO, iam vice altera venissemus.

VERSIONES.

Sep. *Vt vivamus, & non moriantur; & nos, & tu, & apparatus noster. Nisi adduxero, & statuero eum coram te, ero ille qui peccavit in te omnibus diebus. Nam nisi tardissemus iam utique redissemus bis.*

Cald. *Vivemus, & non moriemur, tam nos, quam tu, familia quoque nostra. Ego in meam fidem suscipio puerum de manu mea exquire illum, si non statuero eum coram te ero peccans tibi omnibus diebus.*

S. Ambr. *Et non moriamur nos, & tui, & substantia nostra.*

Pagn. *Pœnæ obnoxius ero tibi omnibus diebus.*

Oleas. *Ego me obligo pro illo, & omnibus diebus ero peccator tibi.*

Alij. *Ego vadem me offero pro illo.*

Cur Iudas quoque dixit Patri suo? Quia vnusquisque sagtebat Patrem rationibus suaviter convincere, & sine iniuria persuadere, quæ ad sui gubernationem, & commodum pertinebat. Sic enim cum parentibus, quibus reverentia debetur, agendum, vt rationibus persuadamus; non dicerijs irritemus.

Cur mitte puerum mecum? Quia se illius socium, & custodem in itinere constituit. Pueri enim sine ductore extra-

Pueri non
vagant si-
ne ductore

paternam domum divagantes innumeris periculis exponuntur. Egrediantur sane; sed comitem habeant, qui passus obferret, a noxijs custodiat, & errantes dirigat.

1137

Malū mi-
nus eligen-
dum.

Cur *ne moriamur nos, & parvuli nostri?* Prudenter pravenit, & admonet Patrem, moriturum se, & etiam parvulos, quos inter erat Benjamin, ut vitato certo damno abire permitteret. Melius est enim, ait Abul. mittere eum, & subijcere cuicumque periculo fortuito, quam certo permittere eum fame mori.

1138

Patres offē-
dere vlti-
mū dēmē-
tiā.

Cur *suscipio puerum nisi reddidero eum tibi ero peccati reus?* Quia tanta tunc fuit reverentia, & observantia in Parentes, ut in illos peccare summum fuisset dispendium honoris, & vltima contumelia. Tales enim, qui Parentes offendunt, ait Lyran. nec mirum reputentur indigni vita æterna, qui reputantur indigni hac vita pœnali, & misera. Ita ille. Emolivit animum, huc vsque aversum, Iacob, cum Iudam audivit se tanto supplicio subijci.

1136

Malū malo
nō curādū

At Ruben filios interficiendos spondet, nec tamen Pater suadet. Quia malum malo rependere promittebat. Si enim Benjaminum non reduceret, hic non superesset Patri, & nepotes Iacob destinarentur neci, nec isti viverent; nec ille appareret, unde tamquam imprudens, & incongrua sponsio reiecta fuit. Qui antea Ruben primogenitum, ait Leonar. Marius, idem sub alia tamen, eaque crudeli conditione, peitentem rejiceret, nunc Iudæ consentit.

1140

Tarditas
in agendo

Cur *si non intercessisset dilatio, iam altera vice redissetis?* Quia exponit quantum noceat in rebus agendis tarditas. Quasi diceret: iam rem actam prospere haberemus, si non esset tanta dilatio. Felicium siquidem eventuum diligentia mater est; desidia noverca. Audi Eccles. cap. 31. 27. *In omnibus operibus esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.* Firmat Olest. Negotiorum enim inimica morositas est.

1141

Desidiosi
famelici.

Cur tanta acceleratio? Quia consumptis iam cibis fame opprimebantur. Urgeri inedia, & angustia necessitate, quin diligentia vna cum industria adhibeatur, tentare Deum est, egestatem in mundo induxit dissidia. Videas nonnullos suā paupertatem exclamare, qui quondam in abundantia degerant; desidiosi tunc, & pigri, in conservanda bona, quæ Deus

largius erat: tardi nunc in acquirendo alimonia, quibus sustententur.

Si non intervenisset dilatio: Quasi diceret: dilatio, & tarditas nullum ærumnis adhibebit remedium; sicut nullum, adhibet malis imminetibus. Si Paralyticus ille, de quo Ioan. 5. diligentior esset, octo supra triginta annos non iacuisset in lecto: iacuit quia tardus, ut ipse fatetur, *dum ego venio, alius prior me descendit*. E contra pastores querentes Iesum in præsepio illico *invenerunt Mariam, & Ioseph, & Infantem*. Luc. 2. At cur? *Venerunt festinantes*. Forte non invenirent si morarentur. Plauditur obedientia Abrahamæ, quia prompta, ut illi iussum est, nocte surrexit, stravit asinum, &c. Celeritas valde commendat obedientem; tarditas infamat. Vide tom. 4. 1135. Filia Iephte occubuit in sacrificio, quia tarda in executione. Vide ibi num. 1146.

1142
Dilatio
nosciva.

1143
Diligentes
felices.

Vers. XI. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: si sic necesse est, facite quod vultis: Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum.

Vers. XII. Pecuniam quoque duplicem ferrete vobiscum: & illam, quam invenistis in sacculis, reportate, ne forte errore factum sit:

Vers. XIII. Sed et fratrem vestrum tollite, & ite ad virum.

VERSIONES.

S Ep. Sumite de fructibus terræ, & deferte viro munera, resinæ, mellis, & insensum, & stactem, & terebintum, & nuces. Et argentum duplex sumite in manibus, & argentum quod redijt in mansupijs vestris reportate. Et fratrem vestrum sumite, & surgentes descendite ad hominem.

Pagn. Descendere facite ad virum munus, pusillum resinæ, & pusillum mellis, aromata, & stactem, pineas, & amygdalas.

Arias. Tollite de cantatione terræ, stactem, & avellanas, & amygdalas.

Oleast. *Sumite de laudabili terræ.* Lip. *De laudibus terræ.*

1144
Consiha
audienda.

Cur *si sic necesse est facite quod vultis?* Filios liquidem audivit: suasiones quiete pensavit, & eorum rationibus acquievit. Audiendi proinde sunt, qui nos monent, & suadent, vt eorum dictis erudiamur ad facta, ne cœco instinctu, & indeliberato passionis alicuius affectu, temere ad errorem ducamur, sed pensatis rationibus, rationi consonum operemur. Acquiescendum est rationi, nec persistendum in re, quæ totius rationis expers est. Ait Oleast.

1145
Peccatum
morte cru
delius.

Cur potius acquievit Iacob dictis, & suasionibus Iudæ, quam Ruben? Dixerat hic Patri: *Duos filios meos interfice, si non reddidero eum tibi.* 42. 37. & respondit Iacob: *Non descendet filius meus vobiscum.* At Iudas: *Ero peccati reus,* & illico acquiescit, & illi committit Benjamin. Hic ad maius malum se exposuit, cum reum se damnat peccati. Vnde patet, ait Hugo Car. maius esse reum esse peccati, quam corporaliter occidi. Ex quo etiam patet quod homo potius debet veller interfici, quam peccare.

1146
Æternitas.

Cur *omni tempore?* Quia pro circumstantia durationis ad crudeliorem se spondebat poenam Iudas. Esse reum peccati supplicium durius est morte. At esse reum omni tempore crudelius crudeliori est. Qui enim ita reus est, diutius torquetur, sollicitudine perpetua, & anxietate, conscientiaque assiduo cruciatu longam, & dilatam mortem sustinet cum Caino, qui à quovis semper mortem timebat. *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Gen. 4. 14. Et Ovid. de ponto lib. 3.

Mitius ille perit, subita qui mergitur vnda:

Quam sua qui tumidis brachia laxat aquis.

1147
Eloquen-
tia vis.

Acquiescit deinde Iacob suasionibus Iudæ; quia hic, vt ait Philo, inter fratres, prudentia, & eloquentia excellabat. Vt videas quantum valeat ad persuadendum sapientia, & eloquentia. Nihil sapientia denegari potest: Nihil non flecti, aut resistere ad vires eloquentia. Plus hic devinxit quam oblatio rei adeo pretiosæ, vt est vita duorum filiorum.

1148
Suspectus
non credi
tur.

Non fidit deinde Iacob filio suo Ruben, quem semel expertus est fallacem, & infidum, nec honori propria domus consulentem, Patris enim cubile maculavit, cum Bala concubina Patris sui. Gen. 35. 22. Nihil adimplendum à tam infido

fido speravit. Quare Pater, ait Theodor. quæst. 103. Noluît comittere Benjamin ipsi Ruben, suspectus illi erat, propter illegitimum congressum, & petulantiam in cubile patris commissam.

Impurum inde, & procacem in concubinam Patris agnovit, nihil incastis, & inhonestis fidendum, omne ius, omnemque stipulationem confringunt, & temnunt, vt suas voluptates adimpleant, & carnis illecebris succumbant.

Insuper: cum suadebat Ruben adhuc supererat annona, cum insisteret Iudas consumptis cibis adigebantur fame, necessitas egit, quod filiorum sollicitudo, & persuasio agere vix potuit. In proverbium abiit, ait Hamerus, necessitas caret lege.

Demum Ruben idem sonat ac *visio*, seu *filius visionis*: Iudas *confessio*. Iacob Pater Deum quemadmodum referebat, Apud Deum plus valet humilis confessio, quam ingeniosa speculatio: faciliusque, & celerius rem conficiunt, & assequuntur supplices, & contriti, quam ingeniosi speculatores.

Cur *sumite de optimis terræ fructibus, & deserte numerâ vino*? Quia optime sciebat aperiendam manum Potenti, qui negotium cum illo habet. Timebat senex: & timorem excutit, qui dare constituit. Quas manus muneribus occupabit vinciet, ne illæ vinciant. Fratrem suum Esau coegit olim Iacob, vt oblata acciperet. Gen. 33. 10. Certus depositurum antiquas minas vbi dona accepisset. Optime norat sanctus vir munera hominem ligare, ait Oleaster, ne possit, vel audeat nocere ei, qui dedit.

Cur *modicum resinae, & mellis, &c.* Quæ ista tanto Principi? Magna, & optima sane, nam, vt cecinit Poeta: Non omnis fert omnia tellus. Sic disponente auctore naturæ, vt vna hos; illa alios fructus terra parturiret. Deteriores hic abundantia, quos alibi pretiosiores indigentia facit. Quæ mittebantur à Iacob optima erant apud Ægyptios, qui illis carebant. Sic locutus Abul. isti ergo fructus, ait, qui missi sunt, erant optimi in terra Chanaan, de quibus pauci, vel non ita boni in Ægypto.

Cur Oleas. legit: *Sumite de laudabili terra, & Lippom. Sumite*

1149
Impudico
nulla fides

1150
Necessitas
caret lege.

1151
Confessio.

1152
Munera,
& ligant,
& obligât.

1153
Fructus, nō
idē ubiq;

1154 *mite de laudibus terræ?* Quia quævis regio commendabilis, & plausibilis ex fructibus, quos parturit, redditur; & quævis terra vbertate, suavitate, & sapore fructuum, qui in illa nascuntur, celebratur. Væ sterili, nullibi commendabili, qui imo odibilis est apud Deum, & homines.

1155 *Cur Arias leg. Sumite de cantatione terræ?* Quia cum laude decantationem sui gestat, qui munera defert: Quam iucunde accedit, quam hilariter accipitur, quam comiter tractatur; insultant munerati, & parum abest vt prorumpant in cantus, qui nulli aptius recreant aures, & animos, quam munera donatos oblectant.

1156 *Cur pecuniam duplicem ferte?* Ne ita indigentes apparent ante Ægyptios, vt cogente inopia, pretio empti, & ducti tritici abirent insoluto. Deinde quia invalescente fame credidit Iacob cibaria cariora fore, & plaris venundari. Ne ergo sine tritico, tantæ familiæ necessario, redirent, duplicavit pecuniam.

1157 *Cur, & illam quam invenistis reportate?* Nimirum, vt illi cuius sit, integre restituatur inventa in saccis pecunia. Debemus enim, & tenemur, aliquam diligentiam adhibere, vt scrutemur cuius fuerint ea, quæ casu reperiuntur, & nostra non sunt; vt inventis legitimis Dominis restituantur.

1158 *Deinde: ne, qui antea exploratores habitus sunt, retenta modo pecunia, latrocinij maiori fundamento accusarentur. Ad hoc proficiebat ista reductio, ait Abul. quia cum ipsi libenter reducerent pecuniam ad Ioseph, non interrogati de ea, satis apparet quod ipsi non fuerint eam furati.*

1159 *Cur ita curat Iacob reduci pecuniam inventam, ne latrocinij crimine inurantur filij, non vero curat instrumenta mittere ne exploratores habeantur?* Quia latrocinium ita inivisum, foedum, & turpe, viris præcipue ingenuis, & nobilibus est, vt pro nihilo habeat alijs vitij filios adnotari, tantum ne furto insimulentur. Gravia vitia, ait Hamer. levia censentur, si tamen cum pecunia coniuncta non fuerint.

1160 *Cur ne forte errore factum sit?* Quia noluit suspicari, aut credere, quod alicuius malitia, aut odio factum sit; sed ex errore inculpabili in meliorem partem omnia dijudicans. Dicit forte errorem fuisse, inquit Lip. omnia mitius interpretari sollicitus.

Cur

Cur fratrem vestrum tollite? Cur non ait filium meum charissimum? Ne aliqua in illis invidiæ scintilla fuscitaretur. Deinde vt eos occulte moneret illorum esse fratrem, & benigne tractarent, & mutuam circa iptum nomine fratris dilectionem suaderet.

1161
Fraternus
amor.

Vers. XIV. DEVS AVTEM MEVS OMNIPOTENS faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet, & hunc Benjamin: ego autem quasi orbatus absque liberis ero.

Vers. XV. TVLERVNT ERGO VIRI MVNERA, ET pecuniam duplicem, & Benjamin: descenderuntque in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph.

VERSIONES.

SEP. *Sumentes autem viri munera hæc, & argentum duplex acceperunt in manibus suis, etiam Benjamin, & surgentes descenderunt in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph.*

Cald. *Deus omnipotens det vobis misericordiam.*

Pag. *Det vobis misericordias ante virum.*

Oleast. *Deus autem liberalis abundans det vobis misericordias coram viro.*

Caiet. *Et El victor faciat eum vobis placabilem.*

Cur Deus meus omnipotens? Quia tota Dei omnipotentia necessaria est, vt homo iratus, & offensus furorem deponat. Sic respondet Abul. Quia reddere aliquem, qui erat iratus vel in odio, vt sit placatus, & diligat, est mutatio voluntatis, & intellectus, & nulla vis naturalis rerum elementarium vel corporum cœlestium, vel etiam ipsorum Angelorum potest influere super illas potentias, sed ad solam infinitam potestatem pertinet, quæ est divina. Recte ergo vocavit Deum omnipotentem, cum nullus possit eum placatum facere, mutando scilicet eius intellectum, & voluntatem, nisi qui Omnipotens est.

1162
Ira.

Inimicum
placare
omnipotentia est.

Non ne pecunias mittit, & munera, quæ vel rupes emoliant, quid timide ad Deum recurrit? Quia ita effrænis est iracundia hominis, cuius animum hostile odium occupat, vt

1163
Ira nec do
nis ledatur

nullis quandoque donis vincitur, ideoque, & dona mittit, & Deum omnipotentem inlclamat, & ab utroque propitium sperat eventum. Vbique docet, ait Oleast. faciendum esse quod in nobis est, postea ad preces recurrendum.

1164
Vindicta
difficilis
vinci.

Cur Pag. & Oleaster legunt: *Misericordias?* Quia vt hostile hominis iracundi odium deponatur, & inimicum diligit, vna non sufficit, cum infinita sit, misericordia: multis Deo vtendum est misericordijs: repetitis influendum divinæ potestatis auxilijs, vt depravatus vindictæ furor compescatur.

1165
Beneficia
alia vocât.

Cur *Deus autem meus?* Quia non in Dijs gentium, in quibus nulla fiducia; sed in Deo suo, quem verum, & omnipotentem confitebatur, suam spem collocarat, à quo, & multa acceperat, & accipere multa confidebat. Deus meus inquit Abulenf. qui specialia mihi beneficia præstitit, & vltiora promisit.

1166
Filij om-
nes æque
amandi.

Cur, & *remittat vobiscum fratrem vestrum, quem tenet?* Quia licet tenere diligeret Benjamin, non ideo amorem suum retraxerat à Simeon, pro quo etiam Deum exoratus est. Sunt parentes, qui ita in vnum filium totam suam affectionem ita impendant, vt cæteros obliviscantur, imo, & temnant, & odio impio prosequantur.

1167
Deus affligit
vt le-
vet.

Cur *ego quasi orbatus liberis ero?* Suum explicat dolorem: Nullus quippe atrocius est parentibus, quam filijs destitui. Eum tamen Deus ita affligit, vt inventis omnibus vberius gaudeat, & iucundius gratuletur. Obruit Dominus, ait Lip. mœrore magno amicum, vt profusus gratuletur, dum maxime tentat proxime speranda est consolatio.

1168
Filij indif-
ferere ama-
ti rapiuntur

Cur ita permittit Deus affligi, Senem sui amicissimum omnium orbatione filiorum? Quia nimis eos dilexerat. Deus autem illis filios rapit, qui ita in eos suas curas, cogitationes, & affectus collocant, vt Deum oblivisci videantur. Temperandus pro inde amor inordinatus, & indiscretus in filios est, ne à Deo, in punitionem inordinati affectus, rapiantur.

1169
Dulcia
miscuntur
amaris.

Cur tulerunt ergo viri munera? Scilicet, *resinam, & mel*, resina amara est: mel dulce. Vt sciamus dulcia amaris comitari. Prior est resina quam mel, ait Hugo Car. Quia *tristitia vestra convertetur in gaudium*. Ioan. 16. Imo resina cum mel-

le est, & si præcedat casualiter, ipse enim dolor pro Christo habitus, dulcedinem parit in corde.

Cur Sep. leg. *Mumera, & argentum duplex acceperunt in manibus suis.* Cur scilicet in manibus, quæ ita exposita erunt grassatorum insultibus? Quia nullum tunc latronum, & sicariorum imminere periculum. Tutum vel in manibus publice asportatum argentum erat. Inauditum tunc, & invitum vel plebeijs indigentibus latrocinium. Væ filijs Iacob, si nostris temporibus itinerantes pecunias ferrent in crumenis, vel abditas saccis, nec tutæ illæ essent, nec viatorum salus; & vita ipsa periclitaretur.

1170
Latrones
in vijs nul
li antea.

Vers. XVI. QVOS CVM ILLE VIDISSET, ET BENIAMIN simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens;

Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue convivium: quoniam mecum sunt comesturi meridie.

Vers. XVII. FECIT ILLE QVOD FVERAT IMPERATUM, & introduxit viros domum.

Vers. XVIII. IBIQUE EXTERRITI, DIXERVNT MV- tuo: Propter pecuniam, quam retulimus prius in saccis

nostris, introducti sumus: ut devolvat in nos calamitiam, & violenter subijciat servituti, & nos, & asinos nostros.

VERSIONES.

Sep. *Vidit Ioseph eos, & Benjamin fratrem suum uterinum, & dixit ei, qui super domum ipsius: introduc homines in domum, & iugula victimas, & para mecum enim manducabunt panes meridie. Et fecit vir, & venire homines in domum Ioseph. Videntes autem viri quod introducti essent, dixerunt: propter argentum, quod redijt in marsupijs nostris, noti introducimur ad calumniandum nos, & imponendum nobis, et accipiat nos in servos.*

Cald. Nos sumus introducti, ut dominetur nostri, & quærat occasiones contra nos, et possideat nos in servos.

Pag. Sumus adducti ut volvat se contra nos, & iactet se con-

tra nos, & capiat nos in servos.

Oleasti. *Maeta maetationem.* Lipp. *Occide occisionem.*

1171
Causæ au-
diendæ.

Cur *Quos cum vidisset præcepit dispensatori?* Cur ipse non accedit, loquitur, & audit venientes? Ne amicum anum statim ostenderet. Deinde: Noluit interrompere publica negotia ad hospitandos viros, etiam fratres; sed hanc curam œconomio commisit, ne ipse deficeret bono publico, & regimini reipublicæ. Sunt qui vt amicum salutent, & ad inutilia colloquia admittant, ne politicam lædant, lædunt iustitiam. Litigantium causas cum illorum incommodo, & damnificatione relinquunt, & dilatant.

1172
Sacrificiū
est pere-
grinos ac-
cipere.

Cur *occide victimas?* Num sacrificandum erat? Ita sane sacrificium acceptabile Deo est hospites, & peregrinos mensa accipere, & cibare. Hos tamen non vt fratres; sed vt peregrinos acceperat Ioseph. Deinde vulgare hoc convivium: pacificorum victima dici potest, in quo, pars quædam Deo, quædam Sacerdotibus, cetera offerentibus tribuebantur. Si ex tuo convivio partem destines Sacerdotibus, & pauperibus, convivium erit, & victima grata Deo. Castigatur ille, qui è lauto convivio indigenti, & vulnerato Lazaro, vel micæ nullus dabat.

1173
Convivia
ad pacem.

Cur *instrue convivium?* Scilicet quod lautum, & splendidum sit, vt convivæ, & alij sustentari possint. Vt ostendat non ex odio, aut depravato voluntatis affectu, eos ante asperere accepisse, & dure locutum. Ad mensam invitat, vt sinceritatem animi ostendat. Mos erat antiquitus, ait Lipp. Foedus ineuntibus invicem convivari in veræ pacis, & amicitia signum. Ita ille. Inhumanum quidem est mensa cum fratre discumbere, & odium contra illum in corde servare.

1174
Meridie
comedēdū

Cur *Quoniam mecum sunt comesturi meridie?* Cur defatigatos itinere non iubet illico secum assidere mensæ? Tum quia torum rebus publicis ieiunus dabat Ioseph. Male negotia dirigit oppletus stomachus. Tum quia hic notatur, ait Hugo vic. frugalitas antiquorum, qui non erant adeo gulosi, vt ante meridiem comederent, sicut illi de quibus dicitur: vah terræ cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedent. De eo queritur Isaias 5. 11. *Væ qui mane surgitis ad ebrietatem seſtandam.*

Cur

Cur *ibi exterriti*? Quia timor infelicitatis est augur. Deterius suspicatur conscientia dum timet. De honorandis fratribus cogit at Ioseph, & illi cogitant de ipsorum ruina. Audi Lipp. dicentem: Tales impiorum conscientia sunt, vt etiam in prosperis expavescant. Et S. Greg. lib. 2. mor. cap. 18. Quidquid contra proximum excogitat, hoc contra se à proximo excogitari formidat. Et lib. 4. cap. 2. Humanæ mentis est proprium, hoc sibi fieri suspicari, quod facit.

Cur ita terrentur? Quia timoris passione comprimebantur. Solent enim homines excæcare internæ passionis, & affectus, & secundum hos iudicare. Sic Seneca *cap. 6. in moral.* Quidquid videtur per humorem, longe amplius est à vero. Ita ille. Vident noctu discipuli magistrum suum, & cum ante actæ procellæ, in qua periclitantur, timoris passione occupabantur, secundum hanc apprehendentes, *Turbati sunt dicentes: Quia Phantasma est,* Matth. 14. 24. Timoris colore sensus, & apprehensiones occupante. Humilitatem, & submissionem Aman ad pedes Reginæ pervoluti Assueri iratus animus violentiam iudicat, & oppressionem, & clamat: *Etiã Reginam vult opprimere me presentc.* Ester 7. 8.

Sed cur passionis timore comprimuntur? Cur devolvendam in ipsos calumniam suspicantur? Num ligantur catenis? Num vinculis constringuntur? Num conijciuntur in carceres? Non ne intra penetralia Aulæ Proregis, vbi omnia tuta sunt emittuntur? Quid ergo timent? Quia malefici nunquam bona de proximis suspicantur. Sicut difficile est, ait S. Chris. aliquem malum suspicetur qui bonus est ipse, ita difficile aliquem suspicetur bonum, qui ipse est malus.

Firmat Isidorus Pelus. *lib. 5. Ep. 18.* Mortales plerumque ex suis rebus etiam de alijs iudicium ferunt, qui enim pecuniæ habendæ cupidus est, neminem arbitratur egere: Impudicus neminem continentem; immanis, & crudelis nullum putat humanum existere, neque avarus misericordem, & liberalem.

Vers. XIX. QVAM OB REM IN IPSIS FORIBVS
accedentes ad dispensatorem domus locuti sunt:

oramus Domine, &c.

Dis-

1175
Conscientia mala si
nistra cogi
tat.

1176
Affectus
aliter ap-
prehendit,

Oculi fal-
lunt,

1177
Malus ma-
le; bonus
bene de
alijs iudi-
cat.

1178
Criminosus, alios
criminosos
fingit.

Dispensatorem adeunt, vt apud ipsum excusentur, & non, vt timent, puniantur: Narrant facta, quæ gesta, & digesta nuper sunt, ideoque transeo ad

Vers. xxiii. AT ILLE RESPONDIT: PAX VOBIS-
cum, nolite timere: Deus vester, & Deus Patris vestri dedit vobis Thesauros in fassis vestris. Nam pecuniam, quam dedistis mihi probatam ego habeo.

Eduxitque ad eos Simeon.

Vers. xxiv. ET INTRODUCTIS DOMVM, ATTULIT aquam, & laverunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.

V E R S I O N E S.

SEp. Propitius vobis, nolite timere, Deus vester, & Deus Patrum vestrorum dedit vobis thesauros in marsupijs vestris, argentum vestrum probatum acceptum habeo.

Cald. Argentum vestrum venit ad me.

Pag. Et venire fecit vir homines ad domum Ioseph, & dedit aquam, & laverunt pedes suos.

Oleast. Integritas sit vobis.

Cur oramus Domine? Cur scilicet Dominum vocant, quem norunt esse servum, qui quondam tumidi vel fratris fratris nomen detraxerunt, somniatoremque appellarunt? Laboribus, & anxietatibus castigati humilitatem didicerunt. Vide, ait S. Chrisost. quomodo calamitates mentem eorum fecerunt ad misericordiã promptiorem, & eos mansuetiores.

Cur ita breviter sua negotia exponunt? Quia innocentia non indiget colloquijs, & fermocinationibus, sua se securitate sine verborum lenocinijs defendit. Non habet opus innocentia, inquit Lipp. prolixo fermone, & ita simpliciter, breviter, & timide de ignorantia se excusant.

Cur tanti Domini servus ita urbane accipit viros, aliunde invisos, & paulo ante male acceptos à Domino, imo, & punitos? Quia servus, & inferioribus non licet in peccantes, quos Domini, & superiores carpunt, insillire. Arguat superiores; inferior nec redarguat; nec male accipiat.

Urbane deinde accipit, & respondet; quia modestiam in

1179

Labor magister humilitatis.

1180

Innocentia per se defenditur.

1181

Inferior non corrigatur; sed superior.

tractando, vel advenas, à Domino didicit. Deinde animadvertit Ioseph ad mensam eos invitasse, parato convivio, & comiter recipit, quos à Domino comiter admittendos intellexit. Vt plurimum, ait Oleaster, cuius fidei est Dominus, eiusdem est servus; & quali vultu Dominus aliquem recipit, & tali ministri eius.

Cur *Pax vobiscum*? Quia bona omnia annuntiantur cum annuntiat Pax. Tamquam Pax, ait Caietanus, omnia bona comprehendat. Univerſæ nobis felicitates accidere, cum Christus Iesus natus est, vt has omnes nobis Angeli ominentur, sub titulo pacis præconizant: *In terra Pax hominibus.* Luc. 1.

Cur *Theſauros* vocat, quod erat exiguum pro modica tritici quantitate pretium? *Quia Deus vester, & Deus Patris vestri dedit vobis.* Lucrum, quod datur à Deo, vel honesto labore iuste acquiritur; etsi exiguum, Theſaurus est, qui multiplicatur, permanet, & durat. Theſauri, etsi quantiosi, & pingues, quos vsura, & iniustitia emulſit, dantur à dæmone, & ita cito evanescunt, & pereunt, vt vix exigua moneta sit.

Cur *pecuniam, quam dedistis mihi, probatam habeo*, id est, apud me est? Qualiter est apud te, si reperta est in sacco? Quia data à Iosepho ad succurrendum illius tempeſtatis penurix Parentis, & fratrum. Quod ad sublevandam egestatem inopis, præcipue si consanguineus sit, datur, non perditur; sed habetur; non perit; sed possidetur. Breviter S. Aug. cap. 48. in Gen. Argentum quod datur, non minuitur.

Cur *Deus Patris vestri dedit vobis*? Scilicet: Patris vestri, qui exoratus est pro vobis, quasi non eorum meritis; sed Patris pro illis deprecantis adepti fuerint hanc felicitatem, quod adnotavit S. Chrisof. dicens: Vide quomodo preces patris omnia eis prospera faciunt, sicut illis deprecatus est, cum dixit: *Deus meus omnipotens faciat eum vobis placabilem.* Ita factum est, & Præfectus domus omnē eis benignitatē exhibuit.

Cur *attulit aquam, & laverunt pedes suos*? Respondet Abul. Quia ista fuit consuetudo antiquorum, quod, quando aliquem hospitaliter recipere volebant, amorose primo exhibebant aquam ad lavandos pedes.

Attulit aquam; quia accumbere debebant mensæ Pro

1182
Servus
qualis Do
minus,

1183
Pax omnia
bona con
tinet.

1184
Bona bene
acquisita.
Theſauri
luat.

1185
Propinquis
quod da
tur, habe
tur.

Eleemofy
na.

1186
Preces Pa
tris vt pro
ſint.

1187
Pedes la
vandi hos
pitibus,

Puritas ad
Euchari-
stia u.

regis panem comesturi, & indignum quid erat, & indecens tanti Principis mensæ absidère sordidatis pedibus. Qualiter tu ad convivium supremi regis accedis, improbis anima sordidata moribus coelestem panem sumpturus?

1189
Pietas à
quoq; exet
cenda.

Cur ipse oconomus attulit aquam, quæ adferri poterat per inferiores, & non tantum aquam, sed pabulum dedit asinis? Quia ad opera pietatis, in quibus magnum est lucrum, non cedendum alijs; nos ipsi, & non servorum ministerio nostra opera applicare debemus.

1190
Securitas
in factis.

Cur eduxit ad eos Simeon? Ut illos tutiores redderet, nec timerent affligi, cum eum, qui in vinculis erat, viderent apud se catenis absolutum, & non promissionibus tantum, sed factis nullum se experturos malum ostenderet. Facto, ait Lipp. gratiam testatur, & consolatur, & Simeonem adducendo à vinculis exemptum.

Vers. XXV. ILLI VERO PARABANT MVNERA, DO-
nec ingredererur Ioseph meridie: audierant enim
quod ibi comesturi essent panem.

Vers. XXVI. IGITVR INGRESSVS EST IOSEPH
domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in
manibus suis: & adoraverunt proni
in terram.

Vers. XXVII. AT ILLE CLEMENTER RESALVTA-
tis eis, interrogavit eos, dicens: Salvus ne est Pater
vester senex, de quo dixeratis mihi?
Adhuc vivit?

Vers. XXVIII. QVI RESPONDERVNT: SOSPES EST,
servus tuus pater noster, adhuc vivit. Et
incurvati adoraverunt eum.

V E R S I O N E S.

SEP. Audierant enim quod ibi præsurus est. Adoraverunt eum in faciem in terram, & dixit eis, si valet pater vester senex, quem dixistis. Salvus est, & dixit benedictus homo ille Deo.

Cald. Et salutavit eos, & dixit: Nunquid est pax Patri vestro?

Pax

Pax est seruo tuo Patri nostro.

Pag. *Et incurvaverunt se ei super terram. Et interrogavit eos de sanitate; Num sanus est Pater vester senex? Sanitas est seruo tuo Patri nostro.*

Oleaster. *Integritas est Patri vestro seni? Integritas est seruo tuo Patri nostro.*

Arias. *Et postulavit eos ad pacem.*

Cur illi parabant munera? Quia ex præparatione, quæ te ad offerendum disponis, gratius quæ libas admittentur. Parabant honestiori modo, ait Abul. vt gratiora apparerent. Et Oleaster: Aptanda esse munera, quæ offers, docet locus iste; quoniam pluries accidit, vt ipsa aptatio pluris fiat, quam ipsum munus. Ita illi. Vide tu quali præparatione tua munera offerenda disponas, vt gratiora fiant, & magis acceptabilia ex tua recta intentione, & apta compositione.

Cur ingressus Ioseph domum suam? Scilicet, ad meridiem absolutis negotijs, & auditis quæstionibus, quæ sibi resolvendæ exponebantur, licet ab hospitibus expectaretur. Vt sciant Gubernatores debere accedentes ad se audire, & eorum expedire negotia, ante quam de cibo cogitent, nec ad prandium accedant.

Cur obtulerunt ei munera? Nempè à Iacob remissa, quæ recepit Ioseph, licet aliunde bonis abundans, tum quia, & illa pretiosa erant apud Ægyptios. Tum quia etsi nullius momenti forent, admittuntur à Principe, cum ad benevolentiam, & subiectionem, & grati animi signum demonstrandum offeruntur.

Cur tenentes in manibus suis? Vt etiam in modo offerendi exprimerent animum benevolum, & amicum, quo offerbantur. Quod expressit Abul. his verbis: Præsentaverunt munera elevantes ea in manibus suis, vt cum maiori reverentia data, acceptabilia essent, saltem ex devotione offerentis, quæ apud generosos animos recipientium magis valere solet.

Cur adoraverunt proni in terram? Vt cum manifestaretur illum esse Ioseph, quem per ludibrium somniatorem vocarunt, adverterent: quam verum somnij præfagium, in quo se vidit ab undecim adoratum stellis, quod hic integre com-

I 191

Præparatio ad Eucharistiam.

Intentio recta.

I 192

Negotia expediuntur cito à iudicibus.

I 193

Munera non temerè da.

I 194

Munera reverenter offerenda.

pletum est. Hic completum fuit, ait Abul. totaliter somnium Ioseph quo ad stellas vndecim; quia hic etiam Benjamin, qui vndecimus erat, cum alijs adoravit.

1896

Clementia
iudicis, &
suporis.

Cur ille clementer resalutatis eis, qui eos ante durius acceperat? Quia superior non semper Iustitiam loqui debet. Clementiam quandoque sapiat, & ostendat. Deinde inferiorum est Præsulem salutatione prævenire: Superiorum vero obsequio salutationis resalutatione respondere, quod non solum urbanitas voluntaria creditur; sed debitum. Sunt qui in Gubernatione ita tument, vt obsequia, si inferiorum sint, despiciant, nec eorum submissionibus attendant.

Salutio-
nes.

1197

Holpes va-
cuus male
acceptus.

Munera,

Resalutavit inde, quos dure antea acceperat. Nimirum tunc vacui; onusti nunc donis accederant. Hospes sine muneribus duriter accipitur; muneribus vero plenus perhumaniter tractatur. Missurus Itai filium suum Davidem ad Saul, ait Scriptura I. Reg. 16. 20. *Tulit asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris unum, & misit per manû David filij sui.* Quid inde factum? Audi: *At ille (nempe Saul) dilexit eum nimis, & factus est eius armiger.* Concilantibus amorem erga iuvenem donis. De Regibus Iesum in præsepio adorantibus, ait S. Hier. Munera obtulerunt, consequenter responsum accipiunt.

1198

Vindicta
de proprijs
iniurijs nõ
sumenda.

Clementer item accepit, & resalutavit; quia cum viderit nullum in Benjamin, quod suspicabatur, scelus commisisse, propriæ iniuriæ vindicationem remisit, eosque clementer accepit, criminum in se, & invidiæ oblitus. Ærumnas fratrum perpetratas in Benjamin puniret vtique Ioseph; in se conspirantes, & necem molientes libenter condonavit. Non enim est Principis, aut generosi animi viri de proprijs contumelijs vindictam sumere. De fratre suo, ait Abul. valde dubitabat, quia timebat, quod inviderant ei, sicut sibi.

1199

Solitudo
pro pericu-
lo positis.

Cur sanus ne est Pater vester? Cur scilicet de fratre Benjamin ita antea sollicitus, huc vsque non interrogat de Patre. Nam maioris dignitatis, & æstimationis est frater? Scillet; non timebat aliquid illos molituros in Patrem. Sciebat Ioseph, ait Abul. quod fratres sui non molirentur aliquid contra Patrem suum; sed de fratre valde dubitabat.

Cur sospes est servus tuus Pater noster? Quia timore per-

cul-

culsi omnia humiliter exponebant, & Patrem suum servum efficiunt. Urbane loquebantur, ait Abul. quia timor eos lepidos valde efficiebat.

1200
Timor mo-
dificat.

Cur iterum, & *incurvati adoraverunt eum*? Nemo audeat Regem alloqui nisi flexo poplite, & tamen quisque Deū, & exorat, & postulat, vel sedens. *David sedit coram Domino*, ait Script. 2. Reg. 7. quem locum expendens S. Aug. ait: Sedens oravit David; & quod Helias fecit, quando pluviam impetravit. Deo non displicet pia, & humilis sedentis oratio, quod non paterentur Reges superbię sectatores. Utinam adeo solliciti forent aulici in cultu Dei, ut sunt in obsequio, & reverentia erga Principem.

1201
Principem
plus quam
Deum co-
limus.

Vers. XXIX. ATTOLLENS AVTEM IOSEPH OCULOS, vidit Benjamin fratrem suum vterinum, & ait; iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi? Et rursus: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi.

Vers. XXX. FESTINAVITQUE QVIA COMMOTA fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpabant lachrymæ: & introiens cubiculum flevit.

V E R S I O N E S .

S Ep. *Turbatus est autem Ioseph, convolvebantur enim intestina eius super fratrem suum, & querebat flere, ingressus autem in cubiculum flevit illic.*

Cald. *Et vidit Benjamin fratrem suum filium matris suae, & dixit: Deus misereatur tui, fili mi. Et festinavit Ioseph, & ingressus est coenaculum cubiculi sui, & volebat flere, & flevit ibi; quia commota fuerant viscera eius.*

Onk. *Ingressus conclave cubiculi sui, & flevit illic.*

Pag. *Incaluerant miserationes super fratrem suum.*

Oleast. *Involuebantur miserationes eius.*

S. Ambr. *Torquebantur viscera eius super fratre suo.*

Lipp. *Inflamnaverunt se, & incendebantur pietates eius super fratre suo.*

Cur solum vidit Benjamin, cum ceteros etiam videret?

Quia

Cor ocn. Quia cor oculorum Director est, hosque prespicaciores effi-
 los dirigit cir ad id in quod magis amore propendet. Diligebat Ioseph
 ad quod præ cateris vterinum fratrem, aciem ex inde in illum propē-
 amat. tius extendit. Morale est, ait S. Ambros. *lib. de Ios.* vt quos
 diligimus, eos videmus præ cateris, & quos animi intentio
 habet priores, eos obtutus offendat oculorum.

1203 Cur *attollens Ioseph oculos*? Quia inter tot negotia, mo-
 Modestia non obli- destitæ non oblitus, oculos demissos gerebat, quo vique opus
 viscenda. fuit eos respicere, quibus cum allocuturus erat. Id certe gu-
 bernantibus maxime congruit, ne ad ea, quæ sui muneris
 non sunt, distrahatur attentio. Audi S. Bas. *lib. de ver. Virg.*
 Non oculorum acies ad omnia passim visibilia pandenda est,
 ne omnem quoque figurarum atque formarum speciem, sine
 examine hauriens, ad earum postea turbetur imaginem.

1204 Cur interrogat: *Iste est frater vester parvulus*: Quem
 Oculi vi- certe cognoverat? Quia oculis in rebus præsertim, quas op-
 dent quod tamus, non fidendum. Vestitur obtutus desiderati specie, &
 desidera- id representari, & adesse credimus, quod desideramus adspi-
 tur. cere, & presens habere. Vident quandoque oculi; non quod
 vident; sed quod videre cupit affectus.

1205 Cur non expectat responsum; sed *Deus misereatur tui*,
 Gratia Dei deprecatur? Resp. Lipp. Non expectat responsum de Benia-
 exigenda. min; sed pro abundantia naturalis amoris antevertit; salutat,
 gratiam imprecatur Dei, qua maius bonum homini desiderare,
 optareque non possumus.

1206 Cur fratri charissimo non promittit vberima, quæ illi
 Misericor- poterat abunde elargiri? Quia vniversa, quæ illi spondere
 dia primo ac conferre poterat, nulla iudicavit, si Dei illi deficeret mi-
 deprecāda fericordia, hanc fratri benevolo annuntiat. Vt intelligas
 omnem vniversi opulentiam, & abundantiam nihil tibi
 profuturam, si vna absit Dei miseratio, seu misericordia.

1207 Cur *Deus misereatur tui*? Vt insitum timorem, qui
 Timor ex- fratribus accesserat, expelleret ab innocente, & dilecto
 cutiendus ab inno- Benjamin. Nihil enim mali illi timendum erat ab eo, qui Dei
 cente. misericordiam in illum deprecatur, & exorat.

1208 Cur *fili mi*? Verbo pietatis, & miserationis vititur, vt se-
 Sperandū in Deo curiorem redderet, & immunem futurum illum firmaret.
 quia filij Quis enim quem annuntiat filium, lacerat aut condemnat?
 sumus.

Indemonis abibit filius, etsi sceleratus, dum à Patre agenda illius criminalis causa est. Quis ergo indiscrete timeat se damnandum à Patre, qui filios nos constituit, dum simus divinæ confortes naturæ?

Cur commota fuerant viscera eius? Quia innocentem fratrem viderat timore afflictum. Nihil enim comparsione, & miseratione dignius est, quam immunem à culpa animum affligere, aut afflictum videre. Sic S. Ephrem: Vt conspexit fratrem suum Benjamin, magno cum metu, & pavore adstantem commota sunt viscera eius propter ipsum.

Commota sunt viscera eius; quia in dilectum Benjamin ire in amplexus impediatur. Turbatus est desiderij sui fructu; ait S. Ambrosius. Torquebantur autem viscera eius, quia complectendi eius, quem desiderabat, libertas differebatur. Et S. Ephrem: Valde cupiebat hunc fratrem complecti, & deosculari.

Cur impeditur in amplexus ire? Quia non dum fratres assignatis, & decretis poenis culpas purgaverant, debebant adhuc afflictionem ob inventum saccis siphum perpeti. Instimulabat amor; amoris stimulum reprimebat iustitia. Vtrâque in pectore Iosephi pugnante, amoris fratris prævaluit iustitiæ amor.

Cur ira intensus post tot dies, & annos in fratrem amor? Vterinus erat, maiori, intensiorique affectu diligimus, quos vnus vter genuit, confovit, & aluit. Non potest, ait Oleast. natura negare quod suum erat, non enim super alios fratres; sed solum super hunc commotus est.

Deinde: quia fratrum amor, & cognatorum, quos vere diligimus, nec temporis dilatione, mutationeque fortunæ mutandus, nec minuendus est. Tam hodie Ioseph Princeps constitutus Benjamin agnoscit, quam noverat Pastor: æque amat hodie, ac olim amabat. Ignorant Ioseph fratres, quem oderunt, noscat eos Ioseph, quos semper dilexit.

Cur introiens cubiculum fleuit? Quia minus decorum esset in conspectu aliorum in lachrymas, & singultus abire virum alioqui constantem, & fortem, & in Principem constitutum; sed prævaluit affectus, virili constantique fortitudini. Dum affectata austeritate, ait Rup. lib. 9. cap. 7. quasi in alienos

1209
Innocenti
afflicto cō
patiendū.

1210
Amor affli
gitur si im
pediatur.

1211
Culpe pur
gandæ.

1213
Vterini fra
tres magis
amantur.

1214
Amor mu
tata fortu
na non
mutatur.

1215
Lachrymæ
longe à vi
ro.

intenderet, rupit pietas iniussa, nimumque vltiones paratas; fortitudinem pectoris, & dissimulandi virtus non fuit.

Introiens in cubiculum: Vt veras fuisse non simulatas lachrymas testaretur. Fieri enim potest, ait Ham. vt lachrymę simulatę sint, & non sponte cadant; sed arte elicite vt aliquod malum dissimulent, spectatoresque illudant; sed sunt vere lachrymę, quę non iussa, sed sponte profluant, neque presentibus alijs; sed sine testibus. Hoc modo Ioseph, &c.

1216
Lachrymę
simulatur.

Vers. XXXI. RVR SVMQVE LOTA FACIE EGRES-
sus, contiuuit se, & ait: Ponite panes.

Vers. XXXII. QVIBVS APPOSITIS, SEORSVM IO-
seph, & seorsum fratribus, Ægyptijs quoque qui vescebantur simul, seorsum (illicitum est enim Ægyptijs comedere cum Hebræis, & profanum iudicant hoc convivium.)

V E R S I O N E S.

SEp. *Et posuerunt ei soli, & eis per se ipsos, & Ægyptijs, qui simul vescebantur cum eo per se ipsos, non enim paterant Ægyptij comedere panes cum Hebræis, abominatio enim est Ægyptijs.*

Cald. *Lavit faciem suam, & egressus est, & confortatus, & dixit: ponite panem. Quoniam pecus quod Ægyptij colunt Hebræi comedunt.*

Oleast. *Et fortificavit se. Pag. Vim fecit sibi.*

Cur lota facie egressus est? Resder Oleast. Quia animi debilitas non est ostendenda servis, ne te talem putent, qualem te viderint. Servi enim tales Dominos esse arbitrantur, quales semel viderunt; si semel iratum, iusta de causa, ad iracundiam proclivem credent. Ita ille. Quasi velit Principes, & Potentes ita apud suos se gerere, itaque demonstrari, & apparere, vt veluti nullis subiecti miserijs superiores humanis affectibus ostendantur.

Lota facie: Seu vt Oleast. *Fortificavit se*, seu vt Pagn. *Vim fecit sibi*: Vt animi teneritudinem, seu affectum nimum in fratres rationibus, quibus ad dissimulandum cogebatur, temperaret. Irrationale quippe est affectibus cordis

1217
Principes
passiones
oculent.

1218
Affectus ra
tione tem
perandi.

inordinate profilientibus, & turpiter debacchātibus, habenas laxare. De Ioseph, ait Philo: Abluere se dolorem rationi subijciens.

Cur *ponite panes*? Quis non miretur totius Ægypti gubernatorem; dum convivium hospitiibus, & longe adventantibus fratribus instituit, panes apponi iussit? Scio panis nomine cætera obsonia intelligi. Sed illa apponi iussit Ioseph, quæ ad congruentiam; non ad luxum, & delicias pertinerent. Indecens esset, in tanta esurie, exquisitis dapibus iucundari. Interim, ait Philo: cibi non valde lauti apponuntur, quod Ioseph non liceret uti delicijs in publica penuria.

1219
Epulæ moderate in esurie.

Ponite panes: Altiori sensu; panes appositi mysterium resonat Eucharistiæ, quod in hoc convivio multipliciter adumbratur. Undecim fratres admisit Ioseph ad mensam, undecim Apostolos admisit Christus, quos, & fratres nuncupabat, nam tunc Iudas, dum parabatur cœna, agebat absens de magistri venditione, ut tenet Areopag. & D. Hilarius, quos citat Salmeron. Pedes fratrum prius Ioseph lavare præcepit: Pedes Apostolorum prius lavavit Christus. Junior Benjamin singularem à Ioseph amorem expertus est. Panes apponuntur in mensa Iosephi, imo de solo pane mentio fit. In Cœna Eucharistica solus admixtus panis in Christi Corpus transubstantiandus, & vinum in sanguinem vertendum. Vide quam par utrobique convivium.

1220
Eucharistiæ convivium cum convivio Ioseph.

Cur Ioseph panem apponit Eucharistiæ symbolum? Tum quia fratres ex populo Dei electo erant, quibus præcipue instituendum erat hoc sacrum cōvivium. Tum quia lotis pedibus, id est, purgatis imperfectionibus accedebant. Tum denique; quia timorati, & iniuriarum eos in fratrem poenituit, poenitebatque. Et ad hanc mensam ille dignior, qui accedit sociante timore; & comitante reverentia.

1221
Eucharistica fidelibus.

Timoratis, & poenitentibus.

Cur *seorsum Ioseph*? Quia erat vna mensa principalis ad quam, ex more Ægyptiorum, solus Ioseph sedebat, tamquam Princeps, & Dominus. Ut pateat quam sit antiquus mos, hodieque à Principibus usurpatus, ut etiam publicis convivijs non se Primores cæteris misceant; sed pro dignitate, & ma-

1222
Regibus nullus con-sedet in mensa.

iestate sua, propriam habeant mensam, vbi soli resideant.

1223
Convivarū
auctoritas
honestat.

Cur *Ægyptijs quoque qui vescebantur simul*? Id est, illi quos invitabat ad suę mensę magnificentiam Ioseph, qui vescebantur simul, licet separati in alia mensa. Vel illi, quos invitaverat Magnates, quo magis honoraret fratres, & ostēderet suam auctoritatem, & maiestatem. Convivia enim valde honorat convivarum honestas, & auctoritas.

1224
Mensa pro
minus prin
cipalibus.

Cur *seorsum fratribus*? Quia tertia mensa erat, in qua fratres sederent, seorsum ab *Ægyptijs*, quibus interdictum erat sedere cum Chananais; posita tamen, vt eos posset videre, & videri ab ipsis, & si quid sermocinari inter prandēdum luberet, commodius, & iucundius posset.

1225
Superbi cō
federe hu
milibus re
pugnant.

Cur *illicitum est Ægyptijs comedere cum Hebræis, & profanum iudicant*? Ad fastum, superbiam, & supercilium *Ægyptiorum* quidam referunt, qui cum vastissimi sint, obsecani, & ignobiles, imo, & barbaros appellavit David: *In exitu Israel de Ægypto domus Iacob de populo barbaro.* Pf. 113.

1. Exteras gentes, maxime Hebræos, aspernabantur, & tamquam ignobiles fastidiebant. *Ægyptij*, ait Hamerus, multis modis sordidi, & immundi, nec morum civilitate commendati Hebræos se meliores aspernabantur, vt ne mensę quidem honore dignarentur.

1226
Hebræos
cur dete
stantur
Ægyptij.

Sed probabilius est *Ægyptios* tantopere abhorruisse cōvenire cum Hebræis, eo quod illi non vescebantur carnibus pecorum, quia ipsa pecora quasi Deos divino cultu, & honore venerentur, ideoque convivia Hebræorum habebāt pro illicitis, & profanis, & impia iudicabant, & contraria pietati, & religioni suę. Quo tendit Cald. Lect. *Quoniam pecus quod Ægyptij colunt, Hebræi comedunt.*

Vers. XXIII. SEDERVNT CORAM EO, PRIMOGENITUS IUXTA PRIMOGENITA SUA, & MINIMUS IUXTA ÆTATEM SUAM. Et mirabantur nimis,

Vers. XXXIV. SVMPTIS PARTIBVS QVAS AB EO acceperant: maiorque pars venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberuntque & inebriati sunt cum eo.

Vers.

VERSIONES.

SEp. Primogenitus secundum iura etatis suæ, & iunior secundum iuventutem suam. Sumplerunt autem partes ab eo ad ipsos, magnificata est pars Benjamin præ partibus omnium quintupliciter.

Cald. Maior iuxta maioritatem suam, & minor iuxta minoritatem suam, admirati sunt viri vniuscuiusque ad proximum suum. Et data sunt eis portiones à facie eius, & maior fuit portio Benjamin.

Onk. Et levans portiones, quæ coram ipso erant dedit ante eos, auctaque est portio Benjamin supra portiones omnium, quinque partibus.

Arias. Et tulit dona à faciebus suis ad eos, & multiplicavit partes Benjamin plusquam partes omnium quinque partes.

Oleast. Levavit elevationes à facie sua, & multiplicata est elevatio Benjamin præ elevationibus omnium eorum quinque manibus, biberunt è vino, & saturati sunt.

Cur sederunt coram eo? Vt pateat, quo statu, aut situ corporis iam tunc essent in convivij: nam quæstio est vter mos antiquior fuerit sedendine, aut cubandi in mensa, & certe hic, & supra, cap. 37.25. legitur fratres Ioseph sedentes comedisse, cundemque morem tenuisse veteres Romanos, Latrones, atque Cretenses, antiquis memorijs est proditum secundum illud virgilij:

Perpetuis soliti patres confidere mensis.

Cur Primogenitus iuxta primogenita sua? Quia iam ex tunc hic præcedendi ordo, & honor maioribus, & primogenitis servabatur. Vt etiam exterius antiquioribus, & maioribus natu reverentia aliqua exhiberetur, & quisque sine contentione proprium secundum ordinem locum occuparet. Amabilis est ordo, ait Oleast. vt vnaquæque res suo locò consistat, & principio mundi primus locus primogenito debitus est.

Cur Benjamin, quem præ cæteris diligebat Ioseph, primo loco sedere non iussit; nam iuxta hunc ordinem vltimus ille federet? Tum ne inverteretur ordo inter illos vsitatus,

1227

Sedebant
prisci ad
prædendū.

1228

Maiores
etate colē
di.

1229

Ufus non
variandus,

Iustitia nõ
dirigatur
affectu.

& acceptus. Ægre invertitur vsus iam diu admissus. Tum etiã quia singularis affectus non debet invertere aliorum iura, etiam per consuetudinem acquisita. Hic qui non tam ex iustitia, & æquitate, quam ex affectu, causas aliorum iudicant, & decernunt. Denique ne, & Benjamin inviderent, sicut ipse à fratribus invisus est.

1230
Ætate mi-
nor a hos
respectet.

Cur, & *minimus iuxta ætatem suam*? Quia non solum hic mos servabatur, erga Primogenitum; sed etiam à minoribus natu erga primavos, & ante natos, vt constet, quod etiam inter minores fratres, imo inter eos, qui fratres non sunt, ætati, & maioritati respectus quidam, & honor exhibendus est.

1231
Sciẽtia ad
mirationẽ
parit.

Cur *mirabantur nimis*? Lyranus, & Tostatus censent miratos esse fratres, quod Ioseph, quem ipsi credebant extraneum, & Ægyptium, & suorum morum plane ignarum, ita eos sedere fecisset, vt ipsi solerent in domo Patriis. Mirabantur proinde intelligentiam Ioseph, quod non solum in magnis rebus ad pacis, bellique munia spectantibus; sed etiam in polyticis, & exterorum moribus scientiam haberet, & practicaret.

1232
Admiratio
ex inopina
tõ fabore.

Caietanus arbitratus est, ideo admiratos, quod in accipiendis eorum partibus tanto superior illis esset Benjamin, licet tamquam natu minimus vltimus in sedendo fuisset; nam ordinatio in lesione res digna admiratione non fuit. Et congruere videtur scripturæ verbis, nempe: *Admirabantur nimis sumptis partibus.*

1233
Convivãrs
aliquid mi-
tit ob bene
volentia.

Cur partes datæ Benjamin *quinque partibus excederent*? Vt specialem amorem in fratrem suum vterinum demonstraret. Solemne erat in convivijis, plures partes, pluraque fercula antepone convivanti, & ex ijs ad alios mittere præsertim honoratiores, & sibi cariores, non solum præsentibus; sed etiam absentibus. De Cyro scribitur quod frequenter mittebat absentibus amicis de ijs cibis, quibus ipse delectabatur.

1234
Frugalitas
antiquorũ.

Quinque partibus, quæ varie à varijs computantur, vt si vna pars data sit cæteris, Benjamin lex, quod incongruum est in tanto convivio vnum ferculum tantum apponi, sed non ita incongruum, si attendatur frugalitas in convivijis antiquorum. Servius scribit veteres Romanos, & in atrio, & duo-

bus

bus ferculis epulari solitos. De Augusto dictum coenasse tribus, vt plurimum, ferculis.

Tostatus significat cuilibet fratrum datas quinque partes; sed quia quælibet ex istis, quæ datæ sunt Benjamin, erat duplo maior, quam aliorum fratrum; ideo hic quinque partibus superavit. Nec ideo à frugalitate, & temperantia alienū fuisse credendum, cum Lampridius de Eliogabalo scribat, quod exhibuit aliquando tale convivium, vt haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, & per singula manus, quasi iam comedissent, lavarent.

Cur voluit Ioseph quod fercula data Benjamin quinque partibus excederent? Quia Lia patri eius septem filios pepererat, sex mares, & vnā fœminam. Rachel autem duos tantum. Propterea Ioseph quinque partes dedit Benjamin, & duas ipse accepit, vt essent tot, quot cæteri fratres acceperant, & æquarentur filij Liæ cum filijs Raquel, ne domus Matris suæ inferior, aut minor videretur. Ita censuit Alexander apud Euseb. lib. 9. de præpar. Evang.

Sed Lyran. & alij putant ita factum, vt Ioseph tentaret animos fratrum suorum erga Benjamin, exploraretque num inviderent ei, ægreque ferrent prælatum in convivio, sicut inviderant sibi, quod plus diligeretur à Patre. Ita expresse Lyranus: Forte, vt si eos agnosceret invidentes eorum æmulationem acrius corrigeret, & vehementius increparet.

Cur aliqua invidiæ signa haud exhibent, aut demonstrant, cum videant fratrem minimum sibi prælatum; sicuti inviderunt Ioseph, cum agnoscerent quod plus cæteris amaretur à Patre? Puniti iam erant; dure accepti; carceribus reclusi. Attritio enim, & mortificatio depravatos livoris affectus valde temperat, & omnino mitigat. In invidiam, ait Oleast. induxisset forsitam alios fratres, nisi timerent, & putarent illi licere, quod facere voluisset.

Cur Biberunt, & inebriati sunt cum eo? Hyperbolica est locutio, ait Caiet. significans abundanter potos, additque: Non est enim fas credere tot viros hospites honoratos à tanto Domino tam incontinentes coram eo fuisse, vt inebriarentur. Ita ille. En quomodo Præsentia alicuius præstantissimi viri, à vitijs contineat. Cur ergo Maiestas Dei vbique præ-

1235

Eliogabalus.

Convivio sæpe lotæ manus.

1236

Matrem auctoritas æquata.

1237

Invidia rã rata ad correctionem.

1238

Mortificatio livorẽ delet.

1239

Præsentia hominis frænat nõ Dei.

sētis, nosq; sēper intuētis, à nostris sceleribus nos haud frēnat:

1240
Ebrietas
non vitio-
sa, quā?

Cur ergo dicitur: *Et inebriati sunt*? Scilicet; quia ita bi-
bitum, citra vitium ebrietatis, vt animi hospitem confecti
inedia, fesi itinere, afflicti carcere, ac proinde valde ante Io-
seph timidi, expulsis curis, placide iucundarentur.

1241
Ebrietas
pro abun-
dantia, &
facietate.

Verbum enim inebriandi secundum proprietatem He-
bræam idem significat, quod large, abundanter, & hilariter
bibere; exprimitque copiam, & abundantiam, & etiam fa-
cietatem cuiuspiam rei. S. Hieron. in traduc. Hebr. scribit;
linguæ Hebraicæ est, vt ebrietatem pro facietate ponat. Sic
Pl. 4. 11. *Rivos eius inebria*. Et paulo ante: *Visitasti terram, &
inebriaſti eā*. Id est faciasti eam aquis, & abundanter irrigasti.

1242
Liberalitas
ad vanita-
tem.

Insuper: *inebriati* dicuntur, ne quis crederet, aut suspi-
cicaretur, eo quod tot partes mislæ fuerint Benjamin, cæte-
ros esuriſſe, aut non potasse. Abundanter scilicet omnes ad
facietatem comederunt, & biberunt ita, vt inebriati videren-
tur. Non enim esurire debent hospites, & domestici, vt pro-
dige lauta munera exteris instituas, & liberalem agas, defi-
cientibus domi necessarijs.

1243
Euchari-
ſtia ine-
briat, do-
nis replēs.

Inebriati sunt; quia ad eam mensam sederant, vbi ap-
positi panes, quibus Eucharisticum convivium in tantis adū-
brabatur. Mortificati ibi accederant, timorati, & reveren-
tes; cum simul poeniterent iniuriarum in fratrem. Qui tali dis-
positione panem Eucharistię sumit, ita supernorum vbertate
donorum repletur, vt inebriari censeatur. Siquidem *calix
meus inebrians quam præclarus est*. Pl. 22. 5. Ideoque, qui ex
illo bibunt *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente
voluptatis tuæ potabis eos*. 35. 9.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS.

CAP. XXXIV. VERS. I.

PRÆ-

PRÆCEPIT AVTEM IOSEPH DISPENSATORI domus suæ, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci.

Vers. II. SCYPHVM AVTEM MEVM ARGENTEVM, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. Factumque est ita.

V E R S I O N E S.

SEp. *Et mandavit Ioseph ei, qui erat super domum eius implere marsupia hominum eius escis, quantascumque possent tollere, & iniicere uniuscuiusque argentum super os marsupij, & condy meum argenteum iniice in marsupium iunioris.*

Cald. Calicem meum argenteum pones in ore sacci iunioris.

Onk. & Pag. Et pecunias alimenti eius.

Arias. Et pone pecuniam viri in ore sacci sui; scyphum, & pecuniam fractionis eius.

Agric. Et ponens Phialam meam argenteam.

Cur Præcepit Ioseph dispensatori domus suæ? Quia sedulitate, & solertia agenda res erat, & perspicacem satis, & sagacem suum dispensatorem noverat. Negotia enim, quæ dissimulanter, & artificiose tractanda veniunt, à tardis, hebetibusque, & pigris abstrahenda sunt. Præcipiebat Ioseph, ait Abul. dispensatori suo facere; quia vir industrius erat, quod patet, quia ipse taliter hoc fecit, vt fratres Ioseph de hoc nihil suspicarentur.

Cur imple saccos quantum possunt capere? Non ne mentienda erat tritici quantitas? Alienum erat ab eo, qui liberaliter se gerere volebat cum fratribus, metam ponere elargiendis. Generosis enim, & liberalibus in exhibendis donis nulla mensura est. Hęc est mensura, quam solet facere amor, ait Oleast. cuius simile habes in libro Ruth.

Quid sibi voluit Ioseph, cum iubet abscondere scyphum in sacco Benjamin? Novum voluit experimentum sumere de fratribus circa benevolentiam erga illum. Siquidem nulla invidentiæ signa exhibuere in convivio, cum Ioseph suo fratri blan-

I 244

Tardis, & pigris negotia non committenda.

I 245

Liberalibus nulla mensura.

I 246

Spiritus probandi experiētijs

blandiretur, & plura largiretur obsonia. Voluit tamen experiri, quid futurum in absentia. Vel, si invento scypho, in illum ceteri insanirent, & furri apud eum arguerent, ut inde livor manifestaretur, quem corrigeret, & forte plecteret.

1247
Loca non
infamant.

Quæritur an peccarit Ioseph imponendo crimen furti, & infamans innocentem Benjamin? Negative respondet Caliet. Quia statim aperienda res erat, ac proinde innocentia manifestanda. Deinde, addit Pererius, quia ista non animo serio, & asseverando; sed tentando, & interrogando tantum (ut facere Iudices solent) facta, dictaque sunt.

1248
Anati magis mortificatur.

Cur scyphum tradidit Benjamin? Resp. Abul. Hoc faciebat Ioseph; quia plus cæteris diligebat Benjamin. Calix ergo illi datur, qui plus diligitur. Intendebat Ioseph magis felicitare, & præ cæteris honorare minimum fratrem, calicem illi tradit, ut angustia calicis coronam extorqueant prosperitatis.

1249
Tribulatio

Nullus dilectus magis ab Aeterno Patre quam filius, cui calicem commisit, quod Christus firmavit, dicens Petro: loã. 18. *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum?* Duobus discipulis, quos Christus magis amavit, potatione calicis dilectionem expressit: *Calicem quidem meum bibetis.*

1250
Servi plus dominis quam Deo servant.
Peccator si ne honore

Cur factum est ita? Quia velocissimi sunt servi in exequendis ad vnguem mandatis Principum. Utinam ita prompti essemus in exequendis divinis. Inhonoratur cum dedecore qui Regum obstitit iusionibus, à quibus, si vel leviter deficiat, deponitur cum contemptu à suis gradibus, & officijs; tamquam indignus, & de suo Principe male meritus. Qualiter inhonorandus est, qui summi Regis mandata passim contulcat, & contemnit?

1251
Servi Dominis non Deo servant.

Illud tamen mirandum est, quod servi, ut fidi dominis videantur, Deo infidi redduntur: ut illis blandiantur, etiam iussa contra legem Dei exequuntur. Iussit Absalon ignem mittere in segetem Ioab. Illico, ait Scriptura: *Succenderunt servi Absalon partem agri igni.* 2. Reg. 14. 30. Non ignorabat Ioab iniuste sibi à Rege iussum exponi vriam innocentem in loco ubi certissime periret: Maluit tamen Regi lenocinari, quam innocentiam tueri. Hæc exequuntur famuli suorum, non Domini, dominorum memores. Meminerint tamen velle eos obnoxios restitutioni damnorum, quæ vel iussi per-

petrarunt; eaque in integrum reparare debere.

Cur tanta cura in imponendo scypho in sacco Benjamin?

Cur non in aliorum? Ut credibilis fieret apud eos crimen furti. Ceteri filij erant Lia: Benjamin filius Rachel, quæ subripuerat occulte Idola Patris sui, Gen. 31. Ut igitur Ioseph facilius persuaderet furtum, voluit ut imponeretur filio illius, quæ olim in simili delictum inciderat; tamquam quid cum sanguine hæreditatum à Matre. En quantum noceant filijs delicta Parentum, eorumque depravati mores, & actiones.

Vers. III. ORTO MANE, DIMISSI SVNT

cum asinis suis.

Vers. IV. IAMQVE VRBEM EXIERANT, ET PRO-

cesserant paululum: Tunc Ioseph accersito dispensatore do-

mus, surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis

dicito; quare reddidistis malum pro bono?

Vers. V. SCYPHVS, QVEM FVRATI ESTIS, IPSE EST,

in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet:

pepsimam rem fecistis.

VERSIONES.

SEP. *Egressis autem ipsis extra civitatem, non aberant longe, dixit Ioseph ei, qui supra domum suam; surgens insequere post homines, & dices eis: quid quod reddidistis mala pro bonis? Ut quid furati estis condy meum argenteum: non ne hoc est in quo bibit Dominus meus, ipse autem augurio auguratur in eo mala quæ consumastis, quæ fecistis.*

Cald. *In quo biberet Dominus, & ipse querens quæsit eum, malam rem fecistis.*

Pag. *Ipsè tentando tentat in eo, male fecistis quod fecistis.*

Arias. *Ipsè augurando augurabitur in eo.*

Oleast. *Incantando incantat, seu auguria facit in eo.*

Ionath. *Cogitat Dominus meus amissionem scyphi, ex quo bibere solet esse sibi malum augurium.*

Alij Augures consultit. *Alij Malum omen ex hoc sumit.*

Cur orto mane, dimissi sunt cum asinis suis? Scilicet, & à Principe honorati, & frumento, pecunijsque divites, illico

su-

1253 Lætitia subijcti affligit. & iob. subiturus pavor, & dedecus, successurumque lætitiæ disturbium? Sic prosperis infortunia; felicitati adversitas: & lætitia succedit afflictio. Nulla plena in hoc seculo iucunditas, quin misceatur acerbis.

1254 Aula a longe timida. Cur iam extra urbem exierant? Quia iam se tutos ab insidijs credebant. Timuerunt in ingressu, nihil formidare sperabant, si egredierentur. Sed aula illecebris irretitos etiam extra urbem sequuntur infortunia. Cavendum proinde est ab aulis Principum, quas cum deseris, & recedes; non recedet ærumna, invidia comitabitur, & æmulatio te aulicorum persequetur.

1255 Ministri crudescentes blandiuntur. Cur mittitur dispensator domus, qui scyphum, & pecuniam in sacco Benjamin abscondit, ut persequatur viros? Ne, si alius facti, & innocentia fratrum inscius illos mitteretur comprehensurus, pro tanto crimine, quod re ipsa crederet ab ipsis commissum, vehementius increparet; crudelius argueret, & forte, ut Præfecto blandiretur, atrociter castigaret. Solent Ministri, ut gratiores se Principibus reddantur, istorum iniurias inhumaniter punire.

1256 Servis non danda licentia in domesticos. Cur dicito: Quare redditis malum pro bono? Quia ipse Ioseph dicat verba, quibus fratres correcturus, seu increpaturus est, ne, more servorum debacchantium insolenter in illos insaniret, & opprobrijs oneraret, non est tanta concedenda servis facultas, ut in domesticos, in filios, & cognatos fræmant, eosque dictis laceissent, & indiscrete, & audacter comprimant.

1257 Latrones infamat. Deinde: Ne nomine furti in eos vteretur, quo nimis eorum decus macularetur, & tanti, tamque foedi criminis compellatione pudore suffunderentur. Quis non consternitur, & palidus squalet, & ad mortem vsque non affligitur, si latrocinij, vel denominatione tanti sceleris denuntietur.

1258 Vasa sacra furari nefas. Cur scyphus ipse est in quo bibit Dominus meus? Ut gravitatem criminis expendat, & ponderet, cum tantum ausum comiserint, ut calicem quo Princeps in mensis, & convivij utebatur, irreverenter furati fuere. Crescit enim delicti enormitas cum abstrahuntur per fraudem, quæ Principibus deserviunt. Qualis erit enormitas, ea non revereri; ea audacter furari, quæ Dei sacrificijs destinantur; quibus ipsi Deo holo-

causta offeruntur, & imponuntur sacris altaribus.

Cur in quo augurari solet? Multa de hoc augurio passim Auctores, videndi apud Pererium, & Cornelium. Calvinus ex hoc loco arguit Ioseph Magum, & divinum, eumque graviter in religionem peccasse; sed quis id credat de viro pijsimo, & sanctissimo. Et certe, quæ Magia, aut auguratio fuit, divinare ubi esset scyphus, quem ipse Ioseph loco sibi noto abscondere fecit.

Deinde verbum augurari, secundum Hebraicam proprietatem significat prælagire, & divinare sine augurio, sive naturali sagacitate, puta coniectare, rimari, & coniectari. Unde Caldæ. vertit: *Querens quæsiuit*, & Pag. *Tentando tentat*. Hinc Augurium hic pro coniectatione dicitur, & venit intelligendum.

1259

Calvinus
Magum
tener lo-
seph.

1260

Augurari,
idem ac
prælagire.

Verf. VI. FECIT ILLE VT IVSSERAT. ET APPRE-
hensis per ordinem locutus est.

Verf. VII. QVI RESPONDERVNT: QVARE SICLO-
quitur Dominus noster, vt servi tui tantum
flagitij commiserint.

Verf. VIII. PECVNIA M, QVAM INVENIMVS IN
summitate saccorum, reportavimus de terra Chanaan;
Et quomodo consequens est, vt furati simus de
domo domini tui aurum, vel argentum.

V E R S I O N E S.

SEP. Inveniens autem eos dixit eis secundum verba hæc. Et illi dixerunt: Vt quid loquitur Dominus secundum verba hæc? Absit à pueris suis facere secundum verbum hoc. Si argentum quod invenimus in marsupijs nostris reportavimus ad te de terra Chanaan.

Cald. Quomodo ergo furati essemus de domo Domini tui vasa aurea, vel argentea?

Cur per ordinem locutus est? Id est, verbo ad verbum; non immutando seriem terminorum, nec aliquid expungendo, aut addendo ijs, quæ Ioseph dictaverat & quibus instruxerat; sed fideliter referendo. Solent enim servi ita domi-

1261

Servinitia
invertunt.

norum nuntia invertere, aut ex suo cerebro particulam addere. Ut politicos se ostentent, ut involucris verborum sensum confundant, cum emissariorum dispendio.

1262
Excusatio
sine dicte-
rijs.

Cur *Quare sic loquitur Dominus noster?* Quia, & si lacessiti gravissimo furti crimine, tamen nec dicerijs accipiunt servum; imo Dominum vocant. Non enim vociferationibus, aut maledictis bene excussantur, cum imponantur delicta. Huic modeste respondent, ait Lippoman. Dominum vocant; non rependunt iniuriosa verba ei, qui furti arguebat innocentes.

1263
Furtum
nobiles
multū ma-
culat.

Cur *ut serci tui tantum flagitij commiserint?* Quia illi ingenui, & nobiles erant, & nihil tam indignum nobili quam furtum, ideoque scelus exaggerant, & flagitium vocant, & tantum. Turpissime Nobilitas vitio furti maculatur. *Achan filius Charmi, filij Iardi, filij Iare de Tribu Iudā, tulit aliquid de anathemate.* Iosue 7. Tribum, & Progenitores commemorat, ut gravius appareret crimen. Quis enim crederet hominem de nobilissima Tribu eo infamiae deventurum, ut comprehenderetur in furto? Quod notavit Abul. quæst. 4. id est, ait, ille Achan erat de Tribu Iudā, unde nobilior Tribus in furto comprehensa est.

1264
Furis mo-
re tractari
durissimū
est.

In morem latronis tractari acerbissimum tormentum est. Dum Christus in horto à militibus caperetur, non conquestus est de colaphis, vinculis, & blasfemijs; de hoc tamen legimus questum. *Tamquam ad latronem, cum gladijs, & fustibus existis comprehendere me.* Matth. 26. 55. Quali intolerabile videretur quod Dei filius, & de Stirpe David, vel notam aliquam, aut umbram furti subierit, dum more latronum comprehendebatur.

1265
Latrocinij
palliatum.

Quæres an nunc Nobiles latrocinij, aut furis nomen perhorrescant? Ita, & oderunt, & detestantur omnes; & dedecus infame fatentur; sed ea est aviditatis calliditas, ut fucato mutui, debiti, ficti cuiusquam iuris, aut circumventionis prætextu, aliena rapiant, quin compellari, aut accusari apud tribunalia possint. Furis denominationem vitant; sed vere fures sunt, facinus amplectuntur, facinerosorum nomen expugnant. Sed audiant S. Ambrosi. *Serm. 12. post Pent.* Non interest apud Deum, utrum vi, aut circumventionem quis res alie-

nas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum. Ita S. Ambros.

Quo ergo nomine tales compellabimus? Iudæ imitatores: seu discipulos de schola Iudæ, qui pietatis fūco, vel Magdalenæ unguentum in Christi obsequium impensum, sibi rependere motivo succurrendi pauperibus ambiebat: dicente Ioan. 12. 5. *Non quia de egenis pertineret ad eum; sed quia fur erat, & oculos habens.* Hic Rupertus: Furtum inferebat honesto nomine.

Cur pecuniam quam invenimus, &c? Argumentantur tui de eo quod tale flagitium non commiserint. Bona conscientia non hæret lacelsita contumelijs, imo impavida libere pro sua indemnitate, & innocentia respondet. Tranquilla est bona conscientia, ait S. Bernar. *lib. de interior. domo, cap. 20.* Quia omnibus est dulcis, & nulli gravis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad benevolentiam, & quibus potest, ad beneficentiam.

Pecuniam quam, &c. Rationibus congruis, & efficacibus argunt se non posse tale flagitium commisisse, eo quod pecuniam, quam libere, & sine nota retinerent, restituendam attulerint. Male creditur aliena rapuisse, qui, quod apud se habet, eo quod sciat alienum esse, sponte manifestet, & integre restituat.

Vers. IX. APVD QVEMCVMQVE FVERIT INVENTUM servorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus servi domini nostri.

Vers. X. QVI DIXIT EIS: FIAT IVXTA VESTRAM sententiam: apud quemcumque fuerit inventum, ipse sit servus meus, vos autem eritis innoxij.

VERSIONES.

Sep. *Apud quemcumque puerorum tuorum inveneris conditum moriatur, nos autem erimus pueri domini nostri. Et nunc sicut dicitis ita erit apud quemcumque inventum fuerit condy erit meus puer, vos autem eritis mundi.*

Pag. *Et nunc secundum verba vestra ita sit, is cum quo inven-*

1266

Iudæ discipulus fur palliatus.

1267

Conscientia bona in pavida est.

1268

Restituens latro esse nequit.

Inuentus fuerit erit mihi seruus, & vos eritis innocentes. Oleast. *Et vos eritis puri.*

1269

Fur morte
plectendus.

Cur *Apud quemcumque fuerit inuentum moriatur?* Quia furti crimen tam flagitiosum est, in nobilibus præcipue, vt non nisi latronis morte expiari, mundarique possit. Ideoque vel à fratribus contra fratrem mors in pœnam tanti sceleris indicitur. Vide quam scelestum sit fures à supplicio damnationis eripere, vel pro eorum indemnitate exorare.

1270

Innocentia
non suspi-
catur ma-
lual.

Cur ad tantam pœnam exponunt nocentem? Quia nullus nocens apud ipsos credebatur. Quisque enim ita de fratre suo sentiebat, quod dese iudicabat, & immunes se futuros omnes credebant. Nimis securis est innocentia, & minime suspiciosa. Et, vt ait Abul. Ille est modus omnium onnocentium, vel eorum qui se existimant innocentes, vt durissimis rebus pro paruo se obligent.

1271

Conicien-
tia aliena
ignoratur.

Cur ita securi sunt de non commisso ab vlllo eorum crimine? Quia ex illorum nobilitate, ingenuitate, & moribus, nullus quid poterat sibi à suis mali suspicari. Sed nescio an prudenter; nam de nostris factis conscij sumus, & suspicari licet de alienis. Nostram conscientiam scimus, alienam omnino ignoramus. Possumus enim, ait Oleaster, testari facile propriam innocentiam, alienam vero non facile.

1272

Socij ma-
lorum sus-
pecti,

Cur & *nos serui erimus*, qui etiam reperto scypho innocentes sunt? Quia socij erunt delinquentis, qui semper suspecti fiunt, & aliquo supplicio digni. Dum tamen consentientes in delicto non reperiantur. Tunc enim eadem pœna puniuntur. Vide quam periculosum sit criminosos sociari.

1273

Innocens
non dam-
nandus.

Cur *fiat iuxta vestram sententiam*, & tamen morte non damnat eum, apud quem inueniatur scyphus, sed ait: *Ipse sit seruus meus?* Quia privatim sciebat Benjamin inculpabilem, & noluit damnare quem aliunde noverat innocentem. Discant Iudices, qui privatim accusatum immunem noverint, & si aliunde delictum proberetur, modos temperandi, aut omnino abolendi sententiam inquirere, ne, non reus iniuste puniatur.

1274

Sententia
mala pro-
desiquando
que iudi-
cato.

Cur ergo innocentem ad seruitutem damnat, dicens: *Ipse sit seruus meus?* Quia sciebat Ioseph hoc pacto velle Benjamin apud se retinere, non vt seruiret; sed vt in Ægypto de-

licicaretur, eiusque frueretur abundantia. Quod non tam damnum, aut supplicium; quam præmium, & felicitas illi futura erat.

Cur vos eritis innoxij? Quia nullo vel minimo supplicio damnandi sunt, qui crimen non contraxerunt. Etiam si se pœna constringant, indemnitate suæ innocentia perfrui debent innoxij.

1275
Im nunes
absolendi
à pœna.

Cur, si cæteri morti damnant crimine compertum, dispensator servituti condemnat, adijciens: *Fiat iuxta vestram sententiam*? Illorum sententia erat, ut moreretur: huius autem ut serviret: qualiter iuxta fratrum sententia est? Quia servitus morti æquiparatur, imo mors crudelior est. Sic loquitur Philo *lib. 1. de vit. Moïf.* Nemo sanus non mavult vitæ quam libertatis adire periculum. Et S. Ambr. *de Offic. lib. 1. cap. 41.* in bellica virtute, ait, non mediocris honesti, atque decoris forma est, quod mortem servituti præferat, ac turpitudini.

1276
Servitus
dura mors

Vers. XI. ITAQUE FESTINATO DEPONENTES IN terram faccos, aperuerunt singuli.

Vers. XII. QVOS SCRVTATVS, INCIPIENS A MA- iore vsque ad minimum, invenit scyphum in sacco Benjamin.

Vers. XIII. AT ILLI, SCISSIS VESTIBVS, ONERA- tisque rursus afinis, reversi sunt in oppidum.

V E R S I O N E S.

Sep. Et festinaverunt, & deposuerunt unusquisque marsupium suum in terra, & aperuerunt unusquisque marsupium suum scrutatus est autem à seniore incipiens quoad osque venit ad iuniorem, & invenit condy in marsupio Benjamin. Et disciderunt vestimenta sua, & imposuerunt marsupium suum unusquisque super asinum suum, & redierunt in civitatem.

Pag. A maiori incepit, & in minore finivit.

Cur Festinato deponentes in terram faccos? Ut qui rationibus suadere se non furatos scyphum contenderunt; festinant modo operibus demonstrare. Innocentia enim proba-

1277
Innocentia
examens
refugit,

tiones, & scrutationes non refugit; imo experimenta in sui defensionem sollicitat. Nemo enim culpa magis vacat, quam qui sceleris examen non recusat.

1278
Maiores
magis sus-
pecti.

Cur *incipiens à maiori*? Tum, vt sic magis dissimularet se scire apud quem reperiret scyphum. Tum quia in adultioribus maior præsumitur malitia, quam in pueris, & parvulis. Satis rationabilis, ait Abulensis, erat processus iste; quia maior malitia præsumitur in maioribus, quam in minoribus.

1279
Innocentia
facile de-
cipitur.

Cur *invenit scyphum in sacco Benjamin*? Quia hic parvulus sine dolo facile decepi potuit, & insidias pati. Sic solent, ait Lipp. innocentes frequentius exponi malevolorum dolis, quam impij, & nebulones. Nulla tuta est innocentia, si nos mendacijs, & imposturis agi cæperit.

1280
Confangui-
net mala
deploran-
da.

Cur *scisis vestibus*? Quia signum erat magni doloris, quo afflictabantur, cum tanto flagitio viderint fratrem minimum involutum. Dolendum valde est, ait Oleast. de malis proximorum maxime consanguineorum.

1281
Suspican-
dum non
est de viro
probo.

Cur in fratrem non insiliunt, minus peccarat Ioseph, quem interficere cogitarunt? Quia adhuc tantum scelus puerum timoratum commississe non crediderunt, vt videas non facile esse suspicandum, imo nec credendum improbitatem, de viro probò, & bene morato. Turbati ait Philo Iud. mœstique retro in urbem redeunt eo casu attoniti, non tam fratris cupiditatem suspectam habentes, quam exteras insidias.

1282
Laboribus
corrigi-
mur.

Recordabantur deinde, tanta mala, quæ passi fuerant sibi à Deo destinari ob illatas fratri Ioseph iniurias, & abstinuerunt nunc Benjamin dictis, aut maledictis laceffere. Timentque ne rursus similia patiantur, si fratrem premant contumelijs. Sic afflictionibus, laboribusque à Deo missis emendamus, & corrigimur.

1283
Dolendum
de peccato
in tuis in-
vento.

Cur tantum angebantur, vt vestes scinderent? Resp. Abul. Dolebant, quod tantum in eis inventum fuerit peccatum; & quod Benjamin in servitute redigi deberet. Et, quod maxime angebat, quod Pater eorum Iacob præ amore, & dolore Benjamin moreretur.

Cur Benjamin tacet, nec se excusatorijs verbis defendit? Quia cum se immunem sciret à crimine, patiens pro-

brum

brum tulit, & taciturnus; expectans quod sua ipsius innocentia loqueretur, & responderet, neque verborum indiget patrocinio innocentiae sub dio munitus. Christus cum accusaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil respondit Matth. 27. 12. At cur? Resd et S. Ambr. in cap. 23. S. Luc. Accusatur Dominus, & tacet, & bene tacet, qui defensione non indiget. Ambiat defendi, qui timet vinci. Non enim accusationem tacendo confirmat; sed despicit non refellendo.

1284
Innocentia
pro se lo-
quitur.

Vers. XIV. PRIMVSQVE IVDAS CVM FRATRIBVS ingressus est ad Ioseph (necdum enim loco abierat) omnesque ante eum pariter in terram corruerunt.

Vers. XV. QVIBVS ILLE AIT: CVR SIC AGERE voluistis? An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia.

VERSIONES.

Sep. Quid hanc rem fecistis: nesciebatis quia augurio augurabitur homo qualis ego?

Cald. Nesciebatis quod investigans investigaret vir, sicut ego?

Pag. Nonne nostis quod tentando tentat vir, qui est sicut ego?

Arias Quod factum est hoc quod fecistis? quod augurando augurabitur vir, qui sicut ego.

Cur Primus Iudas ingressus est, cum Ruben primogenitus esset, ad quem, & primus ingredi, & loqui pro minoribus pertinebat? Quia Iudas constitutus fuit custos Benjamin apud Patrem, cum onere reducendi puerum, aut manendi peccati reus. Etiam ait Abul. quia caeteris eloquentior, & rationabilior. Num balbutiens, quia antiquior, & senior suggestis adiiciendus est? Titubans ergo calamo, vel privatim loquatur; eloquentior oret, & publicis contionibus destinetur.

1285
Custoscō-
missum
defendat.

Eloquens
concione-
tur; nō bal-
butiens.

Tum quia Iudas ex affectu loquebatur, & ardenti zelo, ne frater servus constitueretur, & mancipium fieret, neque Pater eius absentia afflictus moreretur. Ut intelligat orator se non tam verbis artificiosis, & ornatis declamaturum

1286
Contiona-
tor ex zelo
loquatur.

quam zelo, & affectu suadendi virtutem, & detestandi sceleris. Sed audi Lipp. Oratio Iudæ supramodum elegans, & artificiosa, non quidem arte; sed affectu, & veritate ornata, & valida ad persuadendum.

1287
Iudices
Procrastinantes reos
audire.

Cur nec dum enim loco abierat? Quia quietem accepturus non recesserat, expectabatque audire fratres illico reversuros, ne illi suspensi, & diu anxij inter angustias circa factum, & exitum manerent. Quis nunc Iudicum reos auditurus expectat? Incarcerari iubentur miseri, recedunt Iudices, abjuntur domi, ut per dies eos alloqui non liceat; dormiunt, & stertunt, dum vincti, quandoque infantes, recluduntur anxij de suarum causarum exitu, & sui periculo.

1288
Clementia
Dei oxoranda post
culpam.

Cur omnes pariter ante eum in terram corruerunt? Quia dato crimine, quod excusare nesciebant, à Iustitia pro illo demerita demittuntur cernui, tribunal adituri misericordiae provenia. Id nobis post peccatum manet: Dei clementiam per humilem subiectionem inclamare ante illum Principem, cui proprium est misereri semper, & parere. Corruerunt, ait Abul. ad petendam misericordiam eius suppliciter; quia ad magnanimos viros pertinet supplicibus parcere.

1289
Peccato
vniustotus
cætus in-
quinatur.

Quare interrogat: Cur sic agere voluistis? Cum solus saccus Benjamin scyphum occulerit? Si quid mali actum est Benjamin egit, non cæteri; cur ergo omnes redarguuntur? Quia quotidie experimur; quod vnius privati hominis peccatum in totam communitatem redundat, & vnius Monachi labes numerosum religiosorum hominum cætum inquinat. Peccavit solus Acham furatus de præda Ierico, & tamen dicitur Iosue 7. v. 1. *Filij Israel prævaricati sunt mandatum, & usurpaverunt de anathemate.* En, usurpante vno, Israelitas omnes usurpare dicuntur.

1290
Favores
aulæ in
amaritudi-
nè abeunt.

Cur Ioseph ita agit cum illis, quibuscum pridie mensæ infederat, & quos cibis oblectaverat? Quia hi sunt Principum favores, & obsequia aulæ, quæ facile in cruciatus, & angores declinent. Hæc mella sunt mensæ Regis, quæ statim in amaritudinem fellis comminiscuntur, & cum vitam spondeant, mortem propinant. Vriam sequitur cibus Regius; sed illico de interitu illius agitur, cito moriturus in prælio.

Cur an ignoratis quod non sit similis mei in augurandè
scien-

Scientia? Non quia ipse augurandi arte vteretur: sed locutus est ex opinione, atque existimatione omnium Ægyptiorum, qui videntes Ioseph occultissima interpretari, & futura præfagire, putabant id facere more aliorum, per artes magicas, eumque prædicabant tamquam peritissimum augurem. Hanc solutionem attigit S. Thomas 2.2. quæst. 95. artic. 7.

Deinde: id dictum à Ioseph non serio, sed per iocalem quamdam simulationem, qua intendebat fratres persuadere à se non posse furtum abscondi. Nec tamen ideo mentiri, nam quæ iocaliter, aut dissimulanter dicuntur per mendacia nunquam habentur. Hæc est sententia S. August. & S. Thomæ apud Pererium.

Rupertus id serio, & vere dixisse Ioseph affirmat, & ex animo, & suo sensu, qui se explicat ijs verbis: Augurari quidem gentilium est, & ex lege Dei illicitum: At tamen rem divinam, id est, futurorum intelligentiam, qua gratia ille præditus, somniorum quoque verus erat interpres, verbo augurandi recte illum significasse non dubium est: quidquid hæcenus in fratres suos egit, non tamquam augur; sed tamquam Dei vates, ex intuitu futurorum tunc illa gessit.

Paulus Burgens. ait ex textu hebræo elici, sententiam verborum Ioseph fuisse hanc: Nescitis primarijs, & principibus viris, qualis ego sum, facile ac promptum esse consulere augures, & divinos, quorum tunc in Ægypto magna erat copia, & auctoritas; & per eos secreta, & occulta cognoscere? Qui sensus recensitis versionibus clare confirmatur.

Cætera huius capituli referuntur à Iudà Iosepho, ut narrata serie rerum moveat ad clementiam, & aucupet miserationem Principis suadendo animum. Quæ omnia hic prætereo, ne acta agam, & exposita rursus exponam, quæ suis iam locis, pro meo modulo, explicata manent.

1291
Fama ex
aliorum op-
pinatione.

1292
Mandaciù
non est
quod per
iocum dici
tur.

1293
Augurandi
ars à Deca

1294
Cõsultatio
augurum.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXV. VERS. I.

NON SE POTERAT VLTRA COHIBERE IOSEPH
multis coram astantibus, Vnde præcepit, vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutæ.

Vers. II. ELEVAVITQUE VOCEM CVM FLETU;
quam audierunt Ægypti, omnisque domus Pharaonis.

E R S I O N E S.

Sep. *Non potuit Ioseph se continere omnibus astantibus ei, sed dixit: Emittite omnes à me, quando notum se faciebat fratribus suis, dimisit vocem suam cum fletu, quam audierunt Ægyptij omnes, & auditum est in domo Pharaonis.*

Pag. *Et non potuit Ioseph vim sibi facere ad omnes qui stabant iuxta eum, clamavit: educite omnem virum à me, & non stetit quisquam secum, vt ostenderet Ioseph fratribus suis, & dedit vocem suam in fletu.*

Oleas. *Et non potuit Ioseph, vt fortificaret se omnibus, qui adstabant iuxta eum.*

Cur non se poterat cohibere Ioseph? Quia videbat fratres inter se concordēs, nec impropèrantes Benjamin vehementer de crimine suspectum, imo defensionem illius studentes, & pro eius libertate deprecantes, vt vellent pro illo sufficere, & mancipari; teneritudine motus nequibat affectus continere, quin ardor cordis profusus lacrymis temperaretur. In

tri-

1295
Còcordia
fratrum
delectat.

tribus, siquidem, in quibus complacet Dei spiritus, illud primum est: *Concordia fratrum*, Eccles. 25. 1. profequitur inde: *Amor proximorum, & vir, & mulier bene sibi consentientes.*

Non se poterat ultra cohibere: Quia passiones, & naturales motus non semper subsunt imperio voluntatis. Audi Abul. Aliquando passiones, & motus naturales non subiunguntur arbitrio voluntatis: Ut aliquando apprehensa re videmus, etiam si nollemus. Idem iudicium est de fletu, qui causatur ex commotione viscerum.

1296
Motus naturales.

Cur ita tener, itaque affectus in fratres, qui eius mortem machinarunt, & tandem vendiderunt? Quia fraternus amor, etiam iniurijs, & contumelijs laesisset nunquam ex eius corde diminutus, aut expunctus est. Videt eos Ioseph, ait S. Bernard. *Serm. de B. V.* & omnium iniuriarum immemor dulcissimis fletibus inundatur, & pietatis adeps, qui intus latitat, foras per oculos emanat, fugit odium, nescit iram, tempus iracundiæ non reservat, reddens bonum pro malo; pro crudelitate dulcedinem.

1297
Paterna charitas.

Cur ergo toties, & fratres premit, & affligit? Quia tentare varijs experimentis voluit, an invidiæ, & dissensionis affectus manerent in eorum cordibus, ut antequam eos admitteret, corrigeret. Ita Philo *lib. de Ios.* Varijs iam persuasus argumentis, & experimentis à se prudenter factis, Ioseph paternam familiam intestinis desidijs, & domestica seditione nequaquam impugnari, diutius diurnam illam dissimulationem sustinere non valens, succubuit denique amori, quo ardebat, fraterno.

1298
Experiëntia de subditis consulenda.

Cur, si ita affectus est erga fratres, eosque tam intense diligit, se diu distulit manifestare; poterat, vel cognitus, ab invidia, & æmulatione, si pullularet, liberius corrigere, & efficacius increpare? Ita; sed puduit desidiosiorum, & invidorum hominum se fratrem denominare, vel fratres suos habere, quos vilis livoris nebulæ macularet.

1299
Invidi vitandi, & si cõsãguinei

Cur *præcepit ut egredierentur cuncti foras*? Ne quis venditionem fratribus obijciendam auscultaret, illis consulens, & suæ familiæ, ne domesticæ rixæ, defectusque exteris divulgarentur. Non alienis, ait Rupertus *lib. 9. cap. 11.* Communicanda erat domestici notitia sceleris; neque sub eo-

1300
Domesticæ lites nõ divulgãde

rum præsentia pius frater edicere voluit rem tantæ confu-
sionis, quam ferre non potuerint fratres, remotis etiam cun-
ctis arbitris. Ita ille. Vt discamus, quæ minus virtuose domi
succedunt, non per vicos, & plateas illico divulganda.

1301
Aulici vin-
dicant in-
iurias Re-
gam.

Vt egredierentur cuncti foras? Timuit enim ab Ægyptijs;
ne si intelligerent tantum facinus, à fratribus in fratrem
perpetratum, in illos insanirent, & illico dilaniarent. Promp-
tissimi aulici sunt in vindicandas in Principes patratas iniu-
rias; non vt castigent crimina; sed vt illis blandiantur, & ze-
lantes se honoris sui Regis ostendant. Ne fratribus, ait Philo,
propter veterem iniuriam obveniret aliquid dedecus, noluit
interesse aliquem Ægyptium.

1302
Affectus
repressus.

Cur elevavit vocem cum fletu? Quia ex redundantia di-
lectionis amanter prorupit affectus, quasi violenter infiliens;
diu voce, lachrymisque repressis. Deinde voluit Ioseph in-
telligi in domo Pharaonis fratres suos adventasse, nec id à se
propalari; sed à cæteris auditu percipi. Facile enim, quæ in
aulis audiuntur, per compita divulgantur.

Vers. III. ET DIXIT FRATRIBVS SVIS: EGO SVM

Ioseph: Adhuc Pater meus vivit? Non poterant res-
pondere fratres nimio terrore perverriti?

Vers. IV. AD QVOS ILLE CLEMENTER: ACCEDI-

te, inquit, ad me. Et cum accessissent prope, ego
sum, ait, Ioseph, frater vester, quem ven-
didistis in Ægyptum.

Vers. V. NOLITE PAVERE, NEQVE VOBIS DV-

rum esse videatur quod vendidistis me in his regionibus;
pro salute enim vestra misit me Deus ante
vos in Ægyptum.

VERSIONE S.

Sep. *Et non potuerunt respondere ei turbati enim erant. No-
lite mæsti esse, neque durum vobis videatur, quod vendi-
distis me huc, ad vitam enim me misit Deus ante vos.*

Cald. *Et nunc nolite consternari, neque displiceat in oculis ve-
stris, quod vendidistis me quondam, in sustentationem misit
me Dominus ante vos.*

Pag. *Quia territi erant à facie eius. Accedite queso ad me. Neque dolore afficiamini, & ne sit ira in oculis quod vendidistis me huc, quia propter vitam me misit Dominus ante v. s.*

Arias. *In vivificationem. Onk. In conservationem.*

Oleas. *Ne angustiemini, misit me Dominus pro ereptione.*

Cur ego sum Ioseph? Quia nomen Ioseph raro audiebatur in Ægypto; sed nuncupabatur *Salvator mundi*. Ideo antiquum, & illis, quibus cum loquebatur, cognitum nomen detegit, quasi desiderans à fratribus cognosci.

Cur adhuc Pater meus vivit? Quia licet audierat iam ante Patrem superstitem, nunc memorando complacet, & mirifice delectatur. Iam Patrem viventem audierat, ait Lip. sed præ magnitudine filialis affectus, denuo, & iterum de salute Patris quærens, & audire cupiens, quærit de Patris fama, quem diligebat.

Cur Ioseph Princeps Ægypti, coniugatus, & filiorum Parens constitutus, ita sollicitus est circa Iacob, eiusque recordatione obletatur? Ut sciant Filij, in omni statu, & fortuna parentes oblivisci non debere. Sunt qui ut prolem suscipiunt, aut fiunt ditiores, parentes temnant, & à se rejiciunt.

Cur non interrogat de Matre Rachel, cuius nulla mentio? Scivit proculdubio vita functam, & ea est hominum conditio ut cognatorum, qui præcesserunt, vix recordemur, licet eos in vita tenerrime dilexerimus. Vix dabis amorem, qui sepulchri metas supergrediatur.

Cur non poterant respondere fraires nimio terrore perterriti? Quia licet fratrem agnoscant, recordantur iniuriarum, quas patrarunt in eum, quem vident potentem eos iudicare, & damnare. Quis non lqualeat, & terrore concutiatur cum ante Iudicem se viderit, quem offendit? Qualiter, Deus immortalis! formidabit peccator, cum ante tribunal sistat illius supremi Iudicis, quem repetitis iniurijs lacessivit iudicandus. Annuit S. Chrisost. cogitantes, ait, quomodo eum affecerant, & qualis ipse apud se fuerat, & cogitantes gloriam in qua erat constitutus, de sua salute erant anxij.

Cur ad quos ille clementer? Quia videt afflictos, & memoria suorum delictorum perterritos, imo, & facti dolentes.

Cle:

1303

Nomē notum pro
laudum.

1304

Parentum
memoria
delectat.

1305

Parentes
nonoblivif
cendi in
quavis for
tuna.

1306

Mortuor
oblivio.

1307

Iudicium
anteiudicē
offensum.

1308
Cōfessarij
blande re
cipiāt pœ-
nitentes.

Clementer Ioseph agit, & benigne accipit eos, qui quondam in se crudeliter conspirarunt, vt ad se alliciat. Tu aspere, ne dicam inhumane, accipis pœnitentes, vt à Deo retrahas; odiosam eius efficias pietatem, & elonges misericordiam, quæ proxima est sperantibus in se.

1309
Crimina
fratrum te
genda.

Cur *accedite, inquit, ad me*? Vt, scilicet, fratres suos sui venditores, & proditores declararet, proprius ad se accedere iussit, vt submissiori voce id in aures insufurraret. Istud, ait Lira, volebat eis dicere submisisse, & ideo fecit eos prope venire, ne Ægyptij audirent proditorem, quam fecerant, & sic eos despicerent. Ita ille. Ergo quæ ad eorum laudem pertinebant contenta voce, & elata dixit, vt ab omnibus audiretur; quæ vero ad eorum vituperationem expectabant, voce submissa indicavit, vt ab ipsis tantum fratribus caperetur.

1310
Vindicta
indigna
potenti.

Cur *quem vendidistis in Ægyptum*? Vt referendo facinus, de quo ipsi omnes, & Ioseph conscij erant, se eorum fratrem non dubitarent. Tum vt manifestaret se iniuriæ tunc memorem, immemorem tamen vindictæ, quasi indigna res fuerit potestati constituto, cum eos benigne tractaret, & humaniter acciperet.

1311
Pœnitenti
bus blande
agendum.

Cur quos antè panivit, nunc scelus ante ipsos memorans non ponderat: non arguit, non aspere reprehendit; sed factum solummodo exponit? Quia antea impœnitentes. Nunc vero cognoscentes reatum dolentes exclamarunt: *Merito hæc patimur quia peccavimus*. Aliter cum pœnitentibus; aliter cum induratis agendum. Hi nisi irruat fulmen, non compunguntur. Illi colliquefcunt ad vocem. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*. Cant. 5. 6. Sufficit dolentibus, gementibusque sua crimina ad faciem insinuare.

Indurris
rigorose.

Aliter Christus se gessit cum Magdalena; aliter cum Adultera. Magdalena laudatur, & in pace dimittitur. Adultera vero vix absolvitur, & monetur ne labatur in scelus.

1312
Contritus
vere non
reprehen-
dendus.

Cur illi quæ toties peccaverat, dicitur: *Fides tua te salvam fecit, vade in pace*. Luc. 7. 50. Huic, quæ forte semel ruerat austere dicitur: *Vade, & iam amplius noli peccare*? Ioan. 8. 12. Nimirum hæc rarius peccarat; sed frigidius doluerat. Illa peccatrix fuerat; sed præ dolore, & compunctione cordis

lachrymis liquefacta pedes Domini commixtis gemitibus irrigavit, & terfit. Insuper Adultera doluit, quia saxa, quibus lapidaretur, & quæ timebat, vitabat: Magdalena Christum, quem multum diligebat, osculabatur. Fervor admonitione non eguit.

Cur *Nolite pavere*? Quia iam non erat de quo eos amplius puniret, cum vidisset poenitentes, quin fratrem Beniamin odio, aut invidia prosequerentur. Quasi diceret, ait Lyra, totum remitto vobis ex corde; quia certitudinaliter probavi vestram poenitentiam de me, & certam vestram amicitiam circa Beniamin.

Nolite pavere: Erubuit se fratrem nominare Ioseph, & adhuc indicium, vel leve, aut suspicionem aliquam impatientis, aut iracundi animi conservare, cum patientiam semper amaverit, quam commendat in Ioseph Zeno Veron. Ioseph, ait, invenitur patiens in pasquis, cum à fratribus rapitur; patiens cum in puteo detinetur; patiens in carcere, in regno patientissimus cum fratres cognoscit.

Nolite pavere: Quia cum fratres sint, nulla futura delictorum memoria; vindicta nullâ. Indignum quippe est, & alienum omnino à fraterna charitate, velle iniurias ulcisci. Quam pia fraternitas, ait S. Ambros. *lib. de Ios. cap. II.* Quam dulcis germanitas, ut etiam parricidale excussetur admillum.

Nolite pavere: Possum ego delictorum in me ultor existerè; sed ideo non possum; quia possum. Princeps sum toti Ægypto Præfectus. Nec potest decenter Princeps, aut certe Princeps non erit, si data sibi potestate, ea utatur ad sumendam de sibi illatis iniurijs vindictam. Quid quod ignobile, indecorum, imo, & turpissimum in sceleratos sibi que infensos, si subijciantur, irruere.

Cur *pro salute vestra misit me Deus ante vos*? Quia ut iniurias remittat, & fratres à metu liberet, in divinam providentiam omnia refundit; nec tam ex malitia venditionum patratam venditionem, quam ex divino iudicio permissam clamat. Nec vindicat peccatum, ait Oleaster, neque salutem exprobat; sed peccatum opus bonum efficere nititur, imo opus Dei.

1313
Pœnitentes
non casti-
gandi.

1314
Fratres hu-
manus in
fratres.

1315
Patientia
Ioseph.

1316
Fraterna
charitas
non ulcis-
citur.

1317
Princeps
suarum non
ultor iniu-
riarum,

1318
Iniuriæ
permissæ à
Deo.

Vers. VI. BIENNIVM EST ENIM QVOD COEPIT
fames esse in terra : Et adhuc quinque anni restant,
quibus nec arari poterit nec meti.

Vers. VII. PERMISITQVE ME DEVS VT RESERVE-
mini super terram , & Escas ad vivendum
habere possitis.

Vers. VIII. NON VESTRO CONSILIO , SED DEI
voluntate huc missus sum : qui fecit me quasi patrem
Pharaonis, & dominum vniuersę domus eius,
ac Principem in omni terra Ægypti.

V E R S I O N E S.

SEp. Huc secundus annus famis est super terram , & ad-
huc reliqui quinque anni in quibus non est aratio, nec mes-
sis, misit me Deus ante vos remanere vobis reliquias super
terram , & nutrire vestras reliquias magnas. Non vos me
misisse huc; sed Deus.

Cald. In quibus non erit seminatio nec messis .. Vt poneret vo-
bis reliquias in terra , & sustentaret vos liberatione magna.

A Deo missus sum , & posuit me in patrem Pharaonis Do-
minum in omnibus viris domus sue , & dominatorem in vr-
sa terra Ægypti.

Onk. Ad conservandū vos liberatione magna. Oleast. Ereptione.

Pag. Vt vivissem vos evasione magna. Cayet. Ad evasione.

Arias. Ad victum dandum vobis evasione magnam.

S. Chris. Vt relinqueretur vobis portio super terram.

Cur Biennium est , &c? Quia illos suadere intendebat, vt
relicta terra Chanaan transmearent cum Patre , & familijs
eorum in terram Ægypti , quod certe repugnarent omnes,
nisi eis ventura fames proponeretur. Durissimum quidem
est domum , & patriam relinquere ; sed ad id quod durissi-
mum est cogit inedia acerbitas , & angustia famis.

Cur permisit me Deus ? En causa tantę affabilitatis, re-
missionis, & amoris in fratres, qui eum vendiderant : Permi-
sit me Deus. Quis Deum meminit , & vindictam sumit? Quis
Deum presentem habet , & non condonat ? Quis cognos-

cens

1319
Pattiam
linguore
durum est.

1320
Iniurię à
Deo per-
missę ad
profectū.

tens Deum sui punitionem permisisse, punitorem insectatur ut hostem? Noscamus nos quandoque affligi ab hominibus, quibus Deus utitur ex industriosa ipsius providentia, ut probemur, & proficiamus; instrumenta ergo nostræ humiliationis cernui osculemur potius, quam flammis vindictæ condemnemus.

Cur ut *reservemini super terram*? Quia ille populus Dei electus erat, cui consulere decreverat, ne periret, ideoque permisit angustiari Ioseph, ut ad Præfecturam Ægypti elevatus suam conservaret stirpem, & familiam aleret. Mirasane, & stupenda cura, ait Oleast. qua Deus in hac vita electos custodit, & quam sollicitus est de servandis eorum reliquias.

Cur *Et Escas ad vivendum habere possitis*? Quasi dicat: Deus ditavit me Præfectum Ægypti constitutum, non tam ut divitijs ad deliciandum perfruar, quam ut vos alam, vobisque esurientibus alimoniam præbeam, ne inedia pereatis. Ut sciant filij, quos ridens fortuna locupletes constituit, id non tam sua ipsorum industria consecutos, quam divina providentia stabilitum, & senes Parentes in longæva ætate alant, & cognatis indigentibus subveniant.

Cur *qui fecit me quasi Patrem Pharaonis*? Quia Ioseph apud Ægyptios sapientissimus habebatur. Ij enim apud Regesita diligendi; ut tamquam Parentes honorentur. Patres quidem sunt, qui lacte sapientiæ populos doctrinis alunt, & instruunt documentis. Debent Reges, ait Oleast. habere sapientes loco parentum. Adde quod David Ps. 104. ait. *Constituit eum Dominus domus suæ, ut erudiret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.* En Ioseph univrsalem Magistrum, & Doctorem; quid mirum quod illum Pharao veneret ut Patrem.

Vers. IX. FESTINATE, ET ASCENDITE AD PATREM MEUM, & DICETIS EI: HÆC MANDAT FILIUS TUUS IOSEPH: DEUS FECIT ME DOMINUM UNIVRSÆ TERRÆ ÆGYPTI:

decende ad me, ne moreris.

Vers. X. ET HABITABIS IN TERRA GESSEN: ERISQUE IUXTA ME TU, & FILIJ TUI, & FILIJ FILIORUM TUORUM, OVES TUÆ, & ARMENTA TUÆ, & UNIVRSÆ QUÆ POSSIDES. Vers.

1321
Dilectio
inimici

1322
Electi cu-
stodiuntur
à Deo.

1323
Filij prof-
perantur,
ut patribus
subveniāt.

1324
Sapientes,
ut patres
collendi.

Vers. XI. IBIQUE TE PASCAM (ADHVC ENIM
quinque anni residui sunt famis) ne, & tu pereas, &
domus tua, & omnia quæ possides.

V E R S I O N E S.

SEP. *Descende ad me, & ne steteris, & habitabis in terra*
Gessen Arabia, & nutriam te illic, adhuc enim quinque
annis fames, vt non delearis tu, & filij tui, & omnis sub-
stantia tue.

Pag. *Habitabis in terra Ghosen, & eris propinquus mihi.*

Cald. *Ne forte penuriam patiaris tu, & viri domus tue, &*
vniversa quæ habes.

Oleast. *Descende ad me ne tardaveris. Alam te ibi ne forte*
depaupereris.

1325 *Cur Festinate? Quia nocens Parentem senem inedia*
 Parenti. *in terra Chanaan pati, properabat illum ab afflictione eri-*
 bus cito *pere, vt noscamus quam diligenter nobis laborandum est,*
 consulen- *vt Parentibus consulamus, ne procrastinando miserias, &*
 dum. *angores duplicemus, alterum ex propria penuria, alium ex*
nostra desidia, & morositate.

1326 *Cur Deus fecit me Dominum vniversa terra Egypti? Quia*
 iactantia *non se iactandi gratia hæc enuntiat; sed vt referendo id Pa-*
 reiicienda *tri, eum cogat, vt quam cito proficiscatur, & veniat ad se.*
Non gratia iactandi se, ait Oleaster; sed consolandi patrem
suum senem, hæc verba protulit Ioseph, vt discant filij qua-
liter tractare, & alere debeant parentes senio confectos.

1327 *Cur modo festinat, qui antea nec per literas Patrem mo-*
 Dispone *nuuit? Quia si antea Patrem monuisset horrerent fratres ad*
 quem sua. *conspectum Ioseph, cuius mortem machinarant, & quem*
 dere con- *turpiter iniurijs affectum vendiderant, accedere. Prius ergo*
 tendis. *traxit, & lenitus est fratres, vt omnes accedere non vere-*
rentur. Quia si prius, ait Rupert. Patrem invitasset, quam
fratres suos omnes composuisset, grandem nimis in domo
patris sui turbam concitasset.

1328 *Festinare deinde iubet fratres, vt nuntium ita parenti*
 Nuntia fe *gratum, ne prius ab alio, quam à suis filijs tamquam fideli-*
 licia à pru *bis testibus, reciperet. Felicitatis nuntia, ijs, quos diligi-*
 prijs dāda *mus,*

mus, committenda sunt. Nunc vobis properandum est, ait Philo lib. de Ios. ad patrem, vt à vobis potius quam à fama accipiat lætum de me nuntium.

Cur habitabis in terra Gessen? Quia terra hæc sita est in inferiori Ægypto, multis irrigua fontibus, pecoribus pascendis apta, quam Iudæi Thebaidem vocant; ad quam fertur divertisse Iesu Parenres cum fugerent ex Angeli consilio Herodis iracundiam, & infantem ibi custodirent.

Cur eris iuxta me tu, & filij tui, & c. Oves tue, & c? Ne amore filiorum, aut timore perdendi bona, quæ possidebat, moraretur. Sunt enim bonorum temporalium, filiorum, & nepotum ita amatores, vt, ne ab istis separentur, & illa amittant, quæ longo labore acquisierunt, inter discrimina vitæ amittendæ detinentur. Ideo securum redit de conservandis secum filijs, nepotibus, & pecoribus. Ideoque addit; ne, & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ possides.

Verf. XII. EN OCULI VESTRI, ET OCULI FRATRIS MEI BENIAMIN VIDENT QUOS OS MEUM LOQUATUR AD VOS.

Verf. XIII. NVNTIATE PATRI MEO VNIVERSAM GLORIAM MEAM, & CUNCTA QUÆ VIDISTIS IN ÆGYPTO: FESTINATE, & ADDUCITE EUM AD ME.

Verf. XIV. CVM QVE AMPLEXATVS RECIDISSET IN COLLUM BENIAMIN FRATRIS SUI, FLEVI: ILLO QUOQUE SIMILITER FLENTE SUPER COLLUM EIUS.

Verf. XV. OSCVLATVSQUE EST IOSEPH OMNES FRATRES SUOS, & PLORAVIT SUPER SINGULOS: POST QUÆ AUSI SUNT LOQUI AD EUM.

VERSIONES.

Cal. Quod vestra lingua ego loquor vobiscum. Et ruit super cervicem Beniamin fratris sui, & flevit super eos, & postea locuti sunt fratres eius cum eo.

Pag. Et iacavit se super collum Beniamin fratris sui, & Beniamin flevit super collum eius.

Cur en oculi vestri vident quod os meum loquatur ad vos? Quia

1331
Oculi pro
auditu.

Quia non alieno sermone, aut per nuntium; sed proprio ipsius ore, propriisque promissionibus, & verbis, Hebraico idiomate prolatis, quæ ipsi facile intelligerent, cum sine interprete loqueretur. Hinc Cald. *Vestra lingua loquor.*

1332
Sermo
verituras
rem ama-
tam.

Cur & oculi fratris vestri Benjamin? Cur scilicet hunc præcipue nominat? Quia illud communiter venit ad os, & loquellam, quod corde per dilectionem habetur. Specialiter hunc nominat: ait Hugo Card. quia specialiter hunc amat. Sic Angeli ad mulieres. Marc. 16.7. *Dicite Discipulis eius, & Petro.* Specialiter Petrum nominant; quia sciebant valde à Christo Domino dilectum.

1333
Fratres
veterini ma-
gis diligū-
tur.

Cur prius amplexatus recidit in collum Benjamin? Respondet Abul. Quia fratres eius erant attoniti, non amplexatus est eos fuit Ioseph, donec redirent ad se ipsos: tunc ergo cum creduli essent, & non timentes, amplexatus fuit Ioseph primo fratrem suum Benjamin, quia ille ad eum magis attrinebat, quam alius.

1334
Afflictus
magis
prius so-
landus.

Amplexatus deinde est primo Benjamin; quia maioriangebatur verecundia, eo quod in eius sacco inventus est scyphus. Sic expresse Lipp. Frater Iunior vterinus, ait, pro scypho maxime consternatus erat, ideo illum familiaris, & in primis consolatur fletibus pietatis, & gaudij. Ita ille. Prius ergo consolandus, qui angustiatior magis, & affligitur.

1335
Pompa ad
solatiū nō
ad vanita-
tem.

Cur Nuntiate Patri meo uniuersam gloriam meam? Scilicet, non vt eam ostentando evanesceret: sed vt maiori exultatione lætitiæ senex pater iucundaretur. Non superbe hoc dixit, ait Hugo Viêt. sed ad consolationem, & lætitiā Patris sui. Et Lipp. Hoc non ad gloriam suam dixit Ioseph; sed ad Dei laudem, patrisque lætitiā futuram, cum hæc audiret. Hęc ille. Quis Pater non iucundius obletatur, cum gloriosiores viderit filios?

1336
Osculum
dilectionis
signum.

Cur osculatus est Ioseph omnes fratres suos? Quia osculum maximum est, & vltimum signum ardentissimæ dilectionis. Hoc expectabat, ambiebatque sponsa, vt sui dilecti experiretur amorem. *Osculetur me*, ait, *osculo oris sui.* Cant. 1.

1337
Inimici
dilectio.

Cur ita sibi inuisos fratres imo, & proditores amplectitur? Vt nos doceat qualiter nobis cum persecutoribus, & inimicis agendum est. Sed audiatur S. Aug. *Ser. 83. de Temp.*

Mirati estis castitatem Ioseph? Aspiciate nunc benignitatem. Ille pro odio reddidit charitatem, & cum videret fratres suos, imo inimicos ex fratribus, dilectionis affectum testatus est ad eos, pro malis bona restituens. Ita S. Aug. Quid ageret Ioseph, si ex ore Christi perciperet: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c.* Matth. 5.4. Qui ita ante Evangelium hostes suos amplexatus, & osculatus est?

Cur fratres suos Ioseph, & amplectitur, & osculatur? Vt sceleratos ad fidutiam suam acquirendi amicitiam inducat. Audiendus hic Serap. Caponius *conclus.* 4. Vide miram Iosephi dexteritatem erga peccatores, & artem, primum verbis duris, factisque ad eos utitur, ut in peccati cognitionem illos inducat. Secundo, postquam in peccati cognitionem induxit, & pœnitentiæ signa vidit, verbis, & signis clementissimis erga eos utitur. Primo terret, ut peccata timentes videant: Secundo mulcet, ne peccata videntes in pusillanimitatem cadant.

1338
Cōfessarij
prudētes,

1339
Concionatores.

Vers. XVI. AVDITVMQVE EST, ET CELEBRI SERMONE vulgatum in aula Regis; venerunt fratres Ioseph: & gavisus est Pharao, atque omnis familia eius.

Vers. XVII. DIXITQVE AD IOSEPH UT IMPERARET fratribus suis, dicens: onerantes iumenta, ite in terram Chanaan.

Vers. XVIII. ET TOLLITE PATREM VESTRVM & cognationem, & venite ad me; & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, & comedetis medullam terre.

VERSIONES.

SEp. Et divulgatum est in domo Pharaonis. Onerate vesicula vestra, & abite in terram Chanaan, & assumentes Patrem vestrum, & substantiam vestram, venite ad me, & dabo vobis de omnibus bonis Ægypti.

Cald. Et rumor auditus est in domo Pharaonis dicendo: venerunt fratres Ioseph, & placuit in oculis Pharaonis, & oculis servorum eius. Tollite Patrem vestrum, & homines domus vestra, & dabo vobis optimam terram Ægypti, & comedetis

bona terra.

Pagn. *Capite patrem vestrum, & familias vestras, & venite ad me, & comedite pinguedinem terre.*

Oleas. *Pungite iumenta vestra.*

Arias. *Et comedite bona terra. Eug. Adipem terra.*

1340
Aulicus
sermo vul-
gatur.

Cur auditum est, & celebri sermone vulgatum? Quia quod in aulis Principum percipitur, vel ad plausum, vel ad vituperium, vel etiam ad æmulationem promulgatur, & resonat.

1341
Nobilitas
generis fin-
gitur.

Cur venerunt fratres Ioseph? Quia mirabantur cum nunquam Ioseph fratres suos, & nobilitatem generis memoraverit. In quo eius humilitas maxime commendatur, cum id impense appetant homines, dignitate præcipue constituti, scilicet, vel blæterare genus, vel se satos sanguine divum fingere. Quod expressit Seneca, dicens: Progenitores suos recententes, vbi illis homo deficit, Deos fingunt.

1342
Nobilitas
vera virtus

Cur ergo Ioseph, dum toti Ægypto præficitur, sui generis splendorem non ostendit? Quia suæ stirpis nobilitatem non tam in progenitorum sanguine, quam in præclaris gestis, & virtute constituit. Sic locutus Philo Iudæus *lib. de Ioseph*: O ter beatum, qui ne profapiam tuam dehonestares, cuius Dominus Deus est, adulterium exhorruisti.

Sed expressius S. Chrisos. in D. Matth. Ille clarus, ille sublimis, ille vere nobilis, ille tunc magnam nobilitatem suam putat, si dedigneretur servire vitij, & ab eis non superari. Concinit Claudianus:

———— Nobilitas sola est, atque vnica, virtus.

1343
Progenies
non iactan-
da.

Cur progeniem suam reticet Ioseph, cum S. Raphael Tobia responderit: *Ego sum Azarias, Anania magni filius.* Cui rursus Tobias: *Ex magno genere es tu?* Tob. 7. 17. Tum quia S. Raphael rogatus, & requisitus. In quo vere tamquã Angelum se exhibuit. Qui enim virtutibus studet, & intelligens est, genus nec iactat; aut vulgat, nisi cum necesse est.

1344
S. Francis-
cus Borgia

In quo humilitas S. Francisci Borgia maxime splenduit, qui à titulis suæ præclaræ stirpis ita exhorruit, vt vel nomina dignitatis antiquæ expueret, nec illis vtebatur, nisi cum vrgeret necessitas.

Cur ergo Angelus stirpem de se prolaturus nobilissimã expressit? Quia hominis speciem induerat, genus ergo in-

fig-

signe iactat, vt morem hominum, & indolem gerat. Nec Angelus, si homo appareat, humile valet genus de se profiteri. Ita hominibus inditum, & connaturale est maiores proferre à quorum nobilitate commendentur, vt nemo sit, qui non ambiat audire: *Ex magno genere es tu.*

Ang-lus,
vt homo
apparens,
iactat ge-
nus.

Cur *gavifus est Pharaos*? Quia forte à suis Dynastis notabatur, quod illis prætulisset hominem ignotum, Hebræum, & Advenam. Gavifus proinde Pharaos cum eum novit præclaris ortum natalibus. Ita Catena Græ. loquens de Pharaonis lætitia. Nec mirum, ait, agnoverat ille non servum ignobilem rebus suis præposuisse; sed ingenuum, & ex antiqua profapia.

1346
Guberna-
tores nobi
les sūt.

Aliter Abul. Quia Pharaos, ait, & tota Ægyptus vere diligebat Ioseph, qui tantum bonum fecerat, & continue diligebat, nullique de tota Ægypto tædiosus. Quando aliquis vere diligit alium, gaudet in quolibet illius: Advenientibus ergo fratribus Ioseph, in quibus ipse lætabatur, lætatus est Pharaos, & tota domus eius.

1347
Amati in
bonis gau-
demus.

Cum mos aulicorum sit invidere ad dignitates supra se euectis, cur in lætitia Ioseph nulla invidia, imo summa iucunditas, & exultatio? Quia taliter se gessit Ioseph vt nullus illi invideret, omnes illum diligerent. Virtutis magnæ signum in Ioseph, ait Lipp. qui aulicorum invidiam potuerit superare dexteritate sua, cum esset Hebræus, & alienus.

1348
Invidiam
superare,
illustre est

Cur Ægyptij per tot annos Iosephum agnoscentes nihil de illius genere, aut de fratrum scelere, pro quo puniti fuerant scrutati sunt? Quia Æthnici illi se, non aliorum vitam, aut mores curiose indagabant. Nos vero aliorum, & genus, & gesta, & crimina diligenter scrutamur, vel ad invidiam, ad detractionem, vel etiam ad cooperiendam, & excusandam nostram. Sic expresse S. Greg. Nacian. *orone* 13. Vbi sunt, ait, qui res nostras, tam bene quam male se habentes, studiose ac diligenter observant; non vt iudicent; sed vt improbent, nec vt nobis gratulentur; sed vt insultent, & tragicis verbis exaggerent, atque ab alienis lapsibus excusationem vitij suis quærunt.

1349
Vita, &
mores alio-
rum non
scrutandi,

Cur tanta in Ægyptijs lætitia, nec adventus fratrum sufficiens argumentum videbatur tantæ exultationis, & gaudij?

1350
Vilibus
servire du-
rum est.

Quia ex adventu fratrum notum Ægyptijs fuit se non hō-
muntioni, aut vili servo; sed generoso, & nobili viro subie-
ctos, intolerabile videtur vilibus subiectari, & illis obtem-
perare cogi. Quod Ieremias inter lamentationum lachrymas
deplorabat. *Servi, ait, dominati sunt nostri.* Thren. 3. super
quæ S. Pasch. *lib. 1.* ait. Epilogum retexit miseriarum. Qua-
si vltima miseria esset à servis, & infimis dominari.

1351
Adulatio
aulicorum

Sunt qui velint hoc gaudium totius familiæ Pharaonis
non verum; sed fictum fuisse. At cur lætitiā fingerent, si
vere lætati non fuerint? Quia gavissus est Pharao, vultum læ-
titiæ induunt Dynastæ, vt Regi placeant, & illi blandiantur,
vt videas quam prompti, paratique sint aulici ad adulationē.

1352
Subditus
non repre-
hendat
alios.

Cur dixit ad Ioseph vt imperaret fratribus suis? Cur ipse
Pharao non imperat? Noluit imperium exercere in ijs, qui
tanquam exteri, & advenæ in sua dictione non degebant.
Qualiter ergo coarguis eos, qui tui iuris non sunt, & fratrem
non tibi subditum, nec imparem dignitate, acerbis contume-
lijs carpis? Non ergo imperet, aut corrigat, qui superior non
est, nisi coactus præcepto christianæ charitatis.

1353
Monitio
suavis.

Deinde: voluit id à Ioseph indici, vt fieret, non imperio
dominantis; sed consilio monentis, & fraterne suaderet, quos
volebat ad se trahere, & apud se commorari.

1354
Cognati
militum
attendēdi.

Cur tollite patrem vestrum, & cognationem, & venitē?
Quia cupiebat Iosephi progeniem honorare. Debent enim
Principes esse beneficos, & liberales in honorando consan-
guineos, & posteros eorum, qui sibi fideliter servierunt.
Quis enim militaret, aut cum manifesto sui, suæque vitæ dis-
crimine prælia iniret, si sciret eo ablato, post sui sanguinis
effusionem, nullum posteris, & cognatis adventurum hono-
rem, aut præmium? Qua propter, ait Oleast. debent Princi-
pes non solum in benemeritos liberales esse, sed, & in suis.

1355
Vnus bo-
nus totam
familiam
honorat.

Cur tam anxius Pharao in adducenda ad Ægyptum fa-
miliam Ioseph, tempore præcipue tantæ caritatis annonæ?
Credidit consanguineos Præfecti tales futuros, tamque in suo
Regno proficuos, qualis erat Ioseph; cupiebatque similes
viros apud se habere, & in suis dictionibus commorari.

Vers. XIX. PRÆCIPE ETIAM, UT TOLLANT
 plaustra de terra Ægypti, ad subvectionem parvulorum
 suorum ac conjugum: & dicit: Tollite patrem
 vestrum, & properate quamtoctus
 venientes.

Vers. XX. NEC DIMITTATIS QUIDQVAM DE SVP-
 plectili vestra: Quia omnes opes Ægypti
 vestrae erunt.

Vers. XXI. FECERVNTQVE FILII ISRAEL, UT EIS
 mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum
 Pharaonis imperium: & cibaria in itinere.

VERSIONES.

Sep. *Et non parcatis oculis de vasis vestris, omnia enim bona*
 Ægypti vobis erunt.

Cald. *Tollite vobis de terra Ægypti currus Familiae vestrae, &*
uxoribus vestris, & tollite patrem vestrum, & venite. Et
oculus vester non parcat suppellectili vestrae, quoniam optima
totius terrae Ægypti vestra erunt.

Lipp. *Oculus vester non misereatur super suppellectilia.*

Pag. *Dedit eis Ioseph currus iuxta sermonem Pharaonis, & de-*
dit eis escam pro itinere.

Cur *Præcipe ut tollant plaustra de terra Ægypti*? Ne,
 cum numerosa esset cognatio Ioseph, istius nomine, & au-
 thoritate populos illi violenter cogent, eos obligando, ut
 currus, & equitatus ad iter de loco in locum mutuarent. Ut
 solent per iniuriam milites colonos nimis iniuste opprimere.
 Quod providebat Pharaon molesti essent habitantibus lo-
 co, & providere debent Gubernatores mittentes milites.

Cur *Nec dimittatis quidquam de suppellectili vestra*? Nempe,
 ut illis donentur omnes opes Ægypti. Apud Principes enim
 sæculi nihil datur nisi habenti. Quia omnia promittuntur,
 necesse est ut ea accipiant, ut omnia sua deducant, & se-
 cum adsporent. Expoliati enim expoliati relinquuntur, illis
 bona dantur, qui abundant magis.

Nec dimittatis quidquam: Ne, si illis, quibus antiquitus

1358
Patriæ
amatores.

utrebantur, & in quibus cor posuerant, carerent, omnia illis promissa, & si pretiosiora, fastidirent. Sunt qui miseris quibus convixerunt ita recreantur, ut ampliora despiciant. Lutum ambiunt, margaritum contemnunt. Nec inter divitias quiescerent, & ad sua revertere ambiunt. Firmat Abul. Mandavit, ait, secum suppellectilia ducere, ne desiderarent illuc redire. Et Hug. Card. Ne cum vxore Loth retro respicientes reverterentur in patriam.

1359
Cognitio
propria.

Cur quia omnes opes Ægypti vestra erunt? Imo quia bonis omnibus abundabunt, relinquere deberent inveterata illa, & fere rupta, tineisque terebrata suppellectilia? Ita sane; sed volebat Pharaon domibus ornatissimis, & ditissimis eos locare, ideoque ante oculos habere pastoritia illa instrumenta, fumosa opercula, & lacerata linteamina, ut, si magnitudine ornamentorum, & divitiarum superbirent, vilibus illis, & deiectis suppellectilibus, quibus antea utebantur, visis humiliarentur. Memento quibus pannis involutus fuisti, & humiliare, ne presentibus divitijs evanescas, & superbias.

1360
Humilitas
in affluen-
tia.

1361
Prophetia
non arguit
sanctitatē.

Cur quia omnes opes Ægypti vestra erunt? Quia videtur quasi propheticè loqui, quod testantur aliqui Rabbini apud Lyram. Quasi illis verbis prædiceret spoliationem Ægyptiorum per Hebræos faciendam. Nam ut bene S. August. de mirab. Sac. Scrip. cap. 10. Spiritus Sancti, ait, verba, non dicentium merita, pensantur; sed ipsius voluntate proferuntur: per quod tamen proferentium merita non augentur.

Vers. XXI. SINGVLIS QVOQUE PROFERRI IVSSIT binas stolas: Beuiamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.

Vers. XXIII. TANTVNDDEM PECVNIAE, ET VESTIVM mittens patri suo, addens, & asinos decem, qui subveherent ex omnibus divitijs Ægypti, & totidem asinas, triticum in itinere, pannelque portantes.

Vers. XXIV. DIMISIT ERGO FRATRES SVOS, ET proficientibus ait: Ne irascamini in via.

V E R S I O N E S.

Sep. Et patri suo misit iuxta eadem, & decem asinos ferentes

tes de omnibus bonis Egypti, & decem mulas ferentes panes patri suo in via.

Cald. *nicuique eorum dedit stolas, ut induerentur, Benjamin quoque dedit trecentos siclos argenteos, & quinque stolas indumenti, non contendatis in via.*

Pag. *Omnibus ipsis dedit mutatorias vestes, & ipsi Benjamin dedit trecentos argenteos, & quinque mutatorias vestes.*

Oleast. *Portantes panem, & speciem Patri suo. Ne commoveamini in via. Vatab.* *Ne expasvescatis.*

Cur singulis proferri iussit stolas binas? Ut qui eum vnicæ tunica expoliaverant, duobus stolis donarentur, & iniuriam vnius tunicæ ablatæ per invidiam, binis stolis per charitatem, quæ opperit multitudinem peccatorum, compensaret. Sed ad rem Rupertus *lib. 9.* inimicis suis, qui manducando esurientem vendiderunt, cibum dedit, & potum. Et eis à quibus tunica talari, & polymita ita nudatus est, ecce binas singulis dedit stolas.

1362
Inimici di-
lectio.

Cur singulis individualiter assignat stolas, & pecunias Benjamin? Ne si omnibus in communi vestimenta, & stolas concederet, discordia esset; quisque enim maiorem sibi partem vellet arrogare, imo, & illas, quæ pretiosiores, & lucidiores apparerent, assumere. Nullus enim, cum commodum intervenit, respectus fratris ad fratrem: Singulis propterea proprias assignat, ne surgat inter eos ambitio.

1363
Ambitio
inter con-
sanguineos

Cur Benjamin, fratrum minimo, dedit quinque stolas, & optimas, insuper, & pecuniam? Quia nullum iam timebat invidiæ periculum in fratres, quos correxerat, & emendarat. Tum quia merita Benjamin perspicua erant inter eos. Et nulla nota; nullum susurrationis, aut invidiæ argumentum, ubi clara, & manifesta sunt merita, quæ compensantur. Hinc murmurationes, & iræ cum quis immeritus videtur sine sudore, & certamine coronari.

1364
Merita fi-
liorum præ-
mianda.

Cur tantundem pecuniæ patri suo, addens, & asinos decem? Resp. Abul. Quia rationabilius erat magis patrem diligere, quam fratrem; & dato quod fratrem magis diligeret, tamen magis patrem honorare debebat, & revereri eum, cum teneamur patribus ad maiora, quam quibuslibet alijs hominibus. Quasi diceret: noluit externe demonstrare se magis

diligere fratrem, quam Patrem.

1365
Voluntas
Præsumpta.

Cur stolas, & pecunias dilargitur, qui iussus est plaustra tantum proferre? Quia fatis intellexit Ioseph mentem Pharaonis, & præsumptam voluntatem fuisse, ut ipsis, non tantum necessarium ad viam; sed congruum, & superabunde ad pompam, & ostensionem suæ liberalitatis concederetur. Debent enim ministri iuxta nutum, & tacitam concessionem Principum ita actiones dirigere, & negotia exequi, ut regiam munificentiam ostendent.

1366
Discordes
recusatur.

Cur ne irascamini in via? Ut pacifici redirent ad patrem, eosque pater iucundius acciperet, & facilius circa adventum suaderetur, aliter, inter discordes, & iratos fratres, venire prudenter recusaret. Nam, ut ait Tertul. lib. de orat. cap. 10. Quomodo placabit patrem iratus in fratrem? Nam, & Ioseph dimittens fratres suos ad producendum patrem, & ne, inquit irascamini in via. Ita ille. Quasi quisque recuset inter discordes, & iratos se viæ committere.

1367
Ira fratres
dirumpit.

Ne irascamini: Quia si locus detur iræ, accendi ita consuevit, ut fraternam unionem dirumpat, & vel propinquos inter rixas, & contentiones dissolvat. Quod observat S. Ambros. lib. de Ioseph cap. 13. Quam bene, ait, docet ab iracundia præcavendum, quod ea etiam posset amantes sui separare germanos.

1368
Culpa alijs
non appli.
cauda.

Cur hic præcipue prævenitur: ne irascamini? Quia hic timuit Ioseph, ne circa eorum facta contenderetur, volens quis alterum damnare circa venditionem, & sibi invitam iniuriam, intendens quisque culpam in alium refundere; & forte nocentior innocentem increpare. Vnde oriretur contentio, & divisio inter fratres. Audi Rupert. Ne dum alius alio iustior, vel innocentior videri, & à se in alium crimen depellere contendit, invicem dimicetis, & contra invicem dividamini. Firmat Vatab. Timendum enim erat, ne quisque se purgando crimen in alios transferre studeret, atque ita surgeret contentio.

1369
Abundantia
contendit.

Cur in regressu monentur, ne irascantur, qui in adventu concordēs venerant? Quia cum descendunt in Aegyptum fame, & inedia apprimebantur; cum redeunt saturitate exuberant, & divites proficiscuntur, quæ in esurie, & fame non
fuit

fuit contentio, timetur in abundantia; ne scilicet, quos famas coniunxerat, saturitas discordaret. Affluentia enim divitiarum proxima litibus, & contentionibus habetur. Sine faculo, & pera misit Dominus discipulos, & sine pecunia, vt incentiva litis, ait S. Ambros. instrumenta periperet ultionis.

Cur *in via*? Quia periculosior solet esse contentio in itinere, vbi non est qui rixantes contineat. Tum quia ad levandas itinerantium molestias maxime conducit amicitialis coeuntium sine contentione societas. Sic S. Ambros. *lib. de Ios. cap. 13.* Maxime, ait, in via fugienda est discordia, vbi ipse viandi comitatus debet esse inviolabilis, & gratiæ habere consortium.

Cur *ne irascamini*? Quia si pacem servant, invidiam vitabunt, & à ceteris vitijs abstinebunt. Sic S. Ambros. *lib. de Ios.* Vbi enim pax est, invidia locum non habet, ablegatur discordia, fugatur dissentio. Hoc est ergo quod Christus ait: *Pacem meam do vobis*, Ioan. 14. Hinc Proverb. 16. Vir iracundus provocat rixas; & qui ad indignandum facilis est, & erit ad peccata proclivior.

Cur singulis binas, Benjamin quinque stolas dedit? Quia consanguinitate hic propinquior. In dispositione, & distributione rerum semper propinquiores cognatione anteponendi sunt, nec tamen ceteri expoliandi. Non reliquit Ioseph remotiores fratres indonatos, vt praelatio vnus ostenderet ius propinquitatis, & in alios largitio ius charitatis ostenderet.

Vers. XXV. QUI ASCENDENTES EX ÆGYPTO,
venierunt in terram Chanaan ad patrem
suum Iacob.

Vers. XXVI. ET NVNTIAVERVNT EI, DICENTES:
Ioseph Filius tuus vivit: Et ipse dominatur in omni
terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de
gravi somno vigilans, tamen non
credebat eis.

VERSIONES.

SEp. *Et obstupuit mente Iacob non enim credebatur eis.*
 Cald. *Et erant hæc verba vacillantia in corde suo, quoniam non credebatur eis.* Onck. *Dubia.*

Pag. *Debilitatum est cor eius quia non credebatur eis.*

Oleast. *Et cessavit cor eius.* Lipp. *Elanguit cor eius.*

Vatab. *Et dissolutum fuit cor eius.*

Alij. *Vacillavit, seu hæsitavit cor eius.*

1373 **N**untia bō
 na statim
 dicenda.
 Cur ut venerunt, nec quidem salutato Parente, nuntiaverunt de Ioseph? Quia illud in primis promere festinant, quod parenti gratissimum fore arbitrabantur. Promptissimi enim debemus esse ad propera nuntianda.

1374 **L**ocus san
 ctus acce
 dentes cō
 mendat.
 Cur *ascendentes ex Aegypto* dicuntur fratres Ioseph? Quia ex mente Origenis semper ascendere, crescere, & augeri cententur, qui ad locum sanctum progrediuntur. Ad locum vituperabilem, esto, sublimior sit, semper descenditur. Ad locum laudabilem semper ascensus est, quod patet ex pluribus Scripturæ locis, quos enumerat, & recenset, nec transcribere vacat, Origenes.

1375 **F**ilius do
 loris certe
 filius.
 Cur *filius tuus vivit.* Non ne, & cæteri filij erant? Itaque sed ille certe filius, qui filius doloris est. Plus doluit Iacob, quam pro cæteris omnibus, pro Ioseph. Deinde: hic honestate morum, & actionum magis compar Iacobo fuit, & ille proprius, & verius, filius nuncupatur, qui similior parentibus in virtutibus processit.

1376 **F**elicitas fi
 lij Patrem
 felicitat.
 Cur, & *ipse dominatur in omni terra Aegypti?* Ut non solum illum vivere annuntiarent; sed, & prosperitatem, & dominium describerent; omneque compendium totius felicitatis, quod posset Patrem latificare. Non minus grata est parentibus filiorum vita, imo gratior solet esse eorum prospera, & elevata fortunæ felicitas.

1377 **M**endacij
 auferenda
 occasio.
 Cur non obiectat Iacob, qualiter viveret, quem, vobis testantibus, & tincta sanguine tunica, fera pessima devoravit? Ne excusationes, & refugia inquirentes mendacia involverent mendacis, cum ipsi veritatem aperire, & iniuriam fateri Patri omnino recusarent.

Cur; quo audito quasi de gravi somno evigilans? Quia somno moeroris consternabatur Iacob, & ad mortem cito pede properabat afflicta senectus, impellente tristitia, quæ fortiores confodit, audito filij nuntio, non solum viventis; sed etiam regnantis, spiritus vitæ illi lætitia comparavit, & quasi è gravi sopitus promptissime vigilavit. Sic premit moeror cum fovetur: sic sublevat lætitia cum admittitur.

1378

Tristitia premit, lætitia levat.

Cur vigilans dicitur Iacob? Quia diu somno contemplationis præpropere, & immaturæ mortis filij dormierat, talisque meditatio vigilantem reddit contemplantem, vividumque ad exercitium virtutis.

1379

Mortis meditatio vigilantis reddit.

Cur non credebatur eis? Quia tantum, tamque felix, & imperator nuntium difficile creditu fuit. Sed audi Oleast. Sic locutum: Difficilius credimus bona nuntia, quam mala. Reputamus enim difficiliora nobis bona, quam mala; quoniam communiora, & frequentiora.

1380

Bona difficile creditur.

Non credebatur eis: Quia adhuc de morte filij acerbissime cruciabatur. Et ea est afflictorum conditio, ait Abul. qui postquam afflictionibus succubuerunt, si aliqua eis prospera eveniant, non immediate credunt, iam se totaliter reputantes extremis miserijs derelictos.

1381

Afflicti difficile credunt bona sibi.

Cur Quasi gravi somno vigilans? Quia obstupuit mente, vt legunt. Sept. Nam idem facere solet immodicum gaudium, quod excedens tristitia, vt videre licet multos effundere lachrymas præ gaudio immenso; alios sæpe etiam obstupescere, quando fieri vident, quæ non expectaverant, & quos mortuos esse putabant, repente vivos vident.

1382

Gaudium, & tristitia premunt.

Cur tantum filium Iacob non fratrem suum nominant? Quia erubuerunt se fratres dici illius, erga quem se hostes crudeles exhibuerunt. Pudeat te fratrem dici illius, quem inhumaniter tractas, & contumelias vexas.

1383

Fratrem fratrem vexans non est frater.

Verf. XXVII. ILLI E CONTRA REFEREBANT OMNEM ordinem rei, cumque vidisset plaustra, & univ-

versa quæ miserat, revixit spiritus eius,
Verf. XXVIII. ET AIT: SVFFICIT MIHI SI ADHVC Ioseph filius meus vivit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

Verf.

VERSIONES.

SEp. Locuti sunt autem cum eo omnia quæ dicta fuerant à Ioseph, videns autem plaustra, quæ miserat Ioseph, ut assumerent eum, & revixit spiritus Iacob patris eorum. Dixit autem Israel: magnum mihi est si adhuc Ioseph filius meus vivit profectus videbo eum.

Cald. Requievit Spiritus Sanctus super Iacob patrem suum; Magnum gaudium est mihi Ioseph filio meo adhuc vivente.

Pag. Et vidit currus, quos misit Ioseph, ut ferrent eum: & revixit spiritus Iacob patris eorum.

Oleas. Multum si adhuc Ioseph filius meus vivit. Vat. Satis est.

Cur illi referebant ordinem rei? Sunt qui dicant eos retulisse Patri ab initio acta, scilicet invidiam, qua Iosephum infectati sunt, qualiter eum post nudatum, & sepultum, intentata nece vendidere, confitentes coram Patre cum anxietate, & compunctione cordis, oculorumque lachrymis, illatas Fratri iniurias. Quos cum audisset Pater poenitentes revixit spiritus eius. Recreatur cum lætitia cordis affectus Paternus, cum audierit recipientes filios peccata cum animi dolore confitentes.

Cur cum vidisset plaustra, &c. Quia cum viderit ostentationem, quam non tulerant filij ex terra Chanaan, credidit à Iosepho potenti, & regnanti missam, & tamquam certa quæ loquebantur, tuncque revixit spiritus eius. Vbi autem audivit, ait S. Chrisof. quod filius viveret, & dominaretur, & vidit plaustra, reactus est, & juvenis ex sene factus,

Cur Cald. legit: Requievit Spiritus Sanctus super Iacob? Nimirum, ut explicant Hebræi, donum prophetiæ recesserat à Iacob: Quia Spiritus Sanctus non manet in tristibus, dolentibus, & melancholicis; ideoque torpidis, & ignavis; sed in alacribus, lætis, strenuis, & expeditis, qualis hic factus est Iacob, quiescente spiritu; seu recipiens spiritum propheticum, ut patet cap. sequen. vers. 4. quo hætenus mœrens caruerat. Hæc Cornelius.

Cur permisit Deus tanto tempore privare Iacob dilecto suo filio, ita ut nullam omnino notitiam de illo, nec longe

agen-

1384

Confessio
cū dolore
lætificat
Deum.

1385

Eredibilita
tis signa.

1386

Spiritus S.
recedit à
tristibus.

agente, reciperet? Quia eum plus ceteris diligebat, ita vt, & tunica polymita, cum aliorum invidia, illum ab alijs fratribus distingueret. Nimia, & inordinata dilectio parturivit absentiam. Pater, qui alterum filium reliquis indiscrete præfert, vel morientem cito videt, vel absentem, Deo in supplicium inordinati amoris disponente, deflet, eius per longum tempus cruciatus absentia.

1387
Dilectio filiorum indifcreta.

Cur *sufficit mihi si adhuc filius meus Ioseph vivit*? Quia plus de vita filij, quam de divitijs, & regno gratulabatur. Sic loquitur Abul. personam Iacob agens: Multa bona sunt, quæ mihi enarratis de Ioseph, tamen mihi sufficit si ipse vivat; quia ego non tantum curo de dominatione eius, quam de vita. Vos mihi currus eius, & infulas obijcitis: at ego Iosephum expecto, si vivit, sufficit.

1388
Vita filij gratior parenti.

Si filius meus vivit: Quia vero, & sincero amore diligebat filium. Istud est, ait Abul. signum veri amoris, scilicet, quod aliquis amet alterum secundum se ipsum, quia in bono eius secundum se ipsum delectatur. Ita ille. Qui te diligit quia divitem, quia dominantem, ex quo emolumentum expectat, non tam te, quam tua; non tam te, quam se diligit.

1386
Amor verus.

Cur *vadam, & videbo illum antequam moriar*? Cum mitis ad Ioseph filios *sumite*, ais, *de optimis terræ frugibus, & deferte viro munera*. cap. 43. II. Cum ipse proficisceris, nulla de muneribus cura? Ita quidem, cum filium suum esse cognovit, nulla de donarijs ratione habita, pene nudus descendit ad eum. Nimirum cum pergebant filij ibant ad Præfectum, nunc itur ad filium. Tunc dona commeant, vbi charitas exultat. At regnante filio nefas esset, aut fratri fratres, aut parentem filio cum muneribus occurrere.

1390
Munera extraneis datur.

Dices: occurrisse olim cum muneribus Iacob obvianti sibi Esau: Fateor; sed non ab illo actum, vt sibi amorem fratris conciliaret; sed vt eum sibi subderet servum, Patris oraculum impleturus: *D. minum tuum illum constitui*. cap. 27. Affinatis ergo iam commutatis nominibus in titulos servitutis, potuit Iacob, imo debuit, non tam vt fratris gratiam iniret, quam vt traditum sibi à Patre supra fratrem adiret imperium, muneribus ferocientem devincire.

1391
Munera datur cum deest charitas.

Cur vtitur Scriptura verbo *revixit*, quod idem sonat ac:

1392
Vita anxia
mors cru-
delis.

recurreret? Ita est, vivebat quidem Iacob, sed vivebat mortuus, id est vita amariori ipsa morte. Mitius actum fuisset cū Iacob, si mori illi infligeretur; nam sic sensu dolorum priuaretur, vivens autem per mortem filij ita affligebatur, vt diuturnius quotidie moreretur.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXXVI. VERS. I.

PROFECTVSQVE ISRAEL CVM OMNIBVSQVE
habebat, venit ad puteum iuramenti. Et mactatis
ibi victimis Deo patris sui Isaac.

Vers. II. AVDIVIT EVM PER VISIONEM NOCTIS
vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob,
cui respondit: Ecce adsum.

V E R S I O N E S.

SEp. *Premovens autem Israel ipse, & omnia que eius, venit ad puteum iuramenti, immolavitque hostiam Deo patris sui Isaac. Dixit Deus ad Israel in visione noctis dicens: Iacob, Iacob, at ille dixit: quid est?*

Pag. Et venit in Bersebas, & sacrificavit sacrificia Deo.

Cald. & Alij. Ecce ego.

Cur Profectus Israel, &c. cur scilicet non refert Moses apparatus discessus, qui magni futuri erant? Vt ea omitteret, quæ mysterio carebant. Deinde vt omisis verbis, quæ ad rem non pertinerent, succinte profiqueretur narrationem. Hæc vult insinuare Hamerus cum ait: Moyse succinctum, &

1393
Historia
brevis sit,
& succin-
cta.

bre-

breve dicendi genus sequutus est hic, vbi Israelitarum omnium profectionem è Syria in Ægyptum describit; nulla hic farcinarum, & domesticæ supellectilis mentio fit; sed brevis, & compendiosa profectionis ratio.

Cur venit ad puteum iuramenti? Quia orare, & sacrificare intendebat, & locus ille sanctificatus erat; quia ibi aram erexerat Abraham, Dominumque invocaverat, & foedus inierat cum Abimelech. Et licet vbique sit Deus, negari tamen non debet aliqua loca esse specialiter à Deo electa, ad magnum aliquid peragendum, aut beneficium præstandum, vt montem Moriam ad sacrificium Isaac, Oreb vt loqueretur cum Mose Deus ex rubo: Thabor ad revelandam Christi Domini gloriam. Loca scilicet vbi exaudimur à Deo. *Et exaudivit me de monte sancto suo. Pl. 3. 5.*

Quid est puteus iuramenti? Puteus scilicet vocatus Bersabee, vt patet cap. 21. v. 31. *Ber* puteum significat *Sabee* iuramentum, & septem. Quo circa vocem Bersabee interpretari licet puteum iuramenti, & septem; iuramenti, quia ibi Abimelech, & Abraham inter se foedus adhibito iuramento percusserunt; septem, quia ibi septem agnas electas Abraham tradidit Abimelech cap. 21. 28. in testimonium, quod ipse fodisset puteum illum. Ex hoc puteo civitas similem traxit appellationem, vt, & ipsa diceretur Bersabee.

Cur *Maclatis* ibi *victimis*? Quia mutatio status in hominibus res est magni momenti; maxime si quis è terra sua cum omni familia transmigret in aliam, qua de causa Iacob dubius de huius profectionis successu, ad solitum sibi confugit subsidium, scilicet, ad consulendum Deum per preces, & victimas. Hæc Abul.

Firmat S. Chrisof. Preces, ait, obtulit Domino, & sacrificavit sacrificium Deo. Hæc audientes discamus quando quid facturi, vel negotium aliquod incepturi, vel peregrinationem suscepturi sumus, vt offeramus Domino sacrificium precum, & eius adiutorium invocemus.

Cur *maclatis* ibi *victimis* Deo *Patris sui Isaac*? Quia in rebus divini cultus secutus est pietatem, & religionem patris sui Isaac. Vt discamus ait S. Chrisof. quod vestigia patris sui secutus est, & in hoc cultu divino declaravit. Firmat Oleast.

di.

1394

Locus sanctificatus ad orandû

1395

Puteus iuramenti quid sit.

1396

Status mutatio consulenda cû Deo.

1397

Negotijs præmitenda oratio.

1398

Parentum vestigia sequenda.

dicens: Quoniam venerat ad locum, ubi pater habitaverat; & Deum coluerat, voluit ibi victimas offerre, ut scilicet Deus esset memor suarum promissionum.

1399 *Cur Deo patris sui Isaac?* Quia Gentiles sacrificare solebant iter aggressuri certis suis idolis. Expresit autem, ait, Abulen. quis Deus esset iste, ne putaretur quod immolaret Deo directori viarum, secundum Gentilium opinionem, scilicet Deo iugativo, qui in iugis potestatem habet, vel Deæ Valloniæ, quæ vallibus præest; vel Deæ rurativæ, cui stulta gentilitas agros, & rura, & vias planas commendavit.

1400 *Cur auditvit eum per visionem noctis?* Quia mactaverat victimas ob acceptum de incolumitate filij nuntium. Hæc Iacobi gratitudo ita accepta fuit Deo, ut meruerit Deum audire, eique benevole aproximari. Sic Lyran. Quoniam, ait, gratitudo de beneficio accepto reddit hominem idoneum ad aliud recipiendum, ideo subdit: *Auditvit eum, &c.*

1401 *Cur per visionem noctis?* Cur scilicet non dicit in somnijs? Ne patrem familias dormientem introduceret, orantem dicit, non vero dormientem, ne indignus Pastoris, Rectoris, Patris ve nomine iudicaretur. Cum Petrus dormiret Simon dicitur, *Simon dormis?* ait Christus Marc. 14. Nonne Petrus est, & petra Ecclesiæ constituitus? Ita; sed dum dormit Petri, & Pastoris, & Patris nomen amittit, & piscatoris nomen illi tribuitur.

1402 *Cur auditvit eum per visionem?* Quia Deus sacrificantibus ita aproximatur, ut victimis obligatus, & allectus litantem per visionem recreet, & exaudiat. Quod si per animalium holocausta ita se Deus benevolum, & propitium offerentibus ostentat; qualiter exaudiet eos, qui per Eucharisticum epulum agnum Deo patri offerunt immaculatum?

1403 *Cur ad puteum iuramenti exauditur Iacob, & Deus per visionem, & locutionem adest?* Quia ibi pactum foedus inter Abraham, & Abimelech; ibi inita conventio amicitiae, & stabilita concordia pacis. In loco pacis, & concordiae Deus adest, imo se finit videndum, & audiendum. Id observavit S. Ansel. dicens: Merito in loco pacis, & concordiae videtur Deus, quia illic mandavit Deus benedictionem.

Cur Iacob, Iacob? Vocem geminat, ut excitet mentem

Jacob, & advertat quæ dicturus erat Deus, hanc vim habet, ait Pererius, illa geminatio, & firmat Lipp. dicens: Bis nominat læta renuntiaturus, vt attendat diligentius, & vt vberius consoletur. Simile habes Reg. 3. Samuel; Samuel.

Cur ecce adsum, notum erat Deo quod aderat? Ita; sed respondet prompte, quasi paratus ad ea, quæ disponderet, promptus sane divinum implere mandatum. Recta responsio, ait Abul. vt velociter vocans paratum habeat respondentem. Ita ille. Ita se gessit senex, vt puer Samuel, cum dixit quasi vocaretur: *Ecco ego*, 1. Reg. 3. v. 4. & 6. Æque pronus in senectute ad obedientiam, ac puer in infantia, vt nulla ætas ab obedientia se sentiat exemptam.

Cur non postulat vocatus, vt Deus à se advertat quod formidat? Vt indifferentem se exhibeat Deo imperanti, quod est summum, & perfectissimum gradum obedientiæ, à Deo valde acceptum, & muneratum. Sic Paulus respondisse refert Scriptura: *Domine quid me vis facere?* Act. 9. Hac vna indifferentia dignus effectus, vt tertium vsque reperetur in cœlum. Hæc fratres, ait S. Bern. perfecta obedientis est forma.

Vers. III. AIT ILLI DEVS : EGO SVM FORTISSIMUS Deus patris tui: Noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

Vers. IV. EGO DESCENDAM TECVM ILLVC, ET ego inde ducam te revertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

V E R S I O N E S.

SEp. *Ego sum Deus patrum tuorum, noli timere descendere in Ægyptum in gentem enim magnam faciam te ibi: Ego ascendere faciam te in finem, & Ioseph ponet manus suas super oculos tuos.*

Pag. *Ego sum Deus patris tui. Ego ascendere te faciam tecum ascendendo.*

Cur ego sum fortissimus Deus? Vt cum efficacius à timore revoce, & soletur. Tutior enim, & securior quis esse debet, cum à fortiori, & potentiore protegitur, & defenditur.

1406
Peccatur
facile, diffi-
cile refili-
tur.

Cur *noli timere*? Quid timeret Iacob ad pacem; non ad bellum; à filio, non ab hoste vocatus? Timebat, ait Iosephus, ne posterius eius terræ Ægypti vbertatis amore capti reverti nollent in terram Chanaan, cuius illis possessionem Deus promiserat. Facile quis in regionem peccati ingreditur; difficile ad terram promissionis, & statum gratiæ revertitur. Brevi: descendit Iacob in Ægyptum, per quadraginta annos peregrinationis vix ascendit eius posteritas ad terram promissionis.

1407
Calamitas
timetur.

Timuit etiam, ne tam numerosa familia, quam secum ducebat, insigni aliquo damno, & calamitate afficeretur. Multa solent esse itinerantibus pericula. Timuit insuper, ne prius ipse vita excederet, quam filium suum Iosephum videre posset. Hæc Iosephus.

1408
Societas
malorum
formidanda

Timebat deinde Iacob, ait Pererius, ne posterius sui ob diutinam cum Ægyptijs conversationem, in eorum impurissimos mores, & absurdissimas superstitiones degenerarent. Quid enim proderit quod familia tua bonis temporalibus exterius splendeat, si spurcis, detestantibusque moribus interius denigretur, & sordeat.

1409
Felicitas
nocens.

Insuper ad amplissimas lucrandas delicias, & felicitates vocabatur Iacob, & timuit, noscens certissimam bonorum morum corruptricem esse felicitatem, & sæculi abundantiam, & pompam. Inter felicitates ceciderunt Angeli. Naufragatus Adam, Saul periit, Salomon erravit.

1410
Voluntas,
inconsulto
Deo, non
sequenda.

Timuit insuper, quod inconsulto numine, propriam secutus voluntatem, & voluptatem; amore filij, & divitiarum anxietate ductus se viæ commiserit. Itaque in ipso itinere se ad consulendum Deum, & sacrificandum recepit, inceptum relicturus, nisi à Deo audiret: *Noli timere, descende in Ægyptum*. Sic iustus attendit in omnibus suis operibus, non tam sui nutum, quam Dei voluntatem sequi.

1411
Deo custo-
de, tuti su-
mus.

Cur *ego descendam tecum*? Quia timebat Iacob ne in illa transmigratione aliqua sibi, suisque calamitas accideret, & tutum redit, quis enim tutus non est, comite, & protectore Deo? *Dominus protector vita mea*, aiebat Psal. Pf. 6.1. *A quo trepidabo?*

Cur *descendam*? Qui enim vbique est, descendere, aut

ascendere opus non habet: Volunt aliqui hic locutum Angelum, qui capax motus, & ascendere potest, & descendere, & de ambulare terram. Sed quoniam hic intelligitur locutus Deus, dicendum id improprie, & figurate dici, non secundum ipsum; sed secundum effectum protectionis ipsius, vel propitiationem. Id videtur innuere catena Græca cum ait: En Deus in gratiam iusti demittit se, vbi locorum prius non accesserat; quia scilicet ab Ægyptijs non colebatur.

Cur ego reducam te revertentem? Quia timebat ne posterii sui terræ Ægypti amore capti nollent postea in Chanaan reverti, ideo Dominus, & illos revertentes reducere spondet.

Verum qualiter reducet Dominus eum, qui moriturus erat in Ægypto? Quia eum reducturus erat, non vivum; sed eius corpus post mortem reportatum in terram Chanaan, & sepultum cum Abraham, & Isaac in Hebron. Vt infra cap. 50. Sed altera commodior responsio ea est, quæ id intelligit de eius posteritate, id est, de Hebræis, quos post ducentos quindecim annos Deus eduxit de Ægypto, & reduxit ad terram Chanaan. Multa Deus illis Patriarchis promisit, non ipsis; sed posteris eorum præstanda. Vt cum dixit Abraham: *Dabo tibi terram hanc.* cap. 13. Quod firmat Abul. Potest intelligi, ait, de reditu filiorum suorum in terram Chanaan, quia Pater in filiis redire dicitur, & tunc Deus redaxit eos, quia in prodigijs, & signis horrendis eduxit eos de Ægypto.

Cur Ioseph ponet manus suas super oculos tuos? Quia timebat Iacob ne in itinere illo moreretur, antequam videret Ioseph, & hoc eum metu liberat, cum spondeat, quod ille ponet manus, quod idem valet dicere ac: Ioseph tibi morienti oculos claudet; quia priscorum mos erat, vt coniunctissimi in signum pietatis, & amoris oculos morientis clauderent, vt tenent Plinius, & alij apud Pererium, & Fernandium.

Cur tanta protectio Dei erga Iacob, vt descendere cum illo spondeat Deus, eumque reducere? Quia illum mittebat tamquam concionatorem, qui suis, suorumque exemplis posset Ægyptios à cultu idolorum abstrahere, & ad cognitionem veri Dei traducere. Qui Dei causam agit, in protectione Dei commoratur, Deumque secum tamquam defensores habet.

Deinde: *Ego descendam tecum, & reducam.* Quia vt tu-

1412

Assensus in Deo improprie dicitur.

1413

Promissio facta patre filijs prodelt.

1414

Oculos mortui claudere pietas est.

1415

Cõcionatores proteguntur à Deo.

1416
Occasio
difficile
vincitur.

350 *GENES. CAP. XXXVII. VERS. VSQ. II.*
tus ingrediari in Ægyptum, id est, in regionem peccati, & occasionem labendi, tota Dei virtus, & protectio singularis necessaria est, imo vt te Deus ipse manuducat, comitetur, & reducat, vt saluus, & sine crimine ab occasione egrediaris.

Prosequitur Moses hoc caput, describendo singulatim nomina filiorum, & Nepotum Iacob, qui ingressi sunt in Ægyptum, in quo nihil notandum duxi. Quæ habentur in fine capituli repetuntur in initio sequentis.

INTERROGATIONES ET RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXVII. VERS. I.

INGRESSVS ERGO IOSEPH NVNCIAVIT PHARAONI, dicens: Pater meus & fratres, oves eorum & armenta, & cuncta quæ possident, venerunt de terra Chanaan: & ecce consistunt in terra Gessen.

Vers. II. EXTREMOS QVOQVE FRATRVM SVORVM quinque viros constituit coram Rege:

VERSIONES.

Sep. *Veniens autem nunciavit Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres mei, & pecora, & boves eorum venerunt de terra Chanaan. De fratribus autem suis assumpsit quinque viros, & statuit coram Pharaone.*

Pag. *Et de extremis quoque fratribus suis quinque viros coepit, & pertingere fecit eos ante Pharaonem.*

Vatab. *De extremitate fratrum suorum accepit quinque viros.*
Alij. *De summitate fratrum suorum tulit quinque.*

Cur *ingressus Ioseph nunciavit Pharaoni?* Quia in negotio Parentis, fratrumque suorum, non per nuntios, aut ministros; sed per se ipsum agere constituit. Ipse Ioseph, ait Abul. in persona sua iuit ad Pharaonem, vt liberius concederet ei, quod intendebat: Scilicet, quod pater suus, & tota progenies habitaret in Gessen.

1417
Negotia tuorum tu age.

Deinde: per se ipsum ingressus est; vt tentaret an affectus Regis erga Patrem, & fratres talis esset, vt honorifice, vt promississe videtur, eos reciperet. Sic expressit Abul. Ioseph, ait, comparens coram Pharaone non adduxit immediate secum patrem, & fratres, vt probaret, si affectio quam tenebat Pharaon à principio erga cognationem eius, perseveraret, ne, si forte mutata fuisset, non reciperentur honorifice. Mutabilis enim regum affectio experitur.

1418
Regum affectio mutatur facile.

Cur oves, & armenta, & omnia quæ possident venerunt? Ne crederetur eos inedia, & paupertate coactos in Ægyptum descendisse. Recitat ait Lipp. divitias suorum, qui ad venerint, ne gravamen patriæ sua paupertate imporrare viderentur.

1419
Paupertas diti aulatur.

Item, ne, si inopes ingrederentur, & post divitijs affluerent, eorum incrementa ex ærario regio, aut redditibus populorum prodijisse crederetur. Facile enim cum ministri, & aulici bonis abundant, ex furtivis creduntur copias auxisse, aut cumulasse fortunas.

1420
Ministri diti fures creduntur.

Cur *Ecce consistunt in terra Gessen?* Quasi Ioseph, ait Carthusianus, implicite diceret, terram in qua sunt cupiunt. Ita ille. Decreverat enim Ioseph eos ibi consistere, vt facilius à Pharaone assequeretur eos permanere vbi primum sibi sedem constituerant. Voluit Ioseph, ait Oleast. patrem, & fratres venire in terram Gessen, antequam venirent ad Pharaonem, vt viderentur ibi sedes habere, ne Pharocho alium locum mitteret. Ita ille. Difficile enim Hospes eiicitur à loco, vbi ad hospitium semel admissus est.

1421
Hospes non facile excludendus

Cur voluit Ioseph vt fratres manerent in terra Gessen? Vt remoti ab aula, & in vltimis terminis constituti, magis separati ab Ægyptiorum commercio, istorum mores, & colloquia vitarent, aut facilius ignorarent. Sic Hamerus: Ne profanas, ait, illorum superstitiones pietatis dispendio spectarēt.

1422
Locus impietatis fugiendus,

1423
Negotia
excludēda

Pietas in
parentes.

1424
Nobiles fa-
cilius ad
mittuntur
ad regimē

1425
Aula fu-
gienda.

Milites nō
morigeran-
tur.

1426
Indoles nō
vna in fra-
tribus.

Deinde: prosequitur ipse: ne regia aulæ admiscerentur, regisque negotijs distrahere ntur; sed magis domestico otio gauderent, & filiorum cultum procurarent. Sed resp. Ioseph *lib. de antiquit.* Vt degentes vna, curam patris haberent, Ioseph enim regni, aulæque negotijs pene oppressus, curam illam, quam exigebat pietatis affectus sublevando patris senio per se ipsum non poterat impendere.

Cur *extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege?* Lyra, Abul. & Carth. sentiunt Iosephum introduxisse quinque de fratribus, qui præstantiores erant. Vt putantes, ait Abul. Ægyptij eum esse de bono genere, libenter eum in Dominum sustinerent. Dominatio enim nobilium, facilius quam ignobilium toleratur. Firmat Lyranus: Extremos, id est maiores, ait, & valentiores, ut Rex, & consiliarij magis acceptum dominium Ioseph haberent, videntes cognationem eius gratiosam.

Sunt qui intelligant hic *extremos* interpretari imbecilliores, & abiectiores, istos constituit Ioseph coram rege. Rationem reddit Vatab. Ne si robustiores duxisset, Pharaon illos in militiam traxisset. Ita ille. Vel ut ait Carth. ne, si vidisset robustiores, teneret eos in familia sua, & rebus bellicis involveret. Ita hic. Vtrumque vitare satagebat Ioseph, ne si manerent in aula fratres, Ægyptiorum, & aulicorum moribus deturparentur: si militarent, dispendium paterentur innocentia. Siquidem ut bene advertit Cassiodor. *lib. I. cap. 11.* Nescio quo pacto diu dimicantibus difficile est morum custodire mensuram.

Resp. Oleast. Ne Rex, si robustos, & strenuos vidisset, eos in negotijs Reipub. occuparet. Sic ille. Quod metuendum erat, si ex indole Ioseph cæteros metiretur, credens eadem ornatos prudentia. Id descripsit Hamerus dicens: Regis oculis obijcere studebat Ioseph, quos neque corporis dotes magnopere commendarent, neque facie, habituque ipso magnam animi indolem præferrent, ne Pharaon putaret ex vniuerso Ioseph animo omnes eius fratres existimandos.

Pererit tamen secutus forsam eos, qui ita legunt: *De summitate fratrum suorum accepit quinque viros.* Sic ait: Crediderim tamen ego: maiores ex singulis vxoribus fratres

quatuor cum Iuda assumptos fuisse, & appellatos esse de extremo, aut summitate, hoc est, de extremitatibus primis cuiusque vxoris.

Vers. III. QVOS ILLE INTERROGAVIT: QUID habetis operis? Responderunt: Pastores ovium sumus servi tui, & nos & Patres nostri.

Vers. IV. AD PEREGRINANDVM IN TERRA TVA venimus: quoniam non est herba gregibus servorum tuorum, ingravescente fame in terra Chanaan: petimusque vt esse nos iubeas servos tuos in terra Gessen.

VERSIONES.

SEp. *Dixerunt autem Pbaraoni, incolere in terra venimus, non est pastus pecoribus servorum tuorum; invaluit enim fames in terra Chanaan, igitur habitemus in terra Gessen.*

Cald. *Ad habitandum in terra venimus, quoniam non est pastus ovibus servorum tuorum, quia valida fames, in terra Chanaan.*

Pagn. *Et dixit Pbarao ad fratres eius: que sunt opera vestra? Et dixerunt: pastores pecudum sunt servi tui; quia non est pascuum pecudibus, que sunt servis tuis, gravis est enim fames in terra Chanaan.*

Cur *Quid habetis operis?* Quasi diceret: quid vestra iuventus ab incunabulis; tractavit ludos ne; an arma? Inutiles ad omnia ominatus, si ludis, otioque dediti primam percurrerint ætatem. Et sane inertes habemus, cum præstantissimos habere posset Europa duces, si deditos operi iuvenes educaremus. At segnitie confectos à ludo frustra in aciem traducimus, non futuros post otium milites; sed transfugas, doctosque, non pugnare à latrunculis; sed latrocinari. Nam ludis iuventus assueta mortem vitat, hostem fugit; nec pugnam init; sed eludit.

Ideo forsitam Pater ille familias, de quo Matth. 20. 6. operarios, qui stabant tota die otiosi, & quibus non indigebat, ad suam vineam laboraturos remisit, ne, si desides tota illa die, & forte ludis dediti permanerent, dulcedine inertia

1427
Pueritia in
otio educa
ta.

1428
Otium vi
tandum.

allecti torperent ad laborem; & in sequentibus agri cultum respuerent, & ligonem exosi inutiles operi redderentur.

Quid habetis operis: Vt certior de eorum ad hoc, vel illud opus dexteritate, scientia, & applicatione ad eos adijceret, quæ propensius, & habilis exercerent. Hinc totus mundi inuersus, & confusus ordo, cum Miles iuri dicendo destinatur, & iurifconsultus bello præficitur, stragem hic exercitus moliturus, vniversum ille ius transversurus iustitiæ. Tractent fabrilia Fabri, & miles armis; consultus voluminibus legis incumbat.

Cur Pastores ovium sumus? Quia sic eos instruxit Ioseph, cap. præc. v. 34. Pharaoni responduros, cum non dedignetur vile munus, & Aegyptijs detestatum in suis profiteri, vt humilitatis suæ speciem, quæ charior erat Iosepho, exhiberent; nec, quia vocati à Rege altiora peterent; aut ad excellentiora anhelarent. Tum etiam, vt terram Gessen, vbi iam sederant, quæ præ omnibus erat opulenta, & fœcunda, facilius Pharao illis destinaret, vt opportunius in munere suo vitam degerent.

Cur si Ioseph consuluit: Respondebitis: Viri Pastores sumus, cap. 46. v. 34. respondent: *Pastores ovium sumus?* Ne Rex intelligeret eos esse Pastores equorum, & camelorum, & horum illis traderet præfecturam, sed *Pastores ovium*, quibus alendis optima erant in terra Gessen, quam expetebant, palqua.

Cur tantopere optavit Ioseph Patrem, & fratres habitare in terra Gessen, remota sane, & à curia longe seiuncta? Præfectus erat, Recedant ergo consanguinei, ne viderentur indulgentius tractari, & plura illis cæteris permitti. Tum ne Aegyptij molestis intercessionibus eos adirent, vt se cum Gubernatore interponerent, cum dispendio iustitiæ, quam nolebat Ioseph, vel cognatorum precibus, flectere, aut invertere. Incongrue quidem Præses apud suos imperavit.

Cur Pastores ovium sumus? Vt eos intelligeret Rex pacificos, nec regni sui inueros, & apud se admittere non recussaret homines, qui ab infantia sua non ferocibus pecoribus, sed cum mitibus ovibus contrectarunt, à quibus potius mansuetudinem, & docilitatem, quam ferocitatem potuerunt ediscere.

Cur

1429 Miles arma; cõsul tus ius tra det.

1430 Vile officium non oculandũ

1431 Gubernator noscat quod dirigit.

1432 Gubernator longe à propinquis.

Intercessiones.

1433 Ferox à ferocibus quibus cõdegit.

Cur ad peregrinandum in tua terra venimus? Quia male accipitur Hōspes, si tamquam colonus diu permanurus accedat, optime vero si tamquam viator, & peregrinus cito progressurus ingrediatur. Vt si forte, ait Abul. onerosum esset Regi tenere illos in terra sua, dicerent se venisse, non vt morarentur; sed vt solum peregrinarentur, id est, ad tempus habitarent, & sic minus onerosos se futuros significarent.

Cur quoniam non est herba gregibus serworum tuorum? Vt suam paupertatem, non tam ex sua ignavia, otio, aut prodigalitate processisse manifestent; sed ex fortuita terræ infœcunditate, ideoque addunt: *Ingravescente fame in terra Chanaan.* Paupertas enim, quæ ex infortunio evenit, verecunda non est; nec damabilis; verecundior sane, culpabilior, nec commiseratione digna quæ ex turpi omisione, ignavia, & otio progressa est; sed qualis, quæ ex ludis, impuritatibus, commetationibus, & ebrietatibus oritur? Modeste veritatem dicunt, ait Abul. nec verecundantur de indigentia pro animalibus, quæ ex cœli clementia, & terræ ariditate proveeniebat, non eorum ignavia.

Cur Pastores ovium sumus tantum, cum possent se ex genere triūphantis Abrahæ quatuor Reges cum exigua cohorte profligantis iactare? Quia maluerunt se non tam gestis maiorum, quam suis muneribus commendare. Quisque enim sibi gloriosius suis, licet humilibus, operibus, quam proavorū facinoribus blanditur, & præconizatur.

Vers. V. DIXIT ITAQUE REX AD IOSEPH: PATER tuus & fratres tui venerunt ad te.

Vers. VI. TERRA ÆGYPTI IN CONSPECTU TVO est: in optimo loco fac eos habitare, & trade illis terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

VERSIONES.

SEp. Ecce terra Ægypti ante te est, in terra optima colloca patrem tuum, & fratres tuos, & habitent in terra Gessen, sin autem nosti quod sint inter eos viri potentes, constitue eos

1434
Hospes diu
mansurus
male acci-
pitur.

1435
Paupertas
fortuita in
genua.

Culpabilis
verecūda.

1436
Factus pro
prijis glo-
riandum.

Principes pecorum meorum.

Cald. *In meliori loco terra colloca patrem tuum, & fratres, & si cognoscis eos viros fortes esse, pone eos Principes pecorum meorum.*

Oleast. *In beneficienti terra fac habitare fratrem tuum.*

1437
Cognato-
rum pietas
permanēs.

Cur Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te? Quasi dicat: Tu eis consule, & eos cura, venerunt ad te plus de tua in eos pietate confisi, quam de mea liberalitate securi. Plus enim sperandum est à fraterna, & filiali dilectione, quam de potentium sponfionibus, & promissis: Hæ instabiles frequentè subiacent mutationi. Pietas cognatorum cum sanguinis necessitudine intimis visceribus defixa diu stabilitur, & permanet.

1438
Servi fide
les erga
Dominos.

Cur tota terra in conspectu tuo est? Cur scilicet totam terram ostentat eligendam, poterat enim Ioseph maximam, & fœcundiorē regionem fratribus delegare? Ita poterat; sed occurrit Carthuf. dicens: Quod Pharaο tantum confidebat de fidelitate Ioseph, quod crediderit, eum plus quærere cōmodum suum, quam fratrum suorum. Ita ille. Quasi securus omnino Pharaο de eo quod amore suorum ductus Iacob nō propitior esset illis, quam sibi.

1439
Servis bo-
nis ampla
facultas.

Tota terra in conspectu tuo est: Quia Ioseph pro adimplēdo suo munere totam terram lustraverat, noveratque, quæ, & qualis esset regio pro fratribus suis, & pro alendis gregibus apta; ne Ioseph pro sua modestia vereretur fœcundiorē illis eligere, & destinare, totam terram liberaliter ad nutum spondet.

1440
Gessen vbi
sita.

Cur trade illis terram Gessen? Ne, quia amœnior, & inter cæteras præstantior, eligi suis à Ioseph recusaretur. Hæc regio, vbi civitas eiusdem nominis erat, nunc à non nullis Iudæorum Thebaida vocatur. Philo, & Sep. eam vocant Heroopolim. Sic S. Hieron. *de quest. Hebraic.*

1441
Invidia au-
licorum.

Cur regni Proceres non resistunt tradi Pastoribus, & advenis fœcundissimam suæ dictionis regionem? Fratres erant Ioseph, & timuerunt Dynastæ, ne, si in aula manerent, prætiosiora sibi munera arrogarent, & auxilio Ioseph altiores dignitates præriperent. Proficiscantur ergo terram fructuosam adepti. Ditescant bonis avibus; sed procul sint à curia;

Re-

Regem non videant, è palatio egrediantur, ne gratiam Principis illi aucupentur, & nos oblitteremur à dignitatibus.

Cur *si nosti in eis esse viros industrios?* Quia ad officium regalis ministerij, antequam quis admittatur, eius aptitudo, & habilitas speculanda, & probanda est. Ita loquitur S. Bernar. *de confid. ad Euf.* Hoc tibi persuade, qui admittendi sunt difficile in curia posse probari, & si fieri potest, viros probatos oportet deligi, non probandos. Ita S. Bernar. Qualiter ergo probandi, qui ad officia, & ad statum religionis admittuntur.

I 442
Servi ante
probandi.

Cur *viros industrios*, cum ad totius præfecturam Ægypti consultum est Regi vt: *Provideat virum sapientem, & industrium?* Gen. 41. 33. Num minoris sunt æstimationis homines, quam armenta, vt his multi; illis vnus moderando destinetur? Nimirum facilius instruentur, & parebunt rationales Ægyptij, quam hebetes, segnes, rebelles, & quasi irrationales subditi. Ad dirigendas oves multi, & industri inquiruntur; quot plures ad dirigendos vrsos, lupos, & vulpeculas? Misereor Præsuli, cui, vestimento oves, intrinsecus lupi rapaces gubernandi committuntur.

I 443
Subditi
mali male
gubernan-
tur.

Cur *si nosti viros industrios?* Quia ad gubernandum destinandi, probandi, & noscendi ante sunt, & illi tantum eligendi, qui industrij, qui pacifici, qui prudentes inventi. Quod si ad dirigendum armenta, noscenda prudentia, diligentia, & industria est; qualiter ad regimen virorum religiosorum, illi, qui potius lupi feroces sunt: quam mites, & morigerati Pastores Præferuntur? Quique potius devorant; quam dirigunt; potius gregem Dei destruunt, quàm custodiunt?

I 444
Electi ad
gubernan-
dum proban-
di.

Quid fiet de cæteris non ita industrijs? Pascent suas oves in Gessen, ad quas moderandas non tanta solertia adhibenda est. Ad frænanda regum armenta, aptiores, & industriores applicentur. Nimirum ad cohibendos superbos, indomitosque animos plus animositate, & prudentiæ, imo fortitudinis necessarium est. Ideo forsam Cald. legit: *Si cognoscis eos viros fortes.*

I 445
Subditi bo-
ni facile
gubernan-
tur.

Cur *constitue Magistros pecorum meorum?* Quia nitebatur Pharao, quoad posset, fratres Ioseph condecorare. At quo honore? Magistros sui gregis constituere: exiguus sane honos. Ita, exiguus in se: in aula autem, aut in curia Principum

I 447
Vile nihil
in domo
Dei,

pum vel pecudis ministerium decus sublime, & nobile ministerium est. Nullum officium vile in domo Regis. Nulla in domo domini, & ministerio Ecclesiæ, vel infima non honoratissima, & decorosa occupatio.

1447
Magister
scientia n
diget, &
industria.

Cur industrios vult esse Magistros pecorum? Quia ad quodlibet magisterium scientia, & intelligentia, licet perspicua non sufficit, nisi in tradendis doctrinæ præceptis industrius Magister reperiat. Nam ut ait S. Basil. unicuique in opere faciendo necessaria industria est. Ita ille S. Sic videbis plures selectæ doctrinæ viros, ineptos sane ad instruendos discipulos; eo quod illis industria docenti necessaria deficiat.

Vers. VII. POST HÆC INTRODUXIT IOSEPH PATREM suum ad Regem, & statuit eum coram eo:

Qui benedicens illi,

Vers. VIII. ET INTERROGATUS AB EO: QUOT sunt dies annorum vitæ tuæ?

Vers. IX. RESPONDIT: DIES PEREGRINATIONIS meæ centum triginta annorum sunt, parvi, & mali, & non pervenerunt vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.

V E R S I O N E S.

PAg. Adduxit Ioseph patrem suum, & statuit eum coram Pharaoch, & salutavit Ioseph ipsum Pharaoch.

Sep. Dies annorum vitæ meæ, quos incolo, centum triginta anni, pusilli, & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ non pervenerunt ad dies vitæ Patrum meorum, quos coluerunt.

Arias. Dies annorum peregrinationum mearum triginta, & centum anni pusilli, & mali.

Alij. Paucum, & malum.

1448
Pater non
exponen-
dus ludi-
brio,

Cur post hæc? Id est, postquam expertus est Ioseph affabilitatem, & æstimationem, qua vsus fuerat Pharaos cum fratribus, quam voluit experiri; antequam senem patrem, quem ex animo colebat, & toto corde amabat, exponeret in venuste ad regis contemptum, & derisum. Postquam Ioseph, ait Lyra, expertus fuerat quod Rex fratres suos gratiose

accepit, certificatus fuit de receptione Patris sui.

Cur Ioseph patrem statuit Pastoris nomine, sine rubore coram rege? Quia non verecundabatur totius Prefectus Ægypti patrem humili verlatum officio ante regem, & aulicos aperte fateri. Non erubuit, ait Lippom. sed vt bonus filius gloriari voluit coram rege; secus faciens, atque hi, qui profecti ad honores, erubescunt de Progenitoribus.

1449
Honorati,
parentes
inopes nō
spernant.

Cur *Qui benedicens illi*? Quia urbane accedens ad Regem illum, vt solent senes, benedictionibus salutavit. Quo verbo vsus est Pagn. Quasi diceret: Vivat Rex. Gratiissima Regibus est salutatio, in qua annuntiatu illis dierum vitæ longitudo. Ideo Daniel Nabucum salutavit, dicens: *Rex in æternum vive.* 6. 21.

1450
Vita longa
ominanda
Regibus.

Cur autem regibus salutatio, in qua ominatur illis longa vita, grata sit, respondet Cayet. Nam cum Rex, ait, in mundo omnibus satis abundet, hoc tantum sibi, non sine sensu doloris videt, quod sit mortalis, suamque inter homines famam novit esse perituram.

1451
Regibus
vita carior

Cur *Quot sunt dies annorum vitæ tuæ*? Quia mos antiquus est, cum videmus ætate profectum, eius vitæ annos, & dies curiose sciscitare, sperantes, & nos ad illam longævam ætatem pervenire. Tutius esset cogitare, posse statim mori, & quod in hac, & minori ætate, plures recesserunt è vita.

1452
Anni (seu)
receduntur

Cur *Quot sunt dies*? Quia vita nostra, non per lustra, aut annos computanda; sed per dies, & instantia. Sicut enim dies cito decidit, sic nostræ vitæ breviatur tempus. Anni enim lapsi, si meditentur, & recolantur, quasi dies externus, qui iam pertransit, apparent: venturi temporis nec dies vnus securus est, vnde vita nostra dies est, qui cito labitur, dicente David Ps. 101. 12. *Dies mei velut umbra declinaverunt.* Imo tamquam nihil, vt testatus est Iob, dicens cap. 7. 8. *Nihil enim sunt dies mei.*

1453
Vita uo-
stra quasi
dies vnus.
Anni vitæ
dies sunt
breves.

Cur *Dies peregrinationis meæ*? Non solum, quia in tot regiones divertere coactus fuerit. Vt è Chanaan ad Mesopotamiam, vbi per 20. annos Socero servivit. Gen. 28. Hinc venit Socoth, vbi per annum, & dimidium permansit: Perrexit inde in Sichem, vnde post novem annos se recepit in Bethel, & Ephratam, iuxta Bethlehem; inde in Hebrom

1454
Peregrina-
tiones Ia-
cob.

patria Isaac. Ex quo loco, premente fame, & invitante Iosepho, descendit in Ægyptum.

1455
Vita hæc
peregrina
tio.

Impiorum
habitatio.

Sed quia iusti, quibus æterna vita in delicijs est, & nulla statio permanens in hoc sæculo, peregrinationem hanc labilem vitam appellant, seseque tanquam advenas, & peregrinos in hac mortalitate constitunt, vt asserit S. Hier. Epist. 29. sic David Ps. 38. 13. *Advena ego sum apud te, & Peregrinus, sicut omnes patres mei.* Peccatores tantum habitatores terræ compellantur. Ideo Apoc. 8. 13. *væ, ait, habitantibus in terra.* Id est, qui æternæ felicitatis obliti hic suam stationem tamquam permanentem constituunt. Per hoc significat, ait S. August. *quæst.* 156. hanc vitam esse incolatum super terram, id est peregrinationis habitationem.

Cur iusti vitam suam peregrinationem vocant? Quia ex hac consideratione terrena despiciunt, & quasi æterna adepturi, peccata vitant, & pie, & religiose degunt. Audi S. Hieron. Facile, ait, contemnit omnia qui quotidie cogitat se moriturum, peccata vitat, iuxta illud Eccles. 7. *Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.*

1456
Ætas quæ
doque ce-
latur.

Cur *centum triginta annorum sunt*? Quia sincere suam faretur ætatem ingenuus senex, quin addat, ad auspiciandam, captandamque miserationem; aut eruat, & abscondat, vt fieri ab ijs solet, qui annos vitæ suæ, si plures sunt, fateri verecundantur, ne pro annolis, & longævus habeantur, quibus nuntiandum est illud Poetæ.

— — Scit te Proserpina canum
Personam capiti deferet illa tuo.

1457
Anni tran-
sacti pauci
videntur.

Cur *parvi*, seu pauci? Quia breviores erant, si cum diebus Isaac, qui vixit 180 annos, & Abraham, qui 175. conferantur. Tum etiam quia dies longissime senescentis, qui lapsi iam sunt, si cum reflexione conspiciantur, & attente memorentur, parvi, pauci, & exigui semper apparent, & brevissimi reputantur.

1458
Vita cum
doloribus
mors est.

Parvi, seu pauci: Quia plurimi dies vitæ Iacob inter peregrinationes, servitutem, dolores, angustias, & fletus consumpti sunt. Dies enim infelices inter angustias acti computandi non sunt, nec numerandi, cum dies potius mortis, quam vitæ habeantur secundum illud Poetæ.

Morte mori melius, quam vitam ducere mortis. Hinc qui per plures annos inter delicias, & sæculi voluptates vitam duxere scelestam, paucos, & parvos dicuntur habuisse dies apud Deum, apud quem dies vitæ illi tantum computantur, qui in servandis divinis mandatis in obsequium pietatis, & virtutis adimplentur.

Cur *mali*? Quia dies laboribus, & anxietatibus mixti mali reputantur. Ærumnas autem, quas pertulit in sua vita Jacob, recenset Oleaster, & Pererius. In primis, exulavit ephebus à patria, iras Esau declinans; pauper, & pedes longum iter cursurus; Asperrimam item pertulit servitutem apud Laban: Magno metu affligitur cum sibi revertenti occurrit Esau cum quadrigentis viris: Anxiatur ob stuprum Dinæ, & stragem sichimitis, & filijs illatam: lachrymatur, & dolet in monte Rachel: Contristatur vehementer ob incestum Ruben cum Bala vxore sua; per viginti tres annos deflevit Ioseph, quasi devoratum à fera pessima: cruciatur cum detinetur Simeon in vinculis, & à suo complexu eripitur Benjamin. Hos omnes dies malos recenset, & vocat.

Hinc Hortatur Apof. ad Ephel. 5. *Redimentes tempus quoniam dies mali sunt.* Quia plurima nos circumstant afflictiones quæ dies nostros malos reddunt, quarum quatuor sunt genera. Mala scilicet corporis, vt frigus, æstus, intemperies, fames, infirmitates, & cruciatus. Mala in rebus externis, vt egestas, ignominia, opprobria, persecutiones, testimonia, &c. Mala animi, vt vitia, passiones, errores, perturbationes cordis, tristitia, timor, iracundia, &c. Mala, quæ plus cruciant, à coniunctissimis, à parentibus, fratribus, filijs, & amicis, &c. Qua propter assererat Iob 14. *Homo natus ex muliere brevi vivens tempore repletur multis miserijs.*

Cur *Et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum?* At, forte non solum pervenerunt; sed supererunt? Ita, sed bonus senex, se quotidie mori considerabat; nec longiorem sperabat, aut desiderabat vitam, vt hac recordatione suos frænaret affectus, temperaret animi passiones, & reliquum tempus in se disponendo rependeret, & infumeret.

Deinde: Jacob se potius mori, quam vivere cogitabat. Longævæ vitæ tot anxietatibus afflictæ; doloribus agitata, & ærum-

1459
Dies iustorum dies sunt vitæ.

1460
Jacob labores in hac vita.

1461
Vita nostra quot malis afflicta.

1462
Mors proxima cogitanda.

1463
Senectus fœssa mors est.

arumnis confecta senectus, vita non erat; sed dilata, & prolixia mors. Ideo Iob adhuc inter viros degens, clamabat cap. 2. 6. *Dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe.* Senescentis inter ærunas vita non dicenda; sed mors.

1464
Vita longa
iustis da-
tur.

Cur longævam patrum suorum vitam expressit coram Pharaone Iacob? Vt innueret illos longam adeptos vitam, qui pietatem, & religionem coluerunt. Voluit, inquit Procopius, vt hinc disceret Pharao illam gentem à Deo benedictam, propterea eius generis homines esse annosos, & affluere omnibus terræ opibus, propter pietatem, quam supremo Numini deferunt.

Vers. x. ET BENEDICTO REGE EGRES-
sus est foras.

Vers. XI. IOSEPH VERO PATRI ET FRATRIBVS
dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ
loco, Rameses, vt præceperat Pharao.

Vers. XII. ET ALEBAT EOS, OMNEMQUE DO-
mum patris sui, præbens cibaria singulis.

V E R S I O N E S.

Sep. *Et triticum metiebatur Ioseph patri suo, & fratribus suis, & omni domui patris sui triticum secundum corpus.*

Pag. *Et egressus est à facie Pharaonis. Dedit eis possessionem in terra Ægypti in terra optima. Aluit domum patris sui pane, ac si adhuc essent parvuli.*

Cald. *Alebat præbens panem, iuxta familiam uniuscuiusque.*

Onk. *Cibavit, &c. Præbens panem secundum parvulos.*

Arias. *Aluit pane ad os parvuli.*

Calet. *Alebat eos pane ori parvuli, seu iuxta morem puerorum.*

1465
Salutatio
in accessu,
& recessu.

Cur *Benedicto Rege*? Quia hic benedictio, ait Fernand. idem est, ac vale dicere; nam ab antiquo in alicuius recessu talis benedictio vsu prævaluit. Perpendere licebit, ait Oleas. quam antiqua sit consuetudo amicis in discessu, vale dicere, quemadmodum in ingressu benedicere.

Cur *egressus est foras*? Nunquid alius non immixtus est

sermo? Non advertit Scriptura quidquam aliud contraver-
sum. Iacob ad interrogata respondit. Pharao audita morte
parum antiquorum, qui peregrinati sunt, & decesserunt,
quasi pavidus reticuit. Nihil nos magis locuturos suspendit,
& vocem continet, quam memoria priorum, qui obierunt
cum inde nos etiam decessuros moneamur.

1466
Mortis re-
cordatio,

Cur dedit possessionem in optimo terræ loco? Scilicet
in Gessen, ut quiete viveret Iacob, & Deo feliciter vacaret.
Per terram enim Gessen, ait Hugo Card. significatur reli-
gio, quæ fertilissima est, & pasquis abundat spiritualibus. Id
debent maiores suis consanguineis consulere, ut ad illum vi-
tæ statum se recipiant, ibique degant, ubi oportunius Deo
vacent, & beatius vivant, contra eos, qui suos impediunt
religionem ingredi.

1467
Religio
consulenda,

Cur tam beata vita recedentibus à sæculo? Quia in re-
cessu à tumultu mundi, & in solitudine cellulæ locus reperi-
tur aptior cælestia contemplari, Deum alloqui, & animum
virtutibus perfici. Quare exclamat S. Bas. O cella, cælestis
exercitij mirabilis officina! In qua anima ad suæ redit ori-
ginis puritatem. Et paulo post de religioso locutus: Victor,
ait, itaque doemonum, socius efficitur Angelorum; exul
mundi, hæres est paradisi; denegator sui, sectator est
Christi.

1468
Cella reli-
giosa cos-
lestis offi-
cina.

Cur Iacob in tanto Dei beneficio, & Regis, & filij largi-
tate, pro gratiarum actione non litavit. Irruerat in comple-
xus Iosephi, cuius, & fulgore aspersus, & amore perfusus, in
tanta sui, & filij felicitate, si abstinere non debuerat; abstinuit
tamen. Sic pigritamus ad sacra, cum filiorum amore sopi-
mur. Manue, qui, ante susceptam prolem, holocaustum
coram Angelo obtulit, nato Sampson, nec aram extruxit.
Iud. 13. 18.

1469
Amor con-
sanguinea-
rum nocivus

Cur Ramesse, quæ tunc non erat; sed post constructa
est, multis scilicet annis postquam ingressus est Iacob in
Ægyptum, ut tenet Tostatus? Quia cum hæc scripsit Moses
iam erat constructa. Et hic per anticipationem commemorata
est. Vnde sensus illorum verborum hic est: Ioseph dedit suis
ad habitandum optimam terræ Gessen partem, quæ nunc

1470
Ramesse
constructa
ab Hebræis

1471
1471
Cognati
procerum.

1471
1471
1471

1472
Senes vt
pueri aléd.

1473
1473
Pascutes
nutriendi
vt parvuli

1474
Religiosis
Deus pro-
videt.

1474
1474
1474

1474
1474
1474

Ramesis vocatit, in egypto in civitate, quam ibi postea edificarunt Hebraei. *Pharis* Na, videretur Ioseph personam addeponit, & quod congaarolim amore ducens optip mmm illis Egypti terra partem tradidisset, ex sua electione, & nutu; & quod id egerit, quod Res conlenderat, imo, & imperas erant. Non licet ministris quid, vel cognatis dispensare, in consulto, & non annuente Principe. *Gur* Ioseph plebat eos, & omnem domus Patris, sua, sicut parvulos, sicut os parvuli, vt legunt, versiones? Res dicit Oleast. Quia, senes parentes alendos docet natura, ac si parvuli esse sent, & quemadmodum multa parvulis ferimus, mal, & parentibus senis confectis multa ferenda sunt.

Vatablus vult Ioseph ita tenere, & sollicita, si nos suffragant, vt solent Patres parvulos nutrire. En in his verbis Quidam os parvuli exponunt, ac si alii Ioseph patrem, & totam familiam, sicut pueris in os ingeritur, cibis, ac putant emphaticam esse locutionem, quod in fame non magis solliciti fuerint de comparando victu, quam pueri, qui ne mamam quidem ad cibum extendunt. *Altiori sensu* hic significatur, & ostenditur, eos, qui patriam reliquere, & ad terram Gessen, id est, ad religionem se receperunt, ita de necessarijs provideri a Deo; & ita suis Prelatis ali, conferari, & favori, quasi pueri, quibus maternus affectus delicatior, & lapidi ores cibos reservat, vt nihil illis deficiat, & omnes terrenarum rerum cura soluti abunde pascantur, divina additi servituti.

Vers. XIII. IN TOT O ENIM ORBE PANIS IDEE- rat, & oppresserat fames terram maxime Egypti, & Chanaan.

Vers. XIV. Et QVI BVS OMNEM PECVNIAM in congregavit pro venditione frumenti, & intulit, & eam in ararium Regis.

V. E. R. S. I. Q. N. E. S. Sep. Triticum enim non erat in omni terra, invaluerat fames

in addita defecit enim terra Egypti, & terra Chanana, & facta est in terra Egypti, & in terra Chanana, exit raticio, quod amant habere, & in matiebat un' eis, & in talit' ioseph omnia argentum & in donum Pharaonis. & in thomo ha simooq' ito hooq' Gall. Deficiebat populus in terra Egypti, & populus terra Chanana propter famem, & in thomo ito hooq' in clod A. in thomo Rab. David in Insanijt' tanna Egypti, & Chanana praefame, & in thomo Vatab. Acta fuit in rabiem ex fame.

Cur in toto orbe panis deerat? Per exaggerationem dicitur, aliter sola Egyptus non posset totius orbis frum enoq' ad sui sustentationem impendere. Adde mollium aliud generale malum, in omni parte mundi plagas, nisi diuini iudicij in tempore Noe, & in tota vita Abul. si quidem ait S. Aug. lib. 8. de Civ. Dei, cap. 20. si aliud quod malum in universa deueniret, totus mundus periret. Vel in toto orbe panis deerat, hoc est in tota illa regione Egypto circumuectia, ad eam ad huc Scriptura: Oppresserat famas in terram, maximam in Egypto, & in Chanana. Nam cuiusque regionis colorem suam patiam, & qua patitur, pro toto mundo reputantur.

Cur E quibus omnem pecuniam congregavit? Quia magnam stultitiam in quantitate Egyptijs, & in Chanana in condiderat, & in maiori pretio, quam emerat, sed tamen moderato, & iusto, ne, a necessitate oppressis manus exigeret pro ista coemptum, ut Regis auerteret ararium. Sunt enim Administatores, qui, ut Principi blandiantur, plus solito a miseris colonis extorquent, ut Regis iniant gratiam, & diuinam amittunt, & in iudicium a iustitia Dei contra se, irritant, & provocant.

Quo vendebat iusto pretio, si maiori quam emerat? Respondit Abul. Vendit ioseph, licet pro multis pecuniis esset, & in magna cura videretur, tamen iniusta non erat, quia quod tempore fertilitatis pro parvo pretio comparabatur pro temporis necessitate magno estimabatur, quia secundum iustitiam humanam tantum de res, quantum dicitur patet, non est de & in iusto pretio. Quia hoc magis, quam emerat, ob necessitatem temporis, non vendebat iustitia, & in iustitia enim est carius vendere, & vilius emere, quam res valet,

ETAT
1475
Malum ge
nerale a
Deo non
mittitur.

1475
Malum ge
nerale a
Deo non
mittitur.

Patria to-
tus mundus
videtur.

1476
Admini-
stratores
centium
Regis.

1477
Pretium
credit pro
tempore.

1478
Vedere ut
tra condig
at iniustitia est.

vt ait S. Thomas 2. 2. *quest.* 73. Non tamen legimus, ait Lipp. Ioseph pretium auxisse tritici, & avaritiæ tendiculis vsum; sed contrariis licitis, iure gentium.

1479
Luctum ijs
qui expen-
derunt.

Cur intulit in ararium Regis? Quia ex arario Regis expensa erat pecunia ad emenda, & seruanda frumenta; & productos ex illa quæstus, & lucra ad illud pertinebat. Pulchre Abulens. Vt sicut omnes illæ fruges de thesauro Regis emptæ fuerant; ita pretium eorum ad Regis thesaurum rediret.

1480
Admini-
stratores
fideles.

Cur intulit eam, id est, omnem pecuniam in ararium Regis? Quia nihil de lucro sibi retinuit Ioseph: Nam Ministri, quibus administratio regalis ararij committitur, nihil sibi præter pactam à Rege mercedem retinere licite possunt. Vtinam id omnes Præfecti intelligerent, & exequerentur, ne tot essent incolumes palliati latrones, quos ditiores, & opulentiores videmus, quam assignatum sibi à Rege pensum eos ditare potest. Sed circa Ioseph, audi Phil. Iudæum: Totum argentum, & aurum è frumenti pretio collectum retulit in thesaurum regium, nec drachma quidem sibi subtracta: contentus tantum donis, quibus Rex eum liberaliter remunerabat.

1481
Fidelis qui
inter pecu-
nias non
ditatur.

Cur id ita expresse recenset Scriptura? Vt fidelitatem commendet eximiam Iosephi. Nulla siquidem laudabilior fidelitatis probatio, quam inter pecunias, quæ facile digitis, manibusque conglutinantur, nummorum viscum expuere, nec se turpi contagione foedare. Vel in schola Christi Discipulus, pecuniarum idolatra, perijt: In regione idolis tradita, tamquam verum Christi Discipulum se Iosephus manifestavit.

1482
Victor ca-
stitatis cæ-
tera vincit

Cur in tanta argenti, aurique congerie, quæ fortiorem devincerent, ita se Ioseph illæsum ab avaritiæ insultibus reservavit? Quia victor extitit inter illecebras, & discrimina castitatis. Facile cætera vincit, qui impuros animi motus didicit cohibere. Parum esset acerbiorem hostem prosternere, & ab inferiori superari. Propterea, ait S. Chris. in cap. 25. *Matth.* Dominus fatuas Virgines appellavit, quoniam difficilioribus superatis, faciliora perdidit, &c.

Vers. XV. CVM QVE DEFECISSET EMPTORIBVS pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph, dicens:

Da nobis panes: quare morimur coram te,
deficiente pecunia?

Vers. XVI. QVIBVS ILLE RESPONDIT: ADDVCITE pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis.

Vers. XVII. QVÆ CVM ADDVXISSENT, DEDIT eis alimenta pro equis, & ovibus, & bobus, & asinis; sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

V E R S I O N E S.

SEp. Et defecit omne argentum, venerunt autem omnes Ægypti ad Ioseph dicentes: Da nobis panes, & ut quid morimur coram te. Et enutrivit eos panibus pro omnibus pecoribus illo anno.

Cald. Cum consummatum sit argentum .. Afferte pecora vestra & dabo vobis frumentum pro pecoribus vestris, si argentum fuerit consummatum.

Cur cum defecisset emptoribus pretium? Quia iam totam pecuniam in emendo tritico pro sui sustentatione consumpserant. Omnia fames devorat, & vel divites reddit egenos. Qua propter consulendum est, ne, cum quis abundat bonis, prodige, & inutiliter, quod commode conservare potest, dispendat; sed providenter ad tempus necessitatis reservet, ne, adveniente penuria, deficiat.

Cur morimur coram te? Scilicet: Deficiente pecunia. Quasi vivere sine pecunia nemo possit. Moriuntur sane qui quondam abundantes in sæculo abstinuerunt divitias, præsertim, si aurum, & argentum ludis, & abrietatibus, dispendisque illucis consumptum fuerit.

Cur Adducite pecora vestra? Scilicet pro pretio frumenti, id Magnates; id Administratores regum efficiunt, incolas exuere bonis, cum nummi non supersunt; sive commodum patiantur, aut non; pauperes suppellecilibus expoliant, ut

1483
Fames ege
nos reddit

1484
Tributa su
pra modū
posita,

araria publica, ex quibus emolumentum expectant, & ditari auctumant, abunde impleantur, & reficiantur pecunijs.

1485
Admini-
stratores
nihil dent
sine cōsen-
su Domini

Cur Ioseph, in tanta esurie, frumenta patientibus non dilargitur? Quia administrator erat, non Dominus, & nequit dispensator quidquam, nisi ad nutum Domini expendere. Id intelligant servi, & administratores; illicitum illis esse de bonis sibi traditis, vel minimum quid subtrahere, aut alienare, inscientibus, & non consentientibus dominis.

1486
Necessitas
extrema
subvenieu-
da.

Cæterum, sentit Abulensis, Ioseph consulto Rege aliquid indigentibus dispensasse. En eius verba: Ioseph videns quod non erat rationabile permittere aliquos mori fame, illos, qui nec armenta, nec pecuniam aliquam, vel domestica suppellectilia tradere poterant, gratis sustentabat, dato aliquo cibo. Paret hoc; quia quando ipsi petierunt panes, dicentes se mori coram eo, respondit Ioseph quod darent pecora, si ergo nihil habuissent, nihil postulasset; sed gratis alimenta concessisset.

1487
Euchari-
stia paupe-
ri danda,

Cur dedit eis alimenta? Scilicet, cum eos argento, & auro, pecunijsque nudaverat, & adductis pecoribus belluinos affectus exuerat, tunc panes, quos illi petierant tradidit, non ante; nam Panis, qui symbolum Eucharistiæ recencetur, non exhibendus nisi illis, qui bonis temporalibus exuti brutorum affectus à se repellunt.

*Vers. XVIII. VENERUNT QVOQVE ANNO SE-
cundo, & dixerunt ei: Non celabimus Dominum nostrum
quod deficiente pecunia, pecora simul defecerunt:*

*nec clam se est, quod absque corporibus, &
terra nihil habemus.*

Vers. XIX. CVR ERGO MORIEMVR TE VIDENTE?

*Et nos, & terra nostra tui erimus: eme nos in servi-
tutem regiam, & prabe semina, ne pereunte
cultore redigatur terra in solitudinem.*

V E R S I O N E S.

Sep. Exijt autem annus Ille, & venerunt ad eum in anno secundo, & dixerunt ei: nunquid forte deleamur à Domi-

no Nostro? Si quidem defecit argentum nostrum, & substantia, & pecora ad Dominum, & non remansit nobis coram Domino Nostro nisi proprium corpus, & terra nostra. Vt igitur non moriamur coram te, & terra desoletur, acquire nos, & terram nostram pro panibus, & erimus nos, & terra nostra pueri Pharaonis: da semen ut seminemus, & vivamus, & non moriamur, & terra non desolabitur.

Cald. Et completus est annus ille, non celabimus quidquam Domino Nostro, cum defecit argentum, pecora quoque adduximus Dominum Nostrum.

Pag. Vt quid moriemur in oculis tuis?

Cur venerunt quoque anno secundo? Scilicet ad Ioseph, seu ad Regem: non ad Deum, qui eorum inopiam levare facillime posset; non enim tam ab hominibus, quam à Deo nostri laboris solatium sperari potest. Ægyptij, ait Lipp. non invocaverunt Deum; sed Regem, ridiculi etiam Dij pariter dormiebant, & nihil præstabant tam diligenter culti. Deo credentibus Israelitis nihil defuit.

Cur venerunt anno secundo? Quia deficiente iterum annonâ peribant, postquam privati erant, & pecunijs, & pecoribus. En quo tendant humana præsidia, qualiterque opem conferant, sustentaberis; sed expoliatum abibis. Abundabis pane; sed bonis exueris. Reficieris; sed breviter famefces, & post annum iterum esuries, tale est hominum, quod sublime, & amplum decantant, subsidium.

Cur nec clam te est, quod absque corporibus, & terra nihil habemus? Quasi dicant: tibi manifesta nostra penuria est: scis plane nos, & pecunias tradidisse, & his deficientibus etiam pecora, ex quibus expectabamus lucra. Nam sunt qui bona celent, paupertatem simulent, ut quid à divitibus exhauriant, & veris egenis eripiant, cum ipsi, & pecunijs abundant, & bonis. Scrutanda sane vera necessitas est, ut vere indigentibus subveniatur.

Cur moriemur te vidente? Quasi mori non liceat vidente viro, qui pro sua pietate miseris didicit subvenire. Cur morietur populus in deserto, cum adest Dominus, qui mortem abigat ab Hebræis, fluente è cælo Manna? Cur fame peribit Prodigus superflite Patre, à quo benigne accipiatur, &

1488
Necessitas
Deo expo
nenda.

1489
Humana
subsidia
levia.

Pauperta
simulata.

1490
Misericor
dia Dei
nos expe
ctat.

abunde sustentetur? Cur morietur Centurionis puer, si Christus rogatus vitam annuntiet? Cur tu peribis in aeternum dum Dei miserantis clementia te expectet deprecantem, & tui sceleris poenitentem, ut ad suam gratiam, & amicitiam admittat, coelestia praemia largiturus?

1491
Fames ad
vilia con-
stringit.

Cur nos, & terra nostra tui erimus? Quia ad ultimam sustinendam miseriam, & amplectendum opprobrium fames cogit. Ad alienandas terrae possessiones, & probrotae se tradere servituti constringuntur Aegyptij, mitius damnum reputantes, licet extremum sit, & maxime arumnosum, mancipari, quam fame torqueri. Ideoque addunt: *Eme nos in servitutem regiam.*

1492
Peccata
puniantur
fame.

Cur Deus Aegyptios ad tantam voluit agitare miseriam? Quia id meruit tanta in veri Dei cultum oblivio, ne dicam contemptus; & tan assidua suorum idolorum propensio. Ideo David, Pl. 106. 33. de illis locutus proclamat: *Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim Terram fructiferam in salsuginem, a malitia habitantium in ea.* Quae verba explicans S. Prosper. ait: Propter superbam malitiam Iudaeorum, facta est terra eorum sterilis, & deserta.

Vers. XX. EMIT ERGO IOSEPH OMNEM TERRAM

Aegypti, vendentibus singulis possessiones suas praemagnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni.

Vers. XXI. ET CVNCTOS POPVLOS EIVS A NOVISSIMIS TERMINIS AEGYPTI VSQUE AD EXTREMOS FINES EIVS.

V E R S I O N E S.

Sep. *Acquisiuit Ioseph omnem terram Aegypti Pharaoni, vendiderant enim terram suam Aegypti Pharaoni superavit enim fames, & facta est terra Pharaoni. Et populos subiecit in pueros ab extremis finibus Aegypti.*

Cald. *Vendiderunt unusquisque Aegyptiorum agrum suum, quia praevalerat super eos fames. Populum autem transtulit de Civitate in Civitatem, a finibus termini Aegypti vsque ad extremum eius.*

Pag. Et populum transire fecit ad vrbes ab extremitate termini Aegypti vsque ad extremitatem eius.

Cur Emit Ioseph omnem terram Aegypti? Vt necessitati famescentium provideret, & populis quomodo posset consuleret, accipiendō in pretium tritici illud quod supererat, & illi offerre poterant. Contra eos qui debitores opprimunt, vt non nisi numerata specie pecunia, pro solvendis solvendis violenter extorqueant.

1493
Solutio, ex ijs quæ possit debitor,

Cur non coegit Ioseph, vt possessiones alijs venderent mercatoribus, & numerata pecunia, pretium acciperet pro annona? Quia manifestum illi erat populis totam expendisse pecuniam, imo, & armenta. Tum etiam quia si aliquis esset, qui emere posset, & hic accipere; & illi, urgente necessitate, vilissimo pretio vendere cogentur. Ioseph vero taxatis iusto possessionibus eas accepit, reddendo quantitatem tritici præscriptæ æstimationi correspondentem.

1494
Iniustitia in venditionibus vitanda.

Cur vendentibus singulis possessiones suas? Quia non ad oculum commutabatur pro possessionibus triticum, sed in iustæ venditionis, & acceptationis contractu, secundum æstimationem ex æquo conferebatur. Vnde Rabbanus sit plaudat Iosephum: Nec iniustitiæ, nec iniquitatis arguitur Ioseph, cum etiam eius fidelitas inde commendetur, quia nullius personæ gratiam suscepit; sed iuxta emptoris pretium æquo libramine stipem regiam compensavit.

1495
Venditiones iustæ.

Cur subiecit eam Pharaoni? Quia totius Aegypti dominium utile acquisitus est Ioseph Pharaoni, non solum bona eius sollicita applicatione administrans; sed, & proventus auxit, & fundis, eorumque redditibus multiplicavit. Quod satagere debent boni dispensatores, & œconomi, vt non solum annuos redditus iuste dispensent; sed ita se gerant, vt res familiaris, citra alicuius dispendium ad incrementum gubernetur.

1496
Rdmistratores dominis consulant.

Cur, & cunctos populos, &c? Sensus horum verborum expendendus est ex versionibus, quibus colligitur, quod incolas à patrio solo in alias habitandas regiones transfulerit Pharaos. Ne, scilicet, demorando in locis vbi possessiones habuerant, quoties aspicerent magis de earum amissione dolerent. Dolemus, & vehementer quidem, cum aduersante

1497
Bonis expoliati mutant domicilium,

fortuna, alios perfrui videmus, quæ nostris o labore adquirimus, & diu possedimus. Quid si rapta violenter per furtum, aut iniustitiam sint?

Vers. XXII. PRÆTER TERRAM SACERDOTVM, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus, & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & id circo non sunt compulsi vendere possessiones suas.

Vers. XXIII. DIXIT ERGO IOSEPH AD POPVLOS: En vt cernitis, & vos, & terram vestram Pharaos possidet: accipite semina, & ferite agros.

Vers. XXIV. VT FRVGES HABERE POSSITIS. QUINTAM partem regi dabit: quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familijs, & liberis vestris.

VERSIONES.

SEp. Præter terram Sacerdotum tantum, non possedit istam Ioseph, in datione dedit domum Sacerdotibus Pharaos, & comedebant dationem, propter hoc non vendiderunt terram suam. Dixit Ioseph omnibus Egyptijs: Ecce acquisivi vos, & terram vestram hodie Pharaoni, sumite vobis semen, & seminabitis terram. Et eorum genimina eius.

Cald. Ecce do vobis sementem, & seminabitis terram. Et erit cum produxerit fructus.

Pag. Et erit, è frugibus dabitur quintam ipsi Pharaoni.

Oleas. Et eorum quatuor manus vobis.

Aries. Et erit in proventibus, & dabitur quintam ipsi Pharaoni, & quatuor manus erunt vobis.

Cur præter terram Sacerdotum? Quia non solum personas; sed Sacerdotum iura domos, & possessiones antiqui ita reverebantur, vt, nec cogente fame, eas auferre, distrahi, aut sane attingere auderent. Væ tempora! Quis non videat modo Sacerdotum veri Dei, non terras, aut domos; sed ipsos contemni, & opprimi. Quare, ait Salvian. lib. 8. Sacrilegij genus est Dei odisse cultores.

Solam terram Sacerdotum, ait Theodor. quæst. 106. im-

munem ab ea gravatione reliquit. Tantopere venerabantur homines impij eos, qui non erant Dij. At vero Sacerdotes Dei viventis non gaudent hac immunitate. Ideo S. Chrisost. *hom. 65.* hortatur dicens: Audiant, qui nunc vivunt, quantum olim Sacerdotum idolorum curam habuerint, & discant, ut vel saltem parem habeant honorem ijs, quibus Dei ministerium creditum, & qui Sacerdotio insigniti sunt.

Cur tanta Sacerdotibus attentio? Quia annexa est sacro nomini Sacerdotum reverentia. Principum præcipua de Sacerdotibus, ac Templorum ministris cura est, & esse debet. Ad reliquos avarus Pharao: ad solos Sacerdotes exhibetur liberalis.

Cur ita annexa Sacerdotibus illis reverentia? Quia illorum vita talis erat, ut sibi omnium venerationem conciliaret. Nam S. Hier. transcribens *lib. 1. adver. Iovin.* quod retulit Chremon stoicus, asserit: Antiquos Sacerdotes omnibus mundi negotijs depositis semper in Templo fuisse, rationes fiderum contemplatos, nunquam se mulieribus miscuisse, nunquam consanguineos vidisse; cum Deorum cultui inieciuntur, carnes, & vino abstinuisse, ova simul evitasse, & lac, cubile è folijs palmarum construxisse, scabellum acclive pro pulvillo in terra capite supposuisse; humores corporis, quid nascuntur ex otio, & ex mansione vnius loci, nimia vitus castigatione sicasse. Videatur Pererius hic. Hæc antiqui Sacerdotes, ut idola colerent, quibus venerabiles reddebantur. Quid nos, qui verum Christi Corpus quotidie consecramus, & summimus?

Cur *Quibus, & statuta cibaria ex horreis publicis?* Quia hi insignes erant studio, & professione sapientiæ; eius maxime, quæ ad cæremonias, ritusque colendi Deos pertinebat, & ad scientiam Mathematicæ: imo eius inventionem Sacerdotibus Ægypti assignare videtur Aristot. in princ. Methaph. sic scribens: Circa Ægyptum Mathematicæ artes institutæ sunt: illic enim gens Sacerdotum vacare permiffa est. Et Diodorus siculus *lib. 2.* ait: Nobiles pueros Ægyptiorum erudiri solitos à Sacerdotibus, & ab ijs doceri potissimum litteras, quæ appellabantur sacra; item doctrinam Geometricæ, Arithmeticæ, & Astrologiæ.

1499

Sacerdotes
veri Dei
non colun-
tur.

Reverētia
debita Sa-
cerdoti.

1500

Sacerdotū
in Ægypto
to vita.

1501

Ægyptij
Sacerdotes
inventores
scientiarū.

Hinc

1502
Sacerdotes
ali debent
à Senatu.

Hinc infert Lyranus debere à Rege de cibarijs provide-
ri, sic ait: Erant enim deputati ad cultum Deorum illius populi, & ad studium scientiarum speculativarum. His autem qui sunt deputati divino cultui, & studio, debet de victu ab ijs, qui habent curam regendæ communitatis, provideri.

1503
Sacerdotes
improbi.

Cur apud Ægyptios tanta, nunc fere nulla nostris Sacerdotibus reverentia? Forte quia illi secundum suam professionem cultui Dei addicti, & studio sapientiæ incessanter traditi, venerabiles, & omni reverentia digni reddebantur. Nos ita vivimus, vt contemptibiles, & nullius æstimationis reddamur. Imo tam scelerato vivendi pacto, vt S. Chrisost. Illam horribilem, & maxime timendam sententiam pronuntiaverit. Non arbitror, ait, inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant, sed multo plures esse qui pereant.

1504
Ecclesia
fici pro-
ventus.

Deinde subsidia illis assignata, in congruam sibi sustentationem convertebantur, nunc quæ de altari accipitur in depravatos vsus convertitur. Vnde S. Bern. *Epist.* 2. ait: Conceditur tibi, vt, si bene deservis, de altari vivas; non vero vt de altari luxurieris: de altari superbias.

1504
Sacerdos
officium
suum ad
impleat.

Insuper: Illi Sacerdotalibus ministerijs impense vacabant; nunc tempus in spiritualibus officijs, & studijs insu-
mendum ludis, diversionibus, & (quod absit) ebrietatibus, & luxurijs assidue convertitur. Ecce mundus Sacerdotibus plenus est, aiebat D. Greg. *hom.* 17. in *Evang.* sed tamen in messe Dei rarus valde reperitur operarius; quia officium Sacerdotale suscipimus; sed opera officij non implemus.

1505
Sacerdotes
ignari.

Demum illi, Sacerdotes constituti, scientijs ita sedulo incumbant, vt inventores prædicentur Mathematicæ, Geometriæ, Arithmeticæ, & Astrologiæ. Multi nunc, vix salutatis primis scientiæ rudimentis, initiari ambiunt, & si sacros semel ordines cum stimulo conscientiæ conferentis suscipiant, tantum absunt, & alieni sint ab inventione, vt, vel inventa non legant, brevem libellum ad sua saltem bene exercenda ministeria fastidiunt; quid agendum, quidque in sacrificijs servandum ignorent, quo fit vt ab infimo populo ignari habeantur, & contemptibiles reputentur.

Cur cernitis, & vos, & terram vestram Pharaò possidet?
Quia eos sic disponit ad tradenda, spargendaque virtutis

femina, per recondationem alienationis bonorum temporalium, & humiliationem servitutis. Humilitatem, & proventuū temporalium contemptum colat qui divini verbi feminator constituitur. Hinc est, ait S. Greg. *lib. 6. mor. cap. 18.* quod Ægyptij Iosepho dispensante, cum iuri Regis se ipsos tradentes humiliant, si umenta etiam ad semen reportant.

1506
Concionator temporalia tenat.

Hinc etiam colligere fas est, quod si frumentum, Eucharistiæ typum, nobis accipiendum tradatur; ut fructificet, & frugem ex illo habere possimus, humilitate præveniamur, & ab avaritia alieni à cordibus nostris rerum temporalium abdicemus affectum.

1507
Eucharistiā sumentis alienus sit ab avaritia

Cur accipite semina, & seminate agros, qui siccitate, & infœcunditate steriles adhuc omnino perseverant? Quia iam septimus percurrerat sterilitatis annus, quibus elapsis, spes iam erat fructus colligendi. Hucusque frumenta tribuerat Ioseph ad victum; nunc vero, & ad seminandum præbet. Id sentit Philo in *lib. Ioseph.* Nos enim colligamus non esse sperandum semen Verbi Dei in terra omnino sterili, & ubi nulla spes vbertatis habetur.

1508
Concionator abstineat ubi fructus nõ speratur.

Cur accipite semina? Nempe, ut seminent, & colligant: Quia terræ colonos Dominus, quo ad possit, adiuvare debet ad sui ipsius proventum, & servorum conservationem. Optima lex, ait Oleaster, ut Domini dent Agricolis semen, & ab eis non expectent omnem terræ proventum; sed eis, vxoribus, & parvulis vnde sustententur relinquunt.

1509
Agricolis dandum semen quo seminent.

Cur ut fructus habere possitis? Quia nisi adhibita diligentia, & nostra addita cooperatione nullum fructum ex terra sterili expectandum est. Semina ergo virtutis semina, ut vberriimos gratiæ foetus tua sterilis anima concipiat, & parturiat, fiatque spiritualibus incrementis foecundissima.

1510
Virtutis exercitium

Cur quintam partem regi dabitis, cum possiet ab eis eventus ultra medietatem exigere? Ut benignitate cum illis procederet, & ne, quos constituerat servos, insupportabilibus tributis affligeret. Hic Domini, qui nulla in suos compassione, subditos vectigalibus onerant. Hic Administratores gabellarum, qui ut Principem ditent, & Regi blandiantur populos nudant, & colonos excoriant, & torquent, timeant se à supremo Iudice damnandos, & in æternum torquendos.

1511
Tributa moderata sint.

1512

Maledicta
populati
omendat
ab eis

Noluit deinde Pharaonem odiosum, & inuisum populi statuere. Nihil maius, terribiliusque odium in Regem excitat, quam si subditi tributis graventur. Principem execrantur, & ministros; iras, & infaustas imprecationes contra eos conuertunt; maledicta ingeminant, quæ certe timuit Henricus Tertius Castellæ Rex, suggerentibus ministris ut tributa imponerent, sic respondit: Magis se maledicta populi, quam hostes suos metuere.

1513

Superbi re
primendi.

Cur si ita liberalem se exhibet Ioseph, & anxium, ne Pharaon apud suos odiosus rederetur, seruos illos ab omni vectigali non eximit? Ægyptios novit superbos, & ad seditionem propensos, tributarios constituit, ut in subiectione confervet. Per belle tributo subiecit Ægyptios, ait Procop. & seruos facit, scilicet, ut deinceps nulla agitentur seditione in eo Regno, & in pace conferventur.

1514

Tributa ab
indigenti-
bus non pe-
tenda.

Cur *Quintam partem*? Id est fructuum, quos colerent, ergo si nihil calamitate temporum messuerint, nihil dabunt: ita sane. Ne, cum fructibus careant, tributa reddere cogentur. Impium siquidem est quid exigere à nihil habentibus. Si fuerint proventus, ait S. Chris. dabitis partem unam, quatuor autem vestra erunt, & merces laborum, & alimniarum erit.

1515

Sacerdotes
Dei soliti-
uales.

Cur tradita Sacerdotibus terra à Rege? Deus autem suis Sacerdotibus nihil tribuit, dicens Num. 18. 20. *Ego sum pars vestra?* Quia Pharaon terrenos Sacerdotes terrenis deditos volebat: At Deus Sacerdotes suos spiritualiter vivere affectat, & sollicitat, ut nulla rerum terrenarum cupiditate impediatur, quin solius Dei cultui intendant. Sic Origen. *Hom. 6. in Gen.* Qui terrenis studiis vacant, non tam Domini, quam Pharaonis Sacerdotes esse videntur. Festinemus ergo transire à Sacerdotibus Pharaonis, quibus terræ possessio est, ad Sacerdotes Domini, quibus in terra pars non est, quibus Dominus portio est.

1516

1516

*Vers. XXV. QVI RESPONDERUNT SALVS NO-
stra in manu tua est: Respiciat nos tantum
Dominus noster, & latius servie-
mus Regi.*

Vers.

Vers. XXVI. EX EO TEMPORE, VSQVE AD PRÆ-

infentem dieq; in uniuersa terra Egypti regibus quinta

pars soluitur, & factum est quasi in legem,

ab hęc conditione fuit.

V E R S I Q N E S

S Ep. Saluasti nos, inuenimus gratiam in oculis Domini No-

stri, & erimus serui Pharaonis. Respondit illi Ioseph in præ-

ceptum, & que ad diem chodernum in terra Egypti, ut præ-

stent quintas Pharaoni, præter terram, sacerdotum tantum,

Et posuit Ioseph in ius. Lipp. Resisti vos,

Cur salus nostra in manu tua est? Resp. S. Ambros. lib. 2.

de Offic. cap. 16. Iura terrarum regi acquisiuit, non ut omnes

exueret, sed fulciret, & publicum tributum constitueret,

quo sua tutius habere possent, quod ita fuit gratum omnibus,

quibus terras ademerat, ut non venditionem sui iuris, sed

redemptionem salutis putarent.

Cur salus nostray seu ut Sep. Saluasti nos, & inuenimus

gratiam in oculis Domini nostri? Gratiam inuenistis, & salu-

tem in oculis eius, qui vos in perpetuum veditalibus onera-

uit. Ita sane. Quia Ioseph, quos constituerat seruos amicitia-

liter, suauiter, & mansuete tractauit: Subditi enim cū se hu-

maniter, benigne, & clementer tractari senserunt, & vestiga-

lia libenter exhibent, & gratiam in ipsa oppressione inue-

nisse testantur. Sed ifones) folet Minister, cum arroganter

feigerit, vel obolum soluere tyrannis est, si verbis subditi

exasperentur. Lati, aiunt Egyptij, seruiemus regi, vel cum

quinta pars fructus ab illi exigitur.

Cur lati seruiemus, qui aliunde arrogantes, & superbi,

insultantes procederant? Respondet Rupertus: lib. 9. Quia

superborum tunc cervicibus vitrix fames inlederat, lati sus-

ci-

Abraham
Rupertus
Fames

1516
Tributa
ne oppres-
sione.

1517
Serui serbe
ne tracten-
tur Lati
seruiunt.

1518
Fames su-
perbos hu-
miliat.

cipiunt conditionem servitutis. Sic ille. Ita torquet; ita fames colla superborum subiicit.

1519
Abundantia
superbieus:

Cur postea tam dire, & tyrannice Ægyptij persecuti sunt Israelitas, vt patet ex toto lib. Exodi? Respondet idem Rupert. Fortassis inde inimici filijs Israel facti sunt, & inde versum est cor eorum, in omnem populum Domini, vt dolum facerent in seruos eius, quia quos timor famis subiecit servituti, tempore saturitatis, à posteris eorum, qui se venderant, odio cœpit haberi memoria eius, tanquam foret proditor libertatis.

1520
Superiores
arrogantes

Iudicium
Dei.

Cur respiciat nos tantum Dominus? Quia inter oppressiones servitutis læti seruiant, si oculi Domini eos benigniter respiciant. Sunt Domini, & superiores ita tetri, & in dominatione superbi, arrogantes, & præsumptuosi, qui ita auctoritatem gestiunt, vt nec faciem quidem in subditos vertant. Vulnerant crudeliter animos obtutus iracunde suspicientis. Qualiter vulnerabuntur impij oculis supremi iudicis in iudicio iracunde respicientis.

1521
Tributum
positum
tarde aufer-
tur.

Cur Ex eo tempore vsque ad presentem diem, &c. Quia tributum semel impositum, difficile aufertur. In quo magna patet solertia regum, ait Abul. circa subditos in recipiendis redditibus, quia in tantis temporum circulationibus, quasi mutatis mundi eventibus, nunquam illa iura oboleri poterunt.

1522
Lucrum
quod parit
lex fit.

Cur Factum est quasi in legem? Seu vt Sep. In præceptum? Cald. n. statutum? Pagn. In ius? Quia non solum factum est in legem, quæ devolutione temporis abrogatur; sed in præceptum, & ius perpetuum, quod nunquam dissolvitur. Quæ enim iuram pariunt, nunquam dissolvuntur. Sic Abul. imo maioris vigoris est, quam lex, quia nulla vnquam lex alicui populo posita tandiu duravit.

Immunitas
Ecclesiastica.

Cur absque terra Sacerdot ali? Quia super illam nunquam impositum tributum fuerat. Cave ne semel quovis prætextu secularia vectigalia bonis Ecclesiasticis imponantur, in ius Principis abibunt, & legem, quæ nunquam dissolvitur.

Vers. XXVII. HABITAVIT ERGO ISRAEL IN Ægypto, id est, in terram Gessen, & possedit eam:

auctusque est, & multiplicatus nimis

Vers. XXVIII. ET VIXIT IN EA DECEM ET SEPTEM ANNIS: factique sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum.

Vers. XXIX. CVMQVE APPROPINQVARE CERNERET diem mortis suæ, vocavit filiam suam Ioseph, & dixit ad eum: Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub fœmore meo: & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Ægypto.

VERSIONES.

Sep. Habitavit Israel super terram Gessen, & habitaverunt hereditates in ea, & creverunt, & multiplicati sunt valde. Appropinquaverunt autem dies Israel vt moreretur, & vocavit filium suum Ioseph, & dixit ei suppone manum meam sub fœmore meo.

Cur Habitavit ergo Israel ... & vixit in ea decem, & septem annis? Vt qui tot annis absentiam filij patienter sustulerat, diu eius congressu fruereetur. Sic S. Chris. Propterea, ait, Deus dimensus est hoc tempus vitæ, vt consolatione magna accepta hinc migraret.

Cur Iacob ætas recensetur? Vt constet eam prolongatam ad centum quadraginta septem annos: Et consequenter compertum sit breviorē duxisse vitam, quam progenitores. Mundus quidem quotidie senescit, & ætas hominem minoratur, ita vt nullus hodie ætatem impleat, quam adimplere maiores illi.

Cur appropinquare cerneret diem mortis suæ? Quia forte illustrationem supernam habuit, qua vidit appropinquantem diem. Solet Deus suos amicos de morte proxima monere, non vt anxientur, aut se preveniant, qui satis præventi creduntur; quam vt consolationem ex notitia progressus ad meliorem patriam recipiant, & inde iucunde latentur. Vt læta-

1523

Absentia
patienter
tolerata.

1524

Mundus
quotidie
senescens
deficit.

1525

Mortis
dies reve-
latur ius-
tis.

batur David dicens Pl. 121. 1. *Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.*

1526
Senectus
mortem
figurat.

Cur *cerneret diem mortis suae*. Quia longæva ætas, elementa ipsa, & corporis fessi humores sententiam mortis satis enuntiant, & intinant. Quod clare cernunt, prævidentque iusti, qui quotidie se mori existimant, ne incogitata morte imparati dicatedant: illud Domini ante oculos habentes: *Et vos estote parati, quia quæ hora non putatis filius hominis veniet.* S. Luc. 12.

1527
Mortem non
cogitant
impij.

Hinc impij, quibus nulla mortis recordatio, & prolixiores dies, etiam annosi, & imbecilles sibi pollicentur, & vel ægritudine affecti semper restare sibi spatium vitæ asseverant; appropinquare diem mortis nec vident, neque credunt, miserabili, & infaulto discessu toluntur. Quia, ut ait S. Cyprian. Non dignus est in morte accipere solatium, qui non cognovit se esse moriturum.

1528
Defuncti
mandata
non im-
plentur.

Cur *vocavit filium suum Ioseph?* Longe aberat, & vocavit, ut res post eius mortem exequendas illi commenderet. Nonne, & alios filios, & nepotes plurimos secum habebat in Gessen? Ita; sed illi res post obitum suum adimplendas committere decrevit, quem fideliosem cognovit. Facile mortuo iniunctore obliviscuntur posterii mandatorum defuncti, & raro implent, nisi illi fidelissimi sint.

1529
Testamen-
tum ante
infirmi-
tatem.

Cur *cum appropinquare cerneret diem*, qui non dum appropinquaverat, iam vocat Filium? Quia improvide res disponuntur, cum dies mortis adest: male conditur testamentum; male debita solvuntur; male familiæ consulitur; & male inter mortis agones, totius domus confusionem, & cognatorum lachrymas cætera ordinantur. Sed quid si ad illam diem animæ expiatio reservetur; illico supremo iudici vitæ rationem reddituræ? Quam infaulte; quam infelicitè decidunt, qui poenitendi tempus ad supremum vitæ diem decreverunt.

Poenitètia
særa.

1530
Superior,
licet aliud
de infe-
rior, co-
lendus.

Cur *si inveni gratiam in conspectu tuo?* Quia illum deprecando loquebatur. Sed cur deprecando, quem poterat cogere præcipiendo? Quia Ioseph, licet filius, Gubernator erat, & superior in tota regione Ægypti, & illicet superiori imperare, in eo quod superior est, licet aliunde minoris ætatis, dignitatis, & meriti censeatur. Iacob humiliter deprecatur,

non filium; sed Ægypti Præfectum.

Deinde: Iacob filium cogere ad iusiurandum intendebat, & non credidit senex Iosephum iuraturum, nisi humillimis precibus obligaret. Difficile enim Prisci illi iuramenti sacramentum pronuntiabant.

Iurare excussabant prisci.

Cur *Pone manum tuam sub fœmore meo*? Nempe, vt iuraret, hæc quippe formula iurandi erat apud priscos illos, & illa vsus est Abraham cap 24. vers. 2. & 9. cum expereret iuramentum à servo Eliezer. Vide tom. 4. n. 1299. & 1348.

1531
Formula iurandi apud priscos.

Cur filium iurare constrixit? Quia filij, licet fideles, difficile post mortem Parentum, quæ disposita ab ijs sunt, exequuntur. Parum curant, ait Oleast. filij quidquid patres iniunxerint, noveratque hoc prudens senex, ideo filium iurare coegit implere quòd vult. Nihil enim curant filij, quam quæ parentes functi præceperunt.

1532
Defuncti mandata non implentur.

Cur *facies mihi misericordiam*? Quia non tam ex pietate, quam debuerat Ioseph, & oblivisci filij post mortem parentum solent; sed ex misericordia sepulchrum exorat à filio. Opus liquidem est misericordiæ, & benedictione dignum defunctos sepelire. Nuntiatum est David 2. R. 2. 5. quod viri Jabes Galaad sepelissent Saul: dixitque eis per nuntios: *Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelivistis eum. Et nunc retribuet vobis Dominus misericordiam sed, & ego reddam gratiam.*

1533
Sepelire opus est misericordiæ.

Cur *non sepeliatis me in Ægypto*? Quia is adolescebat in senibus, & is vivebat in morientibus amor in Deum: ille erat religionis zelus, vt nihil à regnantibus filijs flagitarent, nisi, ne ibi putrescerent eorum ossa, vbi superstitione religio premebatur. Illud maxime ponderabat Dominus erga populum: *eduxi te de terra Ægypti.* Ex. 20. 2. quasi inter innumera illud esset maximum beneficium, quod eos ab idololatris eripuisset. Idem ingeminabat erga Abraham: *Eduxisti te de vr Caldeorum.* Pudeat ergo Alumnos Evangelij ibi esse cum gaudio vbi Patriarchæ nec sua quidem ossa iacere voluerunt. Vide num. 951.

1534
Sepeliri inter impios horrent iusti.

Deinde: vt in terra sancta sepulchrum sua ossa haberent, vbi Christi redemptio complenda erat. Sic Carthus. Vbi ergo sepelienda erant corpora Patriarcharum, nisi in terra qua

1535
Sepulchrū in loco sancto.

crucifixus est ille, cuius sanguine facta est remissio peccatorum? A loco autem calvariaë, in quo crucifixus est Christus, distare dicitur fere triginta millia passuum sepulchrum Patriarcharum. Hæc Carth. ex S. Augst.

Vers. XXX. SED DORMIAM CVM PATRIBVS MEIS;
& auferas me de terra hac, condasque in sepulchro
maiorum meorum. Cui respondit Ioseph:

Ego faciam quod iussisti.

Vers. XXXIV. ET ILLE: IVRA ERGO, INQVIT;
mihi. Quo iurante, adoravit Israel Deum, con-
versus ad lectuli caput.

V E R S I O N E S.

Sep. *Tolles me de Ægypto, & sepelies me in sepulchro eorum;*
ille vero dixit: *Ego faciam iuxta verbum tuum. Et adora-*
vit Israel super summitatem virgæ eius.

Pag. *Curavit se Israel ad caput lecti.*

Cur *Sed dormiam cum patribus meis?* Vt circa ossa paren-
tum quiescerent eius ossa, vbi Christum resurrecturum spe-
rabat. Sic Liran. Non solum, ait, propter Abraham, & Isaac
ibi sepultos, desiderabat Iacob ibi sepeliri; sed principaliter
quia in illa terra redemptio generis humani peragenda erat
à Christo, in ea nasciturus, & conversaturus; moriturus, &
resurrecturus erat, de quibus Iacob habuit fidem, & noti-
tiam aliquam.

Sed miror Patriarcham tantum curasse de sepulchro sui
corporis, amissa circa salutem animæ cura, nullisque disposi-
tis ad expiandas vitæ labes sacrificijs. Sed forte notionem
habuit de sua indemnitate, & salute. Illi plangendi qui vitijs
involuti sumptuosa mausæola, quibus condantur cum studio
construunt: honoris titulos sculpunt: Stemmata figunt, nulla
de collatione animæ anxietate, vel Christus moriturus suam
animam ita curavit, vt Patris manibus commendaverit.

Cur *condas me in sepulchro maiorum meorum?* Vt firmaret
eos in spe de eo quod Deus traducturus esset etiam illos in
terram promissam. Sic Theodor. *quæst. 107.* & firmat S.

Chri-

T 536
Sepulchrū
in terra
sacrata.

T 537
Sepulchra
magnifica
constituuntur.

T 538
Spes firmā
da.

Chrisof. hom. 66. Prævidendo, ait, futurum ex Ægypto in terram promissionis redditum hoc præcepit, spem bonam illis pollicens, quod, & sui, vel sero, aliquando redditori essent in terram promissionis.

In sepulchro maiorum: Ne, si ibi manerent eius ossa fuco pietatis detinerentur posterius, delicijs potius Ægypti deliniti, repugnarentque ad terram promissionis transmigrare.

Volunt aliqui intendisse Iacob in Chanaan sepeliri: quia dulcis amor patriæ; in qua natus quisque fuit; in eadem mori, & sepeliri dulce, & decorum putat.

Cur *faciam quod iussisti*; cum ille non iusserit; sed quasi deprecatus, quod optabat exposuit? Quia boni filij levem parentum insinuationem pro præcepto habent, ut perfecte adimpleant. Sic boni subditi superiorum insinuationem tamquam iusionem accipiunt, ut obediant, & mandatis obtemperent.

Cur *iura ergo mihi*? Ut tutus omnino esset de adimplerone promissi. Intemerata siquidem erat apud præfatos illos iuramenti religio, quam frangere inuisitatum, & inuisum omnino erat. Væ nobis, qui, ab eis, quæ Deo per iuratas assertionem promissa sunt, toties deficimus, vel excusationes inquirimus, ne impleamus.

Cur, *quo iurante, adoravit Israel Deum*? Quasi qui iam sepulchrum, & temporalia disposuerat, solatis sæculi curis, & cogitationibus solum Deum adorare, & invocare ad impetrandum felicem sui exitum decreverat. Optimum decedentibus exemplar, ut cum appropinquare diem nostrum senserimus, dispositis temporalibus, eorumque deinceps obliti, soli Deo, & saluti animæ impense vacemus, divinam implorando misericordiam.

Cur *conversus ad lætuli caput*? Quasi vale dicens humanis, sola divina cogitaret: convertit se, ne deinceps filiorum, Nepotumque turbam desinentem, quibus distraheretur, & affligeretur circumspiceret.

Sed quoniam Sep. legitur: *Adoravit Israel super summitatem virgæ eius*, qui locus difficilis explicatu est, propter variam circa radicem hebræam intelligentiam, adeat, qui velit utrumque Benedictum Fernandium, & Pererium, qui diffu-

Excusatio
nes frivola

I 439
Patriæ
amor,

Insinuatione
superioris
quasi præ-
ceptum.

I 540
Iuramen-
tum ad im-
plendum.

I 541
Morte
obliviscen-
da tempo-
ralia.

I 542
Nec me-
moranda
familia.

se circa eius interpretationem dicebant.

1543
Magistra
tus colēdi.

Nos vero adorasse dicimus summitatem virgæ, quam pro signo imperij, & Dominij gerebat Ioseph, quasi eius veneraretur Dignitatem, quam omnes, etiam Parentes in filiis venerari consueverunt. Vel dic in ea etiam filium adorasse, vt adimpleretur somnij vaticinium, quo, nuntiatum est quod Pater, &c. Adoraturi eum erant super terram.

1544
Cruz Christi
sti adumbrata.

Adoravit deinde, quia virga illa crucem Domini adumbrat, teste S. Aug. qui, *serm.* 80. *de temp.* Virga illa, ait, crucis mysterium figurabat. Ita S. Aug. siue de hac siue de virga Moïsis locutus de qua *serm.* 90. sic ait: In virga mysteriū sanctæ Crucis cognosce; si sancta Cruz elevata non esset Christianus populus in æternum periret. Elevata vero virga, id est, cruce erecta, cedit mare, cedunt & fluctus eius, hoc est, vincitur mundus, & mundi istius potestates.

1545
Cruz præsidium morientibus.

Adoravit ergo Iacob moriturus summitatem virgæ spiritu quidem prophético plenus; & in fastigio virgæ sui Iosephi crucem Domini Iesu, de qua postea repetebat David Ps. 22.

1546
Passio Christi memoranda moriēti

4. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Nam solatium mortem spectantibus maximum, imo, & præsidium, est mentem figere in illa cruce, illam adorare, & amplecti, vbi Christus chyrographum damnationis nostræ fuso vberim sanguine abolevit. Meditare ergo crucis mysteria, & mori non formidabis.

1547
Titulus Christi.

Cur non adoravit virgam; sed *super summitatem.* Quia titulum fortasse crucis in spiritu adoravit, in quo scriptum erat: Iesus Nazarenus Rex Judæorum. En quod sceptrum, & dignitatis insigne Patriarcha reueretur, adoratque; & lætus, & securus mortem expectat, vitam feliciorē assequi desiderans.

1548
Beata Virgo invocanda in morte.

Sed liceat cogitare Iacobum conscium futurorum in virga illa, eam agnovisse, quam cecinit Isaïas cap. 11. *Egredietur virga de radice Jesse;* & Matrem illam promissi Messia, in virga adumbratam adorasse, & in agone suo ad eam, tamquam certam auxiliatricem, aufugisse, eiusque auxilium tunc temporis implorasse. Vt discant, qui morti appropinquant, ad illam Dei Genitricem, & peccatorum matrem recurrere, vt felicem vitæ exitum, & æternam gloriam consequantur.

Sed

Sed si vtrumque componamus sensum, Crucem scilicet, & B. Virginem in virga adumbrari, dicere licebit Iacob crucem simul, & Mariam, seu Mariam iuxta crucem præcognovisse, vbi Mater illa de morte filij dolorosa representatur. Omnem siquidem felicitatem in morte sibi auspiciatus est Iacob, si B. Deigenitrem iuxta crucem stantem adorasset, & eius implorasset auxilium.

1549
Doloras
Virginis
memorandi
in agone.

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRVM GENESEOS,

CAP. XXXXVIII. VERS. I.

HIS ITA TRANSACTIS NVNTIATVM EST IO-
seph quod ægrotaret pater suus: qui assumptis duobus
filijs Manasse, & Ephraim, ire perrexit.

Vers. II. DICTVMQVE EST SENI: ECCE FILIVS
tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus
sedit in lectulo.

V E R S I O N E S.

SEp. *Factum est autem post hæc verba, & nuntiatum est Ioseph quia Pater tuus turbatur.*

Cald. *Dicitum est ad Ioseph: Ecce pater tuus iacet infirmus.*

Aliqui: *Pater tuus vexatur, seu extenuatur.*

Pag. *Et nuntiavit ipsi Iacob nuntius: Ecce filius Ioseph venit, & vim fecit sibi Israel, & sedit super lectum.*

Natab. *Et fortificavit se ipsum, vel confortavit se.*

Cur His transactis? Scilicet, dispositis rebus, iuramento à Ioseph præstito, & post eius ad Civitatem regressum in-

gravescente morbo, monitus est filius de periculo imminente Patris.

1550
Testamen-
tum ante
infirmi-
tatem conde-
dum.

Cur *nuntiatum est quod Pater agrotaret*, non ne, & antea agrotarat, cum filium accersivit? Agrotarat; sed non ita ut proxime periclitaretur: appropinquantem concepit senex diem mortis suæ, quod sufficiens fuit ut illico filium vocaret, & res suas disponderet, ante quam acrius gravaretur, & anxietate dolorum minus aptus fieret ad res mature agendas. Egregium sane documentum, ne scilicet extremum vitæ tempus ad res spirituales, & temporales disponendas expectemus. Male tunc dirigentur cum tot perturbationibus premimur, cum tot ventis quatimur, turbamurque procellis.

1551
Tristia ci-
to vulgan-
tur.

Sed à quo *nuntiatum est*, nam nullum missum audimus? A vulgo cito, & facile tristitia proclamante. Infausta volant, nec tabellario indigent; moesta citissime currunt. Adde quod filij quibus ventura est Hereditas, cito monentur, ut occurrant, sua custodiant, ne alieni, vel etiam domestici, quod non semel fieri solet, subfurentur.

1552
Cura filij
de salute
patris.

Sed Abulensis sentit à Ioseph, curam patris gerente, præventum nuntium habuisse, à quo sæpe de salute parentis moneretur. Sic enim ait: Quia Iacob erat senex, & appropinquans morti, & Ioseph diligebat eum valde, posuerat nuntios, qui semper ei salutem, vel statum patris sui referrent.

1553
Benedictio
patris.

Cur *assumptis duobus filiis*? Ut, & ipsi benedictionem ab avo consequerentur. Totam sibi suam, filiorumque felicitatem ominabatur Ioseph, si benedictionem assequeretur à Parente. Nam, ut ait S. Ambros. *lib. de benedic.* Qui benedicebatur à patre benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat. Hanc gratiam parentibus donavit Deus, ut filiorum pietas provocetur.

1554
Amās cito
accurrit
afflictio.

Cur *ire perexit*? Nempe, audito de infirmitate Patris rumore. Amanti siquidem filio satis fuit audisse Patrem infirmasse. Sorores Laçari Domino tantum deferunt, *quem amas infirmatur*, Ioan. 11. ut cito occurreret. Vnde S. Aug. *tract. 44. in Ioan.* ait: Non dixerunt veni, amanti enim tantummodo nuntiandum fuit, sufficit ut noveris.

Vnde Seneca illum verum amicum constituit, qui agrotan-

tantem, aut oppressum vinculis non deserit. Ideo amicum quæro, ait *Epif.* 97. vt habeam qui mihi ægrotò succurrat, & in vincula coniecto. Et cerce amicus non est, qui afflictum, vel oppressum suo destituit præsidio.

1555
Amicus
verus.

Cur dictum est *seni*? A quo scilicet dictum? Ab aliquo, quem diligenter præmiserat Ioseph, credens solatium foret ægrotanti parenti eius adventus notitia. Anticipanda, quantum fieri posset, sunt, quæ ægrotò lætitiã, & levamen possunt conferre.

1556
Faula ci-
to nuntian-
da.

Cur confortatus sedit in lecto? Quia tanta iucunditate tali nuntio repletus est, vt qui prostratus, & quasi immobilis iacebat, quasi depulsa infirmitate validus surrexerit, sederitque in lecto. Id agit in ægrotis lætitiã. Confortatus est, ait *Cartusi.* id est, gaudio recreatus, & melioris animi factus ex appærentia talis filij.

1557
Lætitia sa-
lutaris
ægris.

Monitum denique vniversis infirmis manet. Quisquis lecto decumbit ægritudine oppressus, illum expectet quem Ioseph adumbrat, nempe Dominum Iesum sibi in Eucharistico pane suscipiendum. Audiatur felix nuntium: *Eecce Dominus tuus Iesus venit ad te*, vt ad tantum adventum confortetur, vires sumat, lecto sedeat, paratus ad oscula, & domini sui aduentantis amplexus.

1558
Viaticum
Eucharis-
tiæ.

Vers. III. ET INGRESSO AD SE AIT: DEVS OMNIPOTENS apparuit mihi in Luza, quæ est terra

Chanaan: Benedixitque mihi, & ait:

Vers. IV. EGO TE AVGEBO ET MVLTIPlicabo, & faciam te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam.

VERSIONES.

SEp. Deus meus apparuit mihi in Luza. Faciam te in congregationes populorum.

Onk. In possessionem sæculi. Pag. Dabo in cætum populorum.

Cald. Ponam te in congregationes cætuum.

Cur Deus omnipotens apparuit mihi? Quia in tanto filio
my-

1559
Præmia
cælestia.

munerare cupiebat pietatem, sedulitatem, & amorem erga se, & præmia ostendit, quibus à Deo longe vberius, & felicius quam à se, poterat munerari. Multa desiderabat; sed ampliora à Deo donari certo confidebat. Nulla siquidem sunt parentum dona, si Deus conferat filiis cum temporalibus sempiterna.

1560
Omnipens
omnia po-
test.

Cur *Deus omnipotens*? Ne dubitet de promissis, & securus omnino sit de præmijs, quæ ab illo, qui omnia potest, & cui omnia subiciuntur, & famulantur vltro spondentur. Istud nomen omnipotens, ait Abul. hic recte convenit; quia omnipotentem nihil effugit, quin illud facere possit.

1561
Benedictio
nis fructus
à Deo.

Cur non dixit Pater meus benedixit; sed *Deus omnipotens benedixit mihi*? Resp. Ruper. Quia omnis benedictio; non hominis est, sed Dei, & tunc valet benedictio hominis cum ex Deo procedit, vel confirmatur Dei testimonio. Ita ille, quasi dicat; licet homo benedicat fructus, & benedictionis effectus à Deo est.

1562
Filius pa-
rentes co-
leus.

Cur *ego te augebo, & dabo tibi terram hanc, & seminæ tuo*? Vt insinuet Ioseph omne augmentum, omnemque felicitatem sibi promissam transituram ad filium, qui ita patrem coluerit sicut Ioseph.

1563
Promissa
Dei immu-
tabilia.

Cur *in possessionem sempiternam*? Quia dona Dei sine poenitentia sunt, nec revocat Deus beneficia, quæ nobis promittit, nisi per nostram renuntiationem, quæ per peccatum à nobis efficitur, tunc sua Deus beneficia non tam retrahit, quam contempta à nobis retinet.

Vers. V. DVO ERGO FILIJ TVI, QVI NATI SVNT
tibi in terra Ægypti ante quam venirem ad te, mei erunt:
Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Si-
meon reputabuntur mihi.

Vers. VI. RELIQVOS AVTEM QVOS GENVERIS
post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vo-
cabuntur in possessionibus suis.

V E R S I O N E S.

Sep. Nunc ergo duo filij tui mihi sunt Ephraim, & Ma-
nas-

nasse, tamquam Ruben, & Simeon erunt mihi. Nati autem quoscumque genueris postea erunt in nomine fratrum suorum. Pag. Vocabuntur in hereditate sua.

Cur duo filij tui, qui nati sunt tibi? Tamquam filij non essent à se; sed à Deo creati, & sibi concessi, quod notavit Lipp. Non dicit, ait, filij quos genuisti; sed qui tibi nati, & progeneri sunt. Donum enim Dei sunt filij, & non in generantium potestate.

1564
Filij à Deo
dantur.

Cur duo filij tui mei erunt? Quia Nepotes ex Ioseph sibi tamquam filios adoptavit; eos potius inter ceteros omnes; quia amor, quem habebat erga hunc filium ad nepotes transire voluit, in signum singularis dilectionis. Advertere licebit, ait Oleast. quid proderit patri obsequi; adoptavit enim filios Ioseph, non qualitercumque; sed veluti primogenitum, aut secundo genitum.

1565
Parris bonitas
favet filijs

Cur eos potius sic adoptavit? Quia voluit merita Ioseph, & pietatem singularem in eius filijs præmiari. Obsequia enim maioribus præstita totam obsequentis felicitant posteritatem.

1566
Obsequia
Parris comédant filios.

Cur ut filios adoptavit, scilicet, *sicut Ruben, & Simeon?* Ut ius integrum nepotibus conferret, ne post eius mortem, eo quod alienigenæ, & in Ægypto nati essent ab alijs filijs, & nepotibus ab hereditate excluderentur, orireturque inter ipsos contentio: Ideo forte expressit: *Qui nati sunt tibi in Ægypto.*

1567
Contentio
vitanda.

Cur heredes constituit in possessionibus terræ Chanaan, quæ non dum possessa; sed tantum promissa erat? Quia ea erat certa Patriarcharum spes, ut quæ promissa erant, tamquam certa, & iam propria disponebant. Hic sensus Abulensis sic loquentis: Ex quo Dominus dixit quod daret terram illam, dubitare non potest, quin daret; quia Verbum Domini manet in æternum.

1568
Promissa
Dei certissima.

Vers. VII. MIHI ENIM, QUANDO VENIEBAM DE Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & sepelivi eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem.

Vers.

Verf. VIII. VIDENS AVTEM FILIOS EIVS DIXIT
ad eum : Qui sunt isti ?

Verf. IX. RESPONDIT : FILIJ MEI SVNT , QVOS
donavit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos
ad me , vt benedicam illis.

V E R S I O N E S.

SEp. Ego autem quando veni de Mesopotamia Syriae mortua est Rachel mater tua in terra Chanaan , appropinquante me ad hippodromum chabratha terra , ad veniendum in Ephrata, & defodi eam in via hippodromi , hac est Bethlem. Quid tibi hi ?

Pag. Et me veniente Padan mortua est mihi Rachel in terra Chanaan, cum adhuc esset milliaria terre ad veniendum in Ephrat. Cuius sunt isti ?

Arias. Et adhuc terrae tractus ad veniendum in Ephrath.

Cald. Applica obsecro eos ad me vt benedicam illis.

Cur hic inferit Iacob mortem Rachelis ? Ne quereretur Ioseph de eo quod non curaverit Pater sepelire vxorem, si- cut ipse sepeliri curabat. Rationem pro inde reddit Iacob temporis, loci, distantiae, quare non licuit cadaver Rachelis propter incommoditatem temporis diu conservare, ne putresceret, deficientibus in via vnguentis, quibus condiretur; vnde nec valuit illud Hebronem transferre, vt in sepulchro Abrahæ, & Saræ sepeliretur. Ideo legit Pag. *Cum adhuc esset milliaria terre.*

Deinde: vt ipse morti proximus, rememorando circumstantias mortis Rachel, ad bene moriendum disponeretur. Nihil nos magis præparat ad agonem, quam aliorum recordatio, & meditatio mortis. Ideoque acta in morte dilectæ vxoris ad vnguem recurrit.

Item: vt moneretur Filius ne prolongatis parentis annis longam sibi vitam sponderet, fideretque iuvenili ætati, cum mater teneris vitæ annis immatura morte decideret. Tringenta, & sex tantum adimpleverat, vt tradunt Hebræi, apud Cornel. *in cap. 35. Genes.*

Cur

1569
Querellæ
preuenien-
tæ.

1570
Mortis me-
moria ad
bene mori-
endum.

1571
Ætati non
fidendum.

Cur quando veniebam de Mesopotamia, & in ipso itinere? 1572
 Ut innuat longas, quas cogitamus, nostræ vitæ vias, nostræque mentis dispositiones, morte præscindi; ne ad terminum, quem prætendimus, & decrevimus, devenire possint. Mors omnia interturbat.

Cur erat verum tempus? Ut ponderet salubriorem veris auram, qua arbores, & ligna incrementum vitæ suscipiunt; ornantur frondibus, condecorantur floribus, & ditantur fructibus, nostræ vel pretiosiori vitæ non suffragari. Temporis, ætatisque delicias nobis rapit intempestiva mors. 1573
 Mors temporis non observata.

Cur iuxta viam Epratæ? Mysterium hic voluit intelligi Jacob: ex divina revelatione præscivit per Nabucum destruendam Ierosolimam 4. Reg. 25. à n. 1. populumque captivum per Nabuzardam in Babilonem ducendum, & iuxta sepulchrum Rachelis transiturum, eamque de sepulchro clamaturam, imploraturamque auxilium super populum suum. Defuncti pro suis orant è sepulchro.
 Iuxta illud: *Vox in excelsis audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, &c.* Jerem. 31. 15. ad quod alludit S. Matth. 2. 18. *Rachel plorans filios suos.* Itaque Rachel, iuxta Hebræos, constituitur è sepulchro populo Mediatrix.

Et fortasse idem mysterium fuit sepeliendi B. Virginem in Valle Iosaphat, vbi extremum iudicium futurum, vt refert Bocardus in descrip. Terræ Sanctæ. Nam sicut Rachel in eo loco sepulta est, ex quo transeunti populo posset auxiliari: Ita B. Virgo sepelitur in ea valle, in qua, hominibus ad iudicium vocatis, patrocinetur. Quis sub hac Patrona iratum Iudicem vereatur? Sepulchrū B. Virginiæ

Cur sepelivi illam iuxta Bethlebem? Ut ibi tumularetur vbi venturo Melsia nascente initium fieret redemptionis. Nota Rachelem sepultam vbi Christus est natus; Jacob vbi Christus passus nos redemit. Illa sub protectione Virginis parturientis: hic sub auspicijs Christi redemptionem exequentis. Vter felix? Decide. 1574
 Nativitas Christi.

Cur qui sunt isti; Quia non dum cognoverat, quos adoptaverat, & heredes ad possessiones futuras constituerat. At minus prudens consilium videtur eos ita honorare, quos ignoramus, & cuius moris, & vitæ sint nescimus. Sed Sanctus Patriarcha hoc solum eos hereditate, & benedictio- 1575
 Filij boni a bonis parentibus.

ne dignos ce nſuit, quod tanti filij filij eſſent; credens à tanto Parente non niſi egregios, & omni virtute ornatos futuros filios.

1576
Dona Dei
omnia cen-
ſenda.

Cur quos donavit mihi Deus? Reſp. Oleaſter: Quia quæcumque ſunt iuſtorum bona, munera Dei ſunt, iuſti enim ex naturalibus faciunt dona Dei; impij vero ex donis Dei faciunt bona naturæ.

1577
Ætas flori-
da morte
marceſcit.

Cur tot circumſtantia mortis Rachelis deſcribuntur? Vt cum audias Adoleſcentulam pulcherrimam deſeciſſe, noſcas pulchritudinem florem eſſe, quæ cito marceſcit, & violenter à morte rapitur. Favet S. Ambroſ. 3. *Hexam.* 11. Brevi vnus quiſque decurſo ætatis flore marceſcit.

1578
Adoleſcen-
tes moriun-
tur ad i-
ſtructionem
aliorum.

Deinde: quia ſæpe adoleſcentes immatura morte rapiuntur, non tam ad eorum interitum, quam ad aliorum remanentium inſtructionem, & doctrinam. Proxima ſolet eſſe floribus vernantibus amputatio. Sic Cantic. 2. *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis advenit.*

Vers. X. OCULI ENIM ISRAEL CALIGABANT PRÆ nimia ſenectute, & clare videre non poterat. Applici- toſque ad ſe, deoſculatus, & complexus eos.

Vers. XI. DIXIT AD FILIVM SVVM: NON SVM fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum.

Vers. XII. CVMQVE TVLISET EOS IOSEPH DE ſinu patris, adoravit pronus in terram.

VERSIONES.

Sep. Oculi enim Iſrael gravati erant præ ſenectute, & non poterat aſpicere. Ecce facie tua non ſum privatus, & educit eos Ioseph à genibus eius, & adoraverunt in faciem ſuper terram.

Pag. Oculi Iſrael graves erant propter ſenectutem.

Cald. Nunquam cogitavi videre faciem tuam, & ecce oſtendit mihi Dominus etiam filios tuos.

1579
Senectus
ærumnoſa

Cur oculi Iſrael caligabant, &c. Quia id innatum eſt ſenectutis; hæc longam arguit vitam, ſed ærumnoſam tandem

confert defatigatis, languidisque membris durationem, cum senectus ipsa morbus insanabilis sit.

Cur *præ nimia senectute*, cum nondum vitam protenderit ad ætatem suorum maiorum? Quia vitam duxit angoribus, curis, & afflictionibus irretitam, & molestatam. Id enim breviori temporis spatio senectutem accelerat, redditque graviolem, & molestiolem.

Videas non raro longævos, qui quasi primævæ ætatis juvenes florent, & vigent, nullis afflicti morbis, de suo sibi robore iactanter blandiuntur: Senibusque ob festam ætatem prostratis, ob infirmam valetudinem querulis, irrident, eosque tamquam molestos contemnunt. Illi sane contemnendi, imo eorum damnanda senectus, qui ideo tunc vigent, cum vitæ inventutis laboribus, nullis intenti curis, nullis applicati studijs, die otiano, nocte stertendo, indecoram vitam duxerunt. Florent ætate, qui fructus ætatis nunquam parturuerint.

Cur clare videre non poterat. Quia conditio senectutis eius naturæ est, ut id primo à nobis eripiat, quod in nostra natura pretiosius est. Ea est oculorum perspicacia. Quid quod nonnunquam mentem obnubilet, intellectum confundat, memoriæ, cæterasque potentias obtenebret.

Cur *de osculatus, & complexus est eos?* Quia in eo seniores maxime delectantur, si filios ac nepotes tractent, & amplectentur; quasi spem suæ posteritatis, & gloriam sui nominis in illis censeant stabiliri, & prolongari.

Cur *non sum fraudatus aspectu tuo?* Quasi diceret: diu tuo conspectu privatus patienter tuli, ideoque huc vsque, non solum tua recreatus præsentia, & adiutus præsidio; sed etiam filios tuos deosculari, & amplecti cum gaudio, & exultatione licuit. Disce temporalibus, quæ magis diligis, destitui, ut iucundius, & perennius perfruaris sempiternis. Audi S. Chrisof. Magna mihi præstitit Dei misericordia, & plura quam expectem, non solum non sum privatus facie tuæ sed etiam vidi eos, qui ex te nati sunt.

Cur *cum tulisset eos Ioseph, de sinu Patris*, qui pueris blandiebatur? Ne blanditijs irriteretur, qui morti erat proximus, debueratque tunc sibi Deum invocando consulere.

1580

Vita laboriosa cito senescit.

1581

Juventus otiosa, & laboriosa,

1582

Senectus potentias obcurat.

1583

Senes de nepotibus gaudent.

1584

Temporalia renuntians habet æterna.

1585

Morte abstrahantur propinqui,

Deinde ne parvuli molesti essent seni. Eduxit eos, ait Oleast. de genibus, ne scilicet senem gravarent.

1586
Senibus
honor ex-
hibendus.

Cur adoravit pronus in terram? Ut ostenderet qualiter Parentes etiam senio confecti colendi sunt. Deinde, ait Caiet. hunc honorem exhibuit patri, & incurvavit se, facie ad terram vsque, magni pendendo beneficium benedictionis filiorum.

1587
Pueri vr
bani erga
suos.

Sed Sep. leg. Adoraverunt in faciem super terram? Quia omnes senem venerati sunt, instruente, & monente Ioseph, ut adolescentes Avo, de se benemerito, hunc honorem exhiberent. Vide, ait S. Chrisof. quomodo pueros statim ab initio debitum seni honorem reddere docuit. Ita S. Chris. Ut discant Patres filios in tenera aetate, in ea, quæ exercere debent, instruere.

Vers. XIII. ET POSUIT EPHRAIM AD DEXTERAM suam, id est, ad sinistram Israel: Manasen vero in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

Vers. XIV. QUI EXTENDENS MANVM DEXTERAM, posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat, commutans manus.

V E R S I O N E S.

Sep. Sumens autem Ioseph duos filios suos, Ephraim quidem in dextera, à sinistris autem Israel, Manassen autem à sinistris, à dextris autem Israel appropinquavit eos.

Cald. Et tetendit Israel dexteram suam super caput Manasse, docuit manus suas, quamvis Manasses erat Primogenitus.

Onk. Ita prudenter egit manibus suis.

Pag. Intelligere fecit manus suas.

Oleast. Cognoscere faciens manus suas. Lipp. Prudenter dirigens.

1588
Primogeniti plus
diliguntur

Cur Posuit Manasen ad dexteram Patris? Quia primogenitus erat, & feliciorum illi ab Avo benedictionem in dextera designatam exorabat. Naturalis, ait Oleaster, amor pa-

rentum est erga primogenitos, etiam si inepti sint.

Cur posuit manum dexteram super caput Ephraim? Quia maioritate, & antiquitate temporis Manasses digniorem locum occupabat potioris benedictionis, quæ non maioritate, sed meritis conceditur, & habetur. Vnde S. Ambros. *lib. de pœn. cap. 9.* ait: infirma spes est, quæ committitur temporibus.

1589
Benedictio
meritis ex
hibenda.

Vel in Manasse, qui antiquior erat, Iudaicus populus designabatur; in Ephraim Gentilicus, Prævaluit ergo hic ad ampliorem benedictionem, licet minor ætate, auctus Crucis benedictione. Favet S. Paulin. Ep. 4. Christianorum gloriam supra Iudæos exaltans. Nobis, ait, Ephraim sinister ad dexteram benedictus proficit. Illos in Manassem, qui præsumptione senioris Avo dexter adstiterat, traslata in caput sinistra, Crucis mysterium denotavit.

1590
Crucis am
plior bene
dictio.

Cur voluit Iacob iuniori Nepoti potiolem benedictionem largiri? Quia ex huius tribu nascituri erant Reges Israel, siquidem Jeroboan, qui primus fuit Israelitarum Rex, pertinebat ad tribum Ephraim. Hinc conijce qualem benedictionem Æternus Pater Deiparæ in suo conceptu largiretur, siquidem ex ea nasciturus erat ille Rex Israel, Princeps futuri sæculi, Christus Dominus.

1591
Virgo be
nedicta à
Deo.

Cur mutato antiquitatis, & naturæ ordine, ampliori benedictione donatur Ephraim? Quia ex illo nasciturus erat Josue, qui ducturus erat populum Israeliticum, illique consecuturus terram promissionis. Mutetur ergo, præcedatque benedictio amplioris gratiæ ordini naturæ, vt eximatur ab originali noxa illa, quæ conceptura erat Iesum, qui nobis viam stravit, & aperuit ad terram promissionis, id est, ad cœlestem patriam.

1592
Conceptio
B. M.

Cur *commutans manus*? Vt benedicendo nepotes crucis figuram exprimeret, cum qua omnis felicitatur benedictio. Vnde Rupertus *lib. 9. cap. 24.* Sine dubio transpositio manuum Iacob crucis expressit figuram. Sic Rup. De illa enim sic locutus S. Leo *de pass.* Crux tua Domine omnium est causa benedictionum: omnium est causa gratiarum.

1593
Crux cau
sa benedi
ctionum.

Commutans manus: Quia non est segura felicitas, quæ pendet ex nutu Principum. Expectabis dexteram, & vix sinistram obtinebis. Confides æmulatori tuo præferri, tuis ni-

1594
Principum
favor futu
lis.

xus méritis, & favore Principis; sed commutatis facile manibus succumbes in gloriosus, & alter erigetur ad thronum. Sic mutatur in hominibus humanus affectus.

1595
Iudicia
Dei diversa
ab hominibus.

Cur postponitur in benedictione Manasses? Ut noscamus quam diversa sint divina iudicia ab humanis, quos enim homines præferunt, sæpe Deus posthabet, & quos homines posthabet Deus præfert. Probat. S. Hieron. *in cap. 4. Exod.* dicens: Primogenitus fuit Cain, sed Abelis munera placuerunt: Primogenitus Esau; sed benedictionem Patris Iacob supplantator præripuit: Primogenitus Rubens; sed benedictio seminis Christi transfertur ad Iudam. Addit Theodor. *quæst. 108.* Ipsi Japhet antepositus est Sem minor: Moyse præpositus est Aron: David septem fratribus.

1596
Terrena
dignitas
non memoratur
in cælo.

Cur ergo Ioannes *Apoc. 7.* audivit signatos ex tribu Manasses; non ex tribu Ephraim de qua nulla mentio? Ut noscamus nomen illustre, quod celebratur in terra, non nunquam subtriceri, aut non reperiri apud cœlites. Vel non ex sola opinione, aut dignitate terrena, stabiliri sedes in cælo.

1597
Vnus improbus
tam serpē
inquinat.

Vel dic: non reperiri signatos in cælo ex tribu Ephraim; quia ex illa natus est Jeroboan, de quo sæpe in sacra pagina dicitur: *Qui peccare fecit Israel.* Et certe hoc Monstrum, ut loquitur Pererius, infamem reddidit tribum suam, ita ut ob idololatriam, & alia scelera censerint viri sancti tacuisse Ioannem nomen huius tribus, cum prædestinatos commemorat, quos ex omnibus tribus in cælo coniunctos vidit.

1598
Patientia.
Conformitas
cum Deo.

Cur ex tribu Manasses reperiuntur, & nominantur signati in cælo? Quia Manasses patienter tulit, nec conquestus de Avo fuit, quod sibi antetulerit minorem fratrem; sed contentus sua benedictione, & fortuna tacuit, & quievit, nec fratri insidias paravit, aut invidit; credens à Deo ita disponi, qui operabatur, & loquebatur in Avo. Hæc patientia cum conformitate coniuncta sedē illi, & nomen aptavit in cælo.

Vers. XV. BENEDIXITQUE JACOB FILIJS IOSEPH,
& ait: Deus, in cuius conspectu ambulaverunt Patres
mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me
ab adolescentia mea usque in
presentem diem;

Vers.

Vers. XVI. ANGELVS, QVI ERVIT ME DE CVN-
ctis malis, benedicat pueris istis; & invocetur super eos
nomen meum, nomina quoque Patrum meorum
Abraham, & Isaac, & crescant in multitu-
dinem super terram.

VERSIONES.

SEp. *Deus cui placuerunt Patres mei, Deus qui nutrit me à
iuventute mea vsque in diem hanc.*

Cald. *Deus, in cuius conspectu seruiuerunt patres mei, Deus qui
pavit me à nativitate mea.*

Onk. *Dominus meus, qui pavit me ex quo sum.*

Pag. *Et benedixit ipsi Ioseph, & ait, Deus qui pascit me in
tempore præcedenti vsque ad diem hanc. Angelus, qui rede-
mit nos ab omni malo, benedicat pueris, & instar piscium
sint in multitudinem in medio terræ.*

Cur *Benedixit Iacob filijs Ioseph?* Scilicet cancellatis in
formam crucis brachijs; quia, vt ait Rupertus, sciebat Iacob
quod per crucem componenda erat benedictio. Ita ille. Vn-
de nulla est benedictio, nullaque mysteriorum, & sacramen-
torum collatio, nulla patratio miraculorum, quæ sine cru-
cis adhibitione, munimine, & ominatione conferatur.

Cur *Deus in cuius conspectu ambulaverunt Patres mei.*

Quia merita advocat illorum, qui in conspectu Dei ambula-
verunt. Maxima, eaque pretiosa, solent esse merita illorum,
qui suos dies in presentia Dei duxerunt; Deum sibi in suis ope-
ribus adstantem adspicientes. Vt asuescas cum magno tui,
& aliorum lucro divinum numen ante te præfens semper
habere, & ante eum assidue ambulare, memor illius dicti
ad Abraham. Gen. 17. 1. *Ambula coram me, & esto perfectus.*

Sed quid est ambulare in conspectu Dei? Dionis. Carth.
Sic locum explicat: In cuius presentia timorate, iusteque, &
religiose vixerunt. Præfius definit Abul. per hæc: Ambulare
in conspectu alicuius est, ad voluntatem eius cuncta facere.
Ita ille. Sequitur enim frequenter presentiam Dei eius se
conformare voluntati, & ad nutum Dei omnia exequi.

1599
Crux in-
strumentū
miraculo-
rum.

1600
Præsentia
Dei mag-
na largitur
merita.

1601
Ambulare
in præsen-
tia Dei
quid,

1602
 Conserva-
 tio magnū
 beneficiū.

Cur *Deus qui pascit me à iuventute mea*? Cur non ait: *Deus qui apparuit mihi in Luza*? Quia maius beneficium credidit assidue à sua natiuitate nutriri, & conservari, quam transeunte Dei visione perfrui; hæc momento transit: conservatio à conceptu incepta per continuatæ nutritionis subsidium vsque ad longævam senectam perduravit. Vide quantum valeat perenne subsidium, quantique sit beneficium conservationis.

1603
 Euchari-
 stia.

Qui pascit me: pane, & cibo materiali ad temporalem vitam conservandam maximum iudicavit Iacob beneficium: Quale erit pane spiritualis alimonix, & cibo Eucharistici epuli, qui vitam æternæ felicitatis cœlestem assequitur, frequenter nutriri.

1604
 Angeli di-
 gnitas.

Cur, & *Angelus*? Carthus. insinuat per hunc Angelum intelligi posse verbum æternum; filium Dei vnigenitum, qui à Prophetis vocatur magni consilij Angelus, præsertim cum Pag. ex hebræo legat: *Angelus, qui redemit me*. Ea est Angeli dignitas, vt ipse filius Dei Angelum nuncupari non reuatur.

1605
 Angelus
 custos.

Cur *qui eripuit me de cunctis malis*? Quia ex hac additione conijcit Oleast. Hunc Angelum fuisse sui custodem, & quemcumque suum habere ad defensionem, & tutamen. Sic ait: Non incongrue ex hoc loco haberi posset, quemque hominum suum Angelum habere custodem, qui eum à malis eruat, & ad bonum provocet. Ita ille. A Deo igitur, vt à prima causa, & ab Angelo tamquam à secunda sanctus tenex benedictionem ad nepotes postulat. Sic etiam Tobias filio deprecatur: *Angelus eius comitetur vobiscum*.

1606
 Angeli cu-
 stodes
 alios pro-
 tegunt.

Cur *Angelus qui eripuit me de cunctis malis*? Cur Angelos nepotum custodes non invocat? Quia ab istis tuitionem, tamquam sibi specialiter commissam, certam habebat; à suo etiam Angelo protectionem erga suos implorabat. Vnde subsidium nostrorum Angelorum pro alijs subrogare fas est, quod vt nobis, sibi amicis, complaceant, facile pro illis assequemur.

1607
 Angeli cu-
 stodes om-
 nia mala
 repellunt.

Cur *qui eripuit me de cunctis malis*? Quia non solum hoc, aut illud determinate malum intendunt Angeli custodes à nobis repellere; sed cuncta: tum bonis spiritualibus, tum temporalibus averfantia nituntur amovere. Vnde ad quod-

vis imminens periculum promptissimum erit, si invocetur Sancti Angeli patrocinium. Hinc hortatur S. Bernar. in Ps. 90. Quoties ergo gravissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, invoca custodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione, &c.

Cur *benedicat pueris istis*? Cur scilicet ab Angelo benedictionem emendicat, quam postulat, & expectat provenire à Deo? Quia Deus est qui benedicere decernit, Angelus autem qui tamquam minister benedictionem exequitur. Bona enim, quæ erga nos communicantur à Deo, medio Angelorum ministerio conferuntur.

Cur non memorat Iacob obsequia Deo præstita, ut, votum suum, tot à se altaria erecta, totque sacrificia illibata, tot labores patienter toleratos? Quia plus fidit de divina clementia, & largitate, quam de meritis à se contractis, hæc enim iustis exigua, & nullius præmij digna videntur.

Vers. XVII. VIDENS AVTEM IOSEPH QVOD POSSUISSET PATER SUUS DEXTERAM MANUM SUPER CAPUT EPHRAIM, GRAVITER ACCEPTIT: & APPREHENSAM MANUM PATRIS LEVARE CONATUS EST DE CAPITE EPHRAIM, & TRANSFERRE SUPER CAPUT MANASSE.

Vers. XVIII. DIXITQUE AD PATREM: NON ITA CONVENIT, PATER: QUIA HIC EST PRIMOGENITUS, PONE DEXTERAM TUAM SUPER CAPUT EIVS.

VERSIONES.

SEp. *Grave visum est, non ita Pater.*
 Scald. *Displicuit in oculis suis. Non ita decet, hic enim est primitivus.*

Arias. *Malum fuit in oculis eius, & sustentavit manum patris sui.*

Cur *Videns Ioseph, &c.* Scilicet tunc vidit, cum data est benedictio: Viderat ante, nec ante conatus est emendare, & prævenire; nam quæ nobis averfa prævidemus, pigritamus, nec vitare satagimus, quo usque de re actum sit, & quæ no-

1608
 Angeli ministri benedictionum

1610
 Clementia Dei nostris meritis præstat.

1611
 Mala minantia præcavenda,

lumus ob omiffam in refiftendo curam miserabiliter experimur. Qui vitam vitiofam degit, æternos fibi minantes ignes prævidet, nec curat extinguere, quoufque tandem flammæ fempiternas patiatur.

1612 *Correftio non adhibenda corrigendo à fe.* Credidit deinde Ioseph Patrem animadverfurum, & fua fponde ab incepto recessurum. Negari enim benedictionem Primogenito à iusto, & prudente fenè non speravit. Prudenter ages, si animadverfionem, & correftionem omittas, eorum, quos vides à fe ipsis sine strepitu redargutionis corrigi, & emendari.

1613 *Primogeniti diliguntur à patribus.* Cur *levare conatus est de capite Ephraim*? Quia maior natu erat Manaffes. Vt inde conijcias, quo affectu Parentes ferantur in filios natu maiores, procurantes hos præ alijs honoribus, & divitijs cumulare; cum sæpe indigniores, & inutiliores sint, longeque inferiores in dotibus. Ioseph excellentior fuit inter fratres maiores natu: Ephraim illustrior Manaffes.

1614 *Pater ad monendus non reprehendus.* Cur *non ita convenit Pater*? Quia licet graviter acceperit, non tamen graviter in Patrem insurgit; sed reverenter animadvertit; non ita convenire, rationem maioritatis exponens. Sic enim Parentes, & Maiores à filijs animadvertendi sunt, vt correftio humilis admonitio potius, quam severa reprehensio videatur.

1615 *Vidua, & pupili defendendi.* Cur *ita conatur manum patris à capite Ephraim retrahere*? Quia cogitabat iniuriam Primogenito fieri, quam vitare satagebat. Genus magnæ charitatis est minores, pupillos, & viduas, quæ ad sui defensionem vim non habent, ita protegere, vt nulla illis iniuria conferatur. Favet Lipp. iniuriam, vt videbatur primogenito illatam impedire, manusque senis commutare tentabat.

1616 *Providentia error cogitatur.* Cur *pone dexteram, &c.* Quia errorem cogitabat Ioseph in Parente, nesciens mysterium ipsi revelatum. Sic Lipp. Ioseph ignarus providentiæ Dei errorem, quem putabat, cupiens corrigere, &c. Ita ille. Errorem enim cogitamus, quod sæpe divinæ providentiæ Sacramentum est, eo quod ignoremus.

Cur causam istius manuum translationis sibi cognitam non manifestat Iacob filio dilecto, prudenti, & totius Ægypti

ti Præfecto, ne saltem ille gravaretur, aut quereretur? Ne domum Dei aperiret, & se de dono Prophetiæ iactaret. Maluit Jacob se exponere iudicio hominum, & fortasse argui de errore, quam humilitatis silentium violare. Quæritur an erraverit Ioseph volens præferre Manassem? Afirmat S. Ambrosius, *lib. 2. de Jacob*, dicens: Erravit ipse Ioseph cum ad dexteram eius (id est Patris) applicuisset filium suum senio- rem. Adeo Jacob, licet impedito corporis aspectu, melius videbat, vt videntem doceret errasse. Ita S. Ambr. Erravit ergo Ioseph; quia ductus affectu voluntatis; non instructus lumine intellectus attendit ad aetatem non ad merita. In- culpabilis tamen censetur hic error.

1617
Dona Dei
celanda.

1617
Intellectus
consulen-
dus non
voluntas.

Vers. XIX. QVI RENVENS, AIT: SCIO FILI MI,
scio: & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur:
sed frater eius minor, maior erit illo: &
semen illius crescet in gentes.

Vers. XX. BENEDIXITQUE EIS IN TEMPORE
illo, dicens: In te benedicetur Israel, atque dicetur: Fa-
ciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse.
Constituitque Ephraim ante Manassem.

V E R S I O N E S.

S Ep. *Et semen eius erit in multitudinem gentium.*

Cald. *Et noluit Pater suus, & ait: scio fili mi, scio, ipse quippe erit in populum, & etiam ipse multiplicabitur, sed frater eius iunior multiplicabitur magis quam ille, & filij eius dominantes erunt in populis.*

Onk. *Potentes erunt in populis.*

Pag. *Profecto frater eius minor crescet magis, & semen eius erit plenitudo gentium. Benedixitque eos in illa die, dicen- do: in te benedicet Israel dicendo: ponat te sicut Ephraim, & Manassen.*

Cur qui renuens? Quia à divina voluntate, etiam inter- positus Iosephi filij carissimi, & totius Egypti Præsidis roga- tionibus, omnino restitit, & fortiter reculavit. Nullæ re de- bent Potentium interpositiones cogere, vt ab imperio, &

1618
Intercessio
nes poten-
tium ne re-
trahant à
iustitia.

nutu divinæ voluntatis recedas: neque quod inconueniens manifeste iudicas, exequi patiaris.

1619
Propensio
ad iniusta
non indu-
cat.

Cur *scio fili mi, scio*? Rationem scientiæ, quam habet de eo quod ita conueniens sit repetit; quin aperiat, à quo id illi communicatum sit: vt certum redat filium, se, non ex errore, aut naturali aliqua propensione, Ephraim præferat Manasse. Scientiam exposuit; mysterium occultavit.

1620
Prophetia
Jacob im-
pleta.

Cur *iste erit in populos*? Vt quiesceret Ioseph, nec rursus insisteret, denotans sibi aliquid communicatum; quod illi notum non erat. Quod autem annuntiavit Iacob impletum est cum Jeroboan de tribu Ephraim constitutus fuit Rex super decem tribus; Manasse autem vnica tribus remansit, eaque trans, & citra Jordanem diuisa.

1621
Filius ad
moneat nō
violenter
extorq̄at.

Cur Ioseph adhuc non insistit in favorem Primogeniti sui? Quia licet Parentibus humiliter, si quid notæ dignum est, advertere, non autem superbe contraire. Respectus enim maioribus debitus non permittit illis ita auersari, vt violentè à suis resolutionibus desistant.

1622
Fortuna
nostra con-
tēti sumus.

Conticuit ergo Ioseph assentitus dispositioni paternæ; conticuit, & Manasses, nec questus de Avo fuit, de eo quod sibi fratrem minorem prætulit; sed, sua contentus benedictione, & fortuna, quieuit, credens à Deo ita disponi, qui operabatur, & loquebatur in Avo.

1623
Benedictio
filiorū pa-
rentes trāl-
cendit.

Cur *benedixit eis in tempore illo*? Id est omnibus benedictionem impartitus est, tum etiam filio, qui ita se dictamini patris subiecit. Sed ea præcipue benedictio Ioseph, quod in filiis totus Israeliticus populus benedicere-tur; vel quasi dicat: totus Israel benedicet te in tua progenie, & generatione, ita vt ab omnibus benedicaris.

1624
Mortis me-
moria con-
stantiam
inlerit.

Vnde in tanta in sene constantia, vt nec deprecante; imo, & conante filio, ab incepto non desistat? Præsentem voluebat in mente diem discessus sui; nam illico testatus est: *En ego morior*. Constantiam siquidem in bono inlerit imminētis mortis iugis memoria.

Vers. XXI. ET AIT AD IOSEPH FILIVM SVVM;

En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.

Vers.

Vers. XXI. DO TIBI PARTEM VNAM EXTRA fratres tuos, quantum de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.

VERSIONES.

Sep. Ecce ego do tibi Sichimam præcipuam, quam cepi de manu Amorrhæorum in gladio, & arcu.

Cald. Ecce ego morior, & erit Verbum Domini in adiutorium vestrum, & reducat vos in terram patrum vestrorum. Do tibi partem præcipuam vnâ super fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi oratione meâ, & deprecatione meâ.

Vulg. Antiq. Dedi tibi portionem vnâ ultra fratres tuos.

Cur *En ego morior?* Vt persuadeat Iosepho, se, in elargiendis benedictionibus; & in præferendo Ephraim fratri maiori iuste processisse, & extra ullam passionem, aut animi inclinationem. Incredibile siquidem est instante morte, mortisque recordatione iniuste agere, & illicita profèqui. Imo tunc quisque irreçte facti maxime pœnitet, velletque totum vitæ cursum sanctissime persolvissè. Exequamur ergo nunc, quod tunc exequutum voluerimus in opere.

Cur *Erit Deus vobiscum?* Vt securi de assistentia Dei, non nimis in eius discessu anxij torquerentur. Sic loquitur S. Chrisost. Prædicat eis suam mortem, & quod redituri sunt in terram Chanaan, bonam eis spem auget, ita, vt expectatione allevientur, nam spes bona huius vitæ labores imminuit.

Cur *Do tibi partem vnâ?* Muneratur filium, quem solari contendit, afflictum forte pro eo quod ei Pater, quod petierat, denegarat. Supplet dulcedine doni, vt leniat amaritudinem ex negatione concepam. Acerbe enim animum supplicantis excruciat rei petitiæ negatio. Videant superiores severi, & truci quali cum rubore, & cruciatu denegent miseris sibi subiectis, quod sine inconveniente concedere possunt.

Cur *extra fratres tuos?* Vt testetur amorem specialem, quem, præ alijs fratribus, habebat erga Ioseph. Nam manus

1625
Morte bene operari vellemus.

1626
Orbati ad est Deus.

Spes solatur.

1627
Negatio rei petitiæ torquet potentem.

1628 exhibentis testimonium amantis est. Non indigebat Ioseph;
Munera tanta Prælaturæ dignitate donatus, parte illa prædij in terra
amorem longinqua. At opus erat Parenti amorem suum testari, plus
testantur, illi largiendo, quem plus diligebat.

1629 Cur in bonis Iosephum distinguit, & auget? Quia dig-
nior censetur, eo quod Patrem, fratresque tempore fa-
Contang. i mis abundantissime nutrierit. Pensari certe debuit subven-
neorū sub- tio ista ex pietate erga consanguineos longe disitis, & ali-
uentio gra- cubi demorantibus. Ideoque Lyranus, ex ore Iacob, sic ait:
tuticanda. Tu me, & fratres tuos tempore famis sublevasti, & me de-
ferendum ad sepulchrum fratrum meorum promisisti, & ideo
terram Sichem speciali munere do tibi.

1630 Iosephum inde distinguit, & auget bonis, scilicet, à se
Patri licet, acquisitis, & propria pecunia emptis. Vnde, ait Oleaster:
plus dare Discunt hic Iurisconsulti licere Patri de bonis suis plus vni
vni filiorū filiorum quam alteri conferre, maxime de bonis castrensibus.

1631 Quæritur quænam fuerit hæc pars data Iosepho? Ex trans-
lus non ac- latione Sep. Videtur fuisse urbem Sichem, quam per arma
quiritur filiorum suorum in ultionem stupri Dinæ occisis Sichimis
per illicita acquisierat. Sic sentit cum alijs Euseb. apud Lipp. & S. Chri-
stost. *Hom. 67. in Gen.* Sed testatus est Iacob facinus illud
fuisse iniquissimum, & iniustum, per quod nequit adquiri
ius possessionis.

1632 At permisso quod Sichem fuerit, quæ data est Iosepho;
cur viro castissimo data est vrbs vbi debacchata luxuria est?
Princeps Vt eius cura puris actionibus intenta illarum gentium turpi-
virtuosus tudinem ita emendaret, vt castitas ibi floreret. Pulchre D.
virrutes in Euch. Vt vbi habitata res ante luxuriæ, & Principes lasciviæ
ferit. versabantur; vbi fuerant incitamenta libidinis, ibi nunc San-
cti Sacerdotes magisteria doceant castitatis, & plurima vir-
ginitatis, & integritatis exempla.

1633 Andreas Malsius cum Cornelio sentit: partem illam
fuisse agrum emptum pecunia ab Hemor. cap. 33. 39. quem
Scriptura occuparunt Amorrhæi postquam discessit Iacob timens
non omnia Chananeos ob stragem à filijs factam, quem rediens vi, &
notat. armis recuperavit, & licet relatum non sit, non obstat,
nam non omnia, quæ gesta sunt à Iacob, scripta sunt.

Pererius vult partem illam fuisse, quem multos ante an-

nos regressus ex Mesopotamia, & habitans iuxta Sichem emerat à filijs Hemor centum agnis, vt dicitur cap. 37. Hunc agrum sive fundum esse à Iacob datum Ioseph aperte indicat S. Ioan. cap. 4. dicens: *Venit Iesus in Civitatem Samaria, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob filio suo: Erat ibi fons Iacob.* Et paulo infra Samaritana dixit Domino: *Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?*

Cur ergo dicitur: *Quam tuli in arcu, & gladio:* Id est vi, & armis, cum Iacob nullum bellum gesserit, fueritque semper pacificus? Si teneamus bellum filiorum fuisse iustum adversus Sichimitas; quia tantam priores iniuriam fecerant in contaminanda filia Dina, recte dicitur adquisisse Sichem vi, & armis.

Sunt qui dicant, quod timens Iacob ne invaderetur à Sichimis, ob stragem factam à filijs, cruentissime vulneratis, se armis ad sui suorumque defensionem commisisse, quod præscientes hostes ab invasione destiterunt. Vnde dici potest, sic conservando partem illam adquisisse.

Si Masum sequaris dicentem agrum illum emptum pecunijs, recte concludes arcu, & gladio retentum. Pecuniæ quidem fortissima arma sunt ad recuperanda erepta, ad vincendas inimicorum insidias, & ad debellandos fortissimos. Vnde tritum illud: *Argenteis pugna hastis, & omnia vinces.*

Misit Christus Dominus Discipulos ad prædicandum; sed sine auro, argento, &c. Vt arma validissima eriperet, quibus possent iniurias illatas vindicare. Sic expresse Lipp. dicens: *Misit illos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga, vt incentiva livoris, & instrumenta eriperet ultionis.* Ita ille. Si quidem nihil pecunia tutius hominem armat; Nihil violentius hostem vulnerat; Nihil dexterius pugnat, & vincit.

S. Hieron. in *Quest. Hebraic.* Arcum hic, & gladium vocat iustitiam, per quam meruit peregrinus, & advena, interfecto Sichem, & Hermon de periculo liberari. Iustus enim, & innocens sua, & innocentia, & iustitia, quæ arma fortissima sunt, ab insidijs inimicorum tutissime defenduntur, pugnante Deo in favorem iustitiæ, & innocentia. Ca-

1634
Sichem idè
ac Sichar.

1635
Bellum iu-
stum, dat
ius.

1636
Defensio
quasi victo-
ria est.

1637
Pecuniæ
sunt arma
fortissima.

1638
Pecunia
armat, &
munit.

Vindicatio

1639
Iustitia, &
innocentia
te defendunt

tēna Græca sic scribit : Totum hoc referunt plures ad historiam, quod cum ex eo facinore timeret Iacob à finitimis, ad miniculo Dei ereptus est, qui terrorem barbaris incussit. Vide quomodo Deus iustitiam vindicet, & innocentiam.

T640
Orationes
arma sunt
validissi-
ma.

Iuxta Caldeam versionem, per arcum, & gladium intelligi veniunt orationes, & deprecationes, quæ certe sunt validissima, & fortissima iustorum arma, quibus hostes visibiles, & invisibiles debellantur. His enim S. Patriarcha victor evasit; & partem istam tulit de manu Amorrhæi.

T641
Saul ora-
tione pug-
nat, & vin-
cit.

Saul debellaturus Philistæos, cum oratione ieiunium militibus indixit, clamans : 1. Reg. 14. 24. *Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam.* Sed Rex fortissime, bellatores potius frangit, & enervas. Nihilominus plus oratione, & ieiunio ad vincendum confidebat, quam viribus, & armis. Vnde S. Ambros. *Ser. 5. post 1. Dom. Quadrag.* ait: Bonus sane Rex, qui hostes suos non tantum armis; sed devotione vincebat, & plus dimicabat devotione, quam telis.

T642
Acquisita
labore pre-
tiosiora sūt

Cur levis hæc pars Iosepho conceditur? Quia apud Iacob pretiosior habebatur, quæ, teste S. Hier. pecunia, id est, multo labore, & sudore acquisivit. Quæ hæreditantur, vix pretio habentur, & cito prodigalitate effunduntur, quæ sudore comparantur tamquam pretiosiora servantur. Videas non raro Hæredes totam substantiam acceptam dissolvere, qui labore acquirit, diu custodit, & caute servat.

Hæres dis-
cipat,

INTERROGATIONES

E T

RESPONSIONES

IN LIBRUM GENESEOS,

CAP. II. VERS. I.

VOCAVIT AUTEM IACOB FILIOS SVOS, ET AIT
eis: congregamini, vt annunciem quæ ventura
sunt vobis in diebus novissimis.

*Verf. II. CONGREGAMINI, ET AUDITE FILIJ
Iacob, audite Israel Patrem vestrum.*

V E R S I O N E S.

Sep. *Congregate vos, & annuntiabo vobis quod eventurum
est in extremis diebus.*

Cald. *Congregamini, & audite filij Iacob, & suscipite doctrinam
de Israel patre vestro.*

Cur vocavit Iacob filios suos? Quia mos fuit priscis Patri-
bus veteris testamenti, imminente morte vocare filios, po-
steros, & amicos, eosque quorum curam gerebant suprema
verba loqui, ventura prænuñciare, ac salutaria præcepta, ac
documenta tradere, eisque benedictionibus impertiri.

Cur vocantur posteri imminente iam morte; quia ad
conspectum morientis efficacius monita inseruntur, & ad-
mittuntur. Tum etiam quia documenta, quæ tunc consilian-
tur, magis infiguntur animis teneritudine dispositis, magis-
que ad instructionem, & observantiam profunt.

Tum etiam quia in agone præcissa sæculi caligine soli-
diora monita, & veriora verba, nullo habitu mundi respec-
tu, pronunciantur. Vnde vetus fuit apud quosdam opinio,
animam scilicet hominum, tempore mortis fieri divinatri-
cem (futile antiquorum commentum) Quod si aliquibus
quædam prænuñciata verificari contingat, id, ad pruden-
tiam, seu longam humanarum rerum experientiam, & ob-
servationem, & quandoque in quibusdam dono Prophetiæ
pollentibus, divino afflatui referri convenit.

Cur ergo Iacob benedicturus in morte filios, potius in-
faustis prædictionibus maledicit plerosque? Benedicere in-
tendebat omnes; sed recensitis demeritis coactus est male-
dictionis fulgura iaculare. Sic Iudex ille vivorum, & mor-
tuorum, in supremo die, vellet omnes ad se trahere benedi-
ctos; sed criminum obscenitate turpes, & corruptis mori-

bus

1643

Morte po-
steri mo-
nendi.

1644

Morientis
salubria
monita.

1645

Morte ve-
riora pro-
muntur.

1646

Iudicio su-
premo coa-
cta maledi-
ctio.

bus depravatos, cogitur à se reijcere maledictos, æternis flammis torquendos ergastuli.

1647
Præsentia
Dei vera
infricit.

Cur audite Filij Iacob, audite Israel Patrem vestrum? Cur non declamat Abrahamæ triumphos; non Isaacis opes: non suas oves, & facta; non visas scalas: non erectum saxum: non luctã cum Deo? Ne ab assueta sibi modestia resiliret. Insuper satis erat, vt sibi fides daretur, dicere se Patrem eorum, qui proficua, & vtiliora consuleret; & Israel tamquam anuntians videns Deum. In conspectu Dei nemo timoratus vana loquitur, aut falsa prænunciat.

1648
Concordia
fratrum.

Cur repetit congregamini? Quia id maxime in filijs exoptabat Iacob; idque magis commeudatum relinquere conabatur, vt ipso deficiente, non deficeret fraternalis amor; sed vt congregati, & vinculis pacis, & concordie viverent constricti. Turpissimum quidem est fratres seminatis inter se discordijs separari, & ad invicem disiungi. Quid erit oppugnari? Illud enim Christus discessurus discipulis commendavit dicens: *Hoc est præceptum meum vt diligatis invicem.* Ioann. 15. 12.

1649
Testamētū
ante infrimitatem.

Cur Iacob moriturus filijs non indixit qualiter de ovibus, armentis, cæterisque bonis inter eos disposuerat? Quia bono vsus consilio, iam ante testamentum cõsiderat, vt solum tunc maneret animæ, & spiritualium rerum cura: filiosque congregaret, non ad distribuendam hereditatem; sed ad suprema, eaque valde salutaria documenta traderet. Id cum sapientissimo Salomone moriturus David egit. 3. Reg. 2. 3. Id Tobias cum filio. Tob. 14. 21.

1650
Crimina
tradenda
ad emendationem.

Cur Iacob in agone non solat filios afflictos, imo plus angit exprimendo ad faciem eorum delicta? Vt eos tunc efficacius monendo, exprimendoque illorum enormitatem criminum rescipiscerent. Sic Christus Dominus discessurus è mundo discipulos, ob eius absentiam anxios, vehementius commonuit, & *exprobrauit incredulitatem eorum*, &c. Marc. 18. 14.

Vers. II. R V B E N PRIMOGENITVS MEVS, TV
fortitudo mea, & principium doloris mei: prior
in donis, maior in imperio.

Vers.

Vers. IV. EFFVSVS ES SICVT AQVA, NON CRES-
cas : quia ascendisti cubile patris tui, &
maculasti stratum eius.

VERSIONES.

SEp. Principium filiorum meorum, durus ad ferendum, & du-
rus pervicax. Fecisti contumeliam, sicut aqua non efferves-
cas, ascendisti super cubile patris tui, tunc violasti stratum
quo ascendisti.

Cald. Tu robur meum, & principium fortitudinis meæ, tu ac-
cepturus eras partes tres, primogenituram, scilicet, Sacerdo-
tium, & Regnum; sed quia secutus es voluntatem tuam, si-
cut aqua effusa, non proficies, nec accipies portionem super
excrescentem, quoniam ascendisti cubile Patris tui, tunc fili mi
violasti quando ascendisti stratum meum.

Onk. Te decebat vt acciperes partes; sed quia abisti secundum
iram tuam, ecce sicut aqua non profuisti, partem priorem
non accipies.

Pag. Tu principium roboris mei, excellentia, dignitas, & excel-
lentia fortis. Levis sicut aqua non habebis excellentiam; quia
ascendisti cubile patris tui.

Oleast. Tu virtus, seu viror meus; principium roboris mei, resi-
duum elevatum, & residuum forte.

Alij teste Vatab. Tu virtus mea, & principium seminis mei,
non super exaltaberis.

Arias: Festinatio sine aqua, ne fias excellens, quia ascendisti ca-
bilia patris tui.

Vulgat. Antiq. Levitas fuit tibi instar aquæ, non excellens ex
quo polluisti stratum meum evanuit.

Aliqui: Non eris abundantior.

Tatg. Ieros. Principium sollicitudinis.

Cur Rubem primogenitus meus? Quia præponit in primis
præclara illa, & illustra primogenituræ iura, & ornamenta,
quæ Rubeno maximo natu debebantur, vt videat, doleat,
que omnia illa per peccatum amisisse. Ponderet illustra illa
gratiæ ornamenta, & opulentissimam gloriæ hæreditatem,
quam

1651

Peccator
ponderet
quantum bo-
ni amittit.

quam amittit, vt se à peccatis contineat, & de commissis ita doleat, vt, quæ perdidit recuperet.

1652
Peccator
multa amittit.

Sed quid peccando perdidit Ruben? Omnia illa quæ recensentur tom. 4. n. 17, 1. & seq. Tria hic memorat Cald. dicens: *Primogenituram scilicet, Sacerdotium, & Regnum.* Translata enim fuit hæreditas per duplam portionem Iosepho: in Iudam Regnum Iudæ: & in Levi Sacerdocium.

1653
Valentina
lex.

Cur Hæreditatem amisit? Quia indignus omnino est hæreditate patris, qui honorem illi debitum denegavit. Æquissima proinde lex municipalis valentinorum statuta, vt posset Pater quemquam ex filijs exhæreditare, & quem vellet hæredem constituere.

1654
Sacerdos
caustus sit.

Cur Sacerdotium perdidit? Quia repugnat sacrificijs adstare, & passionibus, luxuriæ præcipue, subijci. Quod si holocausta animalium non licet tractare impudicitij carnis involuto, quam magis indignum; quamque horrendum erit foedissimis turpitudinis nevis maculatum Ostiam Eucharistici panis consecrare.

1655
Gubernare
nequit
libidinosus

Cur etiam Regnum, & Dominium in Fratres? Quia regnare nequit, cui effrænata luxuriæ passiones dominantur. Libido enim mentem excoecat. Qualiter cæcus, & amens habenas diriget regiminis. Insuper luxuriosus mancipium fit suæ carnis, cui servit, & cuius desideria complet, catenis tam impiæ servitutis irretito gubernare licebit?

1657
Primogeniti
exemplo
sunt.

Cur *tu fortitudo mea*? Scilicet, vt plerique interpretantur, quem ego validus corpore, & ætate genui. Seu, vt ait Lyra. *Tu fortitudo mea* quantum ad bonum virtutis, & gratiæ, quæ in te deberet fortius relucere. Ita ille. Etenim sperabat Pater primogenitum, sicut ætate, ita fortitudine, & exemplo cæteris præire. Vel quia, vt ait Caiet. prima conditio Primogeniti est pugnare pro patre.

1658
Filij anxie
tates pariunt.

Cur *Principium doloris mei*? Quia filij multas curas, & sollicitudines genitoribus pariunt, vt eos educant, & copiosam telinquant hæreditatem, Ruben primus fuit; qui hanc anxietatem, & dolorem incussit parenti. Vel quia nato Ruben nata est domi invidia Rachel in Liam; & huius insultatio in Rachel, ob istius infœcunditatem. Vnde principium doloris, qui ortus fuit ex litibus, & convitijs, quæ inter fo-

minas iuxta earum genium accidere solent.

Vel quia prior Ruben, nullo habitu ad paternos lares respectu, stractum patris construpavit. Hic primus dolor est, & principium dolorum cum à procis domesticis domesticæ tutæ non sint, & à quibus earum decus defendi debet, ab ijs turpiter opprimantur.

Cur *Principium doloris mei*; non ne multos prius dolores perpeffus fuerat Iacob: tum ex invidia fratris: tum ex Labani insectatione: tum ex notitia mortis Ioseph: tum ex irruptione facta à filijs contra Sichimitas? Ita, sed dolores reliqui versabantur circa vitam, fortunas, familiam, &c. Dolor iste vulnerabat honorem, & reverentiam Patri debitam. Certe, si non tempore, prior dolor fuit sensu, qui intima cordis præcordia dilaniavit.

Cur ab incestuoso Ruben exorditur Iacob suas prædictiones? Quia maioritas ætatis semper præferenda est, senilis etiam in indigno canities honoranda. Primas sibi ætas ubique gentium vendicavit. Licet Manasses postpositus fuerit à Iacob, tamen in sacris literis fratri anteponitur. Sic Num. 26. 28. *Filij Ioseph.. Manasse, & Ephraim.* Pl. 59. 9. *Meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei.* quod repetitur Pl. 107. 9. & Usaias 9. 20. *Manasses, & Ephraim.* Ita est, ait Lyran. ætati deferendum.

Cur *effusus es sicut aqua*? Quia aqua cum labitur impotens fit superius reverti. Sic incestuosus ad pristinum honorem ascendere non valet. Per lapsum carnis cecidisti; contractas fordes per pœnitentiam lavare poteris: ad pristinum splendorem, quo sicut lilium florebas, revertere, non poteris. Ideo leg. Pag. *Non habebis excellentiam;* & alij *Non superexaltaberis*, nam integritas corruptæ castimonie reparari non potest, ita vt rursus vernet, & floreat.

Deinde: quia aqua semel corrupta, quæ integrari non potest, ad nullos usus proficit; sic luxuriosus impudicitij irretitus ita excæcatur, vt nec alijs, nec sibi utilis sit. Aqua si semel sordeat fordes non tergit; sed auget: non lavat maculas; sed maculat; sic impudicus impudicos facit, quos tractat. Aqua semel corrupta, vel quod exhalat infestat; luxuriosus quid procacibus verbis exhalat lacescit, & provocat. Ita fit

1659

Fœminæ à domesticis custodiantur.

1660

Honor vulneratus asfligit nimis

1661

Ætas maior præferenda.

1662

Luxuriosus difficile reparatur.

1663

Libidinosus iuutilis ad omnia.

abhorrendus, qui petulantia libidinis labitur sicut aqua.

1664
Libido om-
niadestruit

Effusus es sicut aqua: Quia sicut aqua cum diffunditur nihil residuum manet in vase, non color, non odor, non sapor; ita effusior libido mentem, iudicium, opes, famam, viresque profundit, virtutesque omnes vel destruit, vel enervat.

1665
Dignificari
crescere
est.

Cur non crescas? Quia crescere non meretur, qui impudicitij carnis involvitur. *Non crescas*: Ex eo tribus Ruben ex minimis fuit. Deuter. 33. 6. Vel *non crescas* habens in reliquis tribus imperium, quod sane tibi debebatur. Vel *non crescas*; id est, non sublimeberis folio regio. Sublimari autem ad aliquam dignitatem crescere est.

1666
Peccator
timendus
ne maiora
committat

Non crescas: Id est, in scelere: Quia licet peccatum incestus gravissimum fuerit, timuit, ne crescendo in delictis maiora aggrediatur. Timendum siquidem est, ne atrociora committat, qui tantum ausus est, ut cubile patris non sit veritus temerandum.

1667
Paupertas
religiosa.

Humilitas
gloria.

Sed altiori sensu, suspicor voluisse Iacob per humiliationem à scelere mundatum filium ad maius imperium sublimare, & evangelicæ paupertatis splendore illustratum clarescere magis. Ergo quæ maledictio videtur, non modo benedictio est; sed summa benedictionum. Hanc ut assequeretur Ambrosius scortis se immiscuit, ne cresceret, honorum incrementa pertæsus: Iniquitatem, quam Ruben patravit arreptus à scelere, simulavit Ambrosius afflatus divinitate. Gregorius sub rupe delituit, ne cresceret. Fugit Paulinus in sylvas, ne cresceret. Insanum se finxit Franciscus, humi se abiciens, ne cresceret. Felix sane culpa Rubeni, qui decrescendo pro poena, ad dignitatem humiliationis ascendit pro gloria.

1668
Luxuriosus
tarde
emédatur.

Cur ascendisti cubile patris tui? Execrandum omnino facinus; sed cur non corripuit delatum Iacob, sicut statim corripuit Simonem, & Levi ob eadem Sichimorum? Quia emendationem, quam sperabat ab iracundis, & vindicantibus, non speravit ab incestuoso. Poeniteret ad faciem, & apparientiam; sed cito relabaretur in factum. Vix fidendum de poenitudine luxuriosi.

Digito scribebat in terra Iesus. Ioan. 8. 8. Et iterum se inclinans scribebat; sed quid? Resdet Hug. Cardin. Dicunt alij, quod

quod secundo scripsit poenitentiam mulieris, scilicet adulteræ. Ita ille. Ut designaret poenitentiam libidinosæ tantum duraturam quantum permanere poterat scriptura exarata in arena, quæ vestigijs transeuntium cito deletur, aut tenui aura statim confunditur.

Cur tam acriter punitur Ruben ob incestum, nullo sumpto supplicio de filijs Balæ, & Zelphæ pessimi criminis delatis à Ioseph? Quare in Rubeni crimen sævit Patriarcha; inquinatos perditissimo scelere abire permittit impunitos? Ruerat post sacrificium in delictum libidinis Ruben. Erexe- rat paulo ante Iacob *titulum lapideum libans super eum libamina, & fundens oleum.* cap. 35. 14. Ab ostijs ad libidinem: ab aris ad lupanar nemo transit impunitus. Fœdati sunt ancillarum filijs; sed inter greges, tolerari luxuriæ sordes ut cumque potuere; ab altari ad libidinem dissimulari non debuit, imo acriter puniri.

Deinde: mortua nuper ante oculos Rubeni, & sepulta Rachel. Qui tantæ mortis imagine, nec horrore sepulchri compunctus, nec tam pulcherrimæ foeminæ cineribus de- tentus insolenter debacchatus est, plenum ignominia flagitium effecit, ut tanti criminis reus acriter puniretur.

Insuper: peccarunt filij ancillarum impuberes, radicata pestis luxuriæ in ipsa pueritia est, & crevit cum ætate: Pecavit Ruben iam grandior, speravit Iacob emendari posse lasciviam peccantis adulti, ideoque arguit. Eradicari, qui in pubertate altis defixam fibris impudiciam animis inferuerant, & corde profundius infixerant, non credit.

Cur tantum in Ruben supplicium? Ascendit cubile Patris. Ita; sed Iosephum liberavit. Maculavit stratum; sed innocentem à manibus fratrum eripuit, quod totum gaudium Iacobo fuit, imo tota vita, dicenti: *Sufficit mihi si adhuc vivit Ioseph?* Nimirum ultimum scelus tanti meriti splendorem extinxit, adulteri meminit Iacob servatoris oblitus. Apud Principes levis macula multorum annorum merita extinguit. Præsens habent Reges crimen, ut puniant, Regna expugnata, labores exhalatos, vulnera in prælijs recepta, & effusum sanguinem obliviscuntur, ne parcant.

Cur tanto tempore dissimulante Iacob, nunc scelus

1669

Pœnitentia
luxuriosi
non durat.

1670

Luxurians
post facti-
ficium.Euchari-
stia puritas

1671

Cinere se-
pulchri nõ
correctus
inemenda-
bilis.

1672

Libido in
pueritia
initiata ra-
dicatur.

1673

Scelus vñũ
multa me-
rita sepelit

1674

Delicta in
parentes
tandem
puniuntur.

414

GENES. CAP. XXXIX. VERS. VSQ. IV.

ponderat, & castigat? Quia sciebat, quod delicta in parentes non manent impunita; maluit à se benigne corripere filium, quam ab alio crudeliter vulnerari. Clementius enim à Patre venit, quam à tortore, supplicium.

1675

Pater puniat, ne
tortor vuleret.

Disimulavit David incestum Amnon filij sui, sororem Thamarem opprimentis; quia ut ait textus 2. Reg. 13. 21. *Noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.* Abstinuit à reprehensione, & incidit in interitum Amnon; cruorem, quem pater corripiendo non suffudit, saviendo Absalon effudit in convivio; non punivit Pater clementer, crudeliter frater iugulavit.

1676

Libidines bene gestas corrumpit.

Cur ita spernitur Ruben, laudandus quidem ex pietate erga Ioseph? Ex modestia, cum natu maximus esset? Ex patientia, dum principatum familiæ in Judam sentit translatus? Vna libidinis intemperantia res bene gestas ita corrumpit, ut ipse non excreverit. Siquidem enervantur virtutes omnes, si vna desit pudicitia.

1677

Taciturna patientia strepit impatientis.

Cur in tam dura, tamque acerba verba prorumpit Iacob? Diu sustinuerat respicientiam expectans, qua iam desperata strepit tonans, & vibravit tandem maledictionis fulgura. Id minatur Deus in eum, quem peccantem videt, & tolerat. Sic enim per Jer. cap. 42. ait: *Tacui, & semper silui; patiens fui ut parturiens loquar dissipabo, & absorbebo simul.* Heu time longam Dei patientiam, quæ exasperabitur tandem, vivacius excandescet indignatio, & in offensorem voraces effundet iracundiæ.

1678

Princeps suos honorat.

Cur ergo Moyses benedicturus ante mortem populum, cum deventum est ad Ruben ait, Deuter. 33. 6. *Vivat Ruben, & non moriatur.* Commendat Princeps, quem reproavit Pater? Ita sane, quia Iacob homo privatus Moses Princeps, & dux populi. Pertinet ad Principem communem omnium patrem damna suis subditis à privatis minitantiâ integrare, eosque honestare, & honorare.

1679

Charitas fraterna.

Deinde: respexit Moyses pietatem Rubeni in Ioseph, in qua ita complacuit, ut immemor iniuriæ factæ Parenti, dignum illum benedictione iudicavit. Vna in fratrem charitas, quæ operit multitudinem peccatorum, diluit omnem turpitudinis maculam. Vide quantum profuit innocentia de-

fen-

fenfio, & fraterna charitas.

Benedixit in super Moyses maledictum à Patre: quia respicit, veramque post mortem Iacob poenitentiam egit, quia ita peccatum incestus deleuit, abluuitque, vt potuerit tantam benedictionem lucrari. Benedicitur à Deo qui de cœno vitiorum ad gratiæ decorem per poenitentiam revertitur. Vide quantum profint monita, & minantia verba Parentum, vt Ruben mouerint ad resipiscentiam, & ad emendationem vitæ antea actæ.

1680

Pœnitens
benedictio
nem affe-
quitur.

Correçtio
paterna,

Sed quæ est poenitentia quam fecit Ruben? Recensetur in Testamento Patriarcharum, cuius meminere Origines, & Procopius. Moriturus Ruben filios hortatur, vt abstineant à fornicatione, ob quam affectum se fatetur à Deo plaga magna. Addit tandem: Eram enim annorum 30. quando hoc feci malum coram Domino. Vide num. 205.

1681

Pœnitentia
Ruben,

Cur ergo si sic poenituit non crevit. Rubenica enim tribus, ait Hamerus, nunquam inter Israeliticis aliquo honore digna habita fuit, neque ciuium multitudine vnquam frequens? Quia per poenitentiam culpam diluit, non vitavit poenam. Reatus enim poenæ post criminis remissionem permanet expiandus.

1682

Reatus poe-
næ manet
peccato.

Vers. V. SIMEON ET LEVI FRATRES: VASA
iniquitatis bellantia.

Vers. VI. IN CONSILIVM EORVM NON VENIAT
anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: quia
in furore eorum occiderunt virum, & in vo-
luntate sua suffoderunt murum.

Vers. VII. MALEDICTVS FVROR EORVM, QVIA
pertinax: & indignatio eorum, quia dura: dividam
eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.

VERSIONES.

Sep. Consummaverunt iniquitatem propositi sui, in congregatione eorum non contendant viscera mea, quia in furore suo interfecerunt homines, & in cupiditate sua subvernauerunt taurum. Et ira eorum indurata est.

Cald. *Viri fortissimi in terra peregrinationis suae fecerunt fortitudinem. in secreto eorum non fuit anima mea, & in congregatione eorum non conveniat gloria mea, quoniam in furore suo occiderunt occisionem, & in voluntate sua foderunt murum inimicorum.*

Pag. *Arma iniquitatis in habitationibus suis. In secretum eorum non veniat gloria mea, quia in voluntate sua eradicaverunt murum.*

'Alij. ex Vatab. *Vasa violentae macherae eorum.*

Oleas. *Vasa destructionis, seu successionis in habitaculis eorum. Maledictus furor eorum, quia fortis est transitus, seu impetus illorum, quia durus.*

'Alij teste Lipp. *Vasa iniuriae cogitatio eorum.*

D. Chrisof. *Compleverunt iniustitiam ex voluntate sua.*

Targ. Hierof. *In ira sua occiderunt virum, & in voluntate sua vendiderunt Ioseph, qui assimilatus est boni.*

Caiet. *In coetu eorum non sit honor meus.*

1683
Vindicantibus nullus honor.

Cur Simeon, & Levi, nude, sine vilo excellentiae titulo cum tot anteirent Rubeno praerogativa dignitatis? Nullis voluit decorare ornamentis eos, qui humanum sanguinem tam crudeliter effuderunt in Sichimis, & ad vindictam stupratae Dinæ tan atrociter properarunt. Squalere eos voluit omnino exutos generis, naturaeque apparatus. Grafatoribus enim omnis generositatis species, nobilitatis stemmata, & qualitas sanguinis denegatur.

1684
Fratres in scelere.

Cur hos duos fratres vocat, cum omnes fratres fuerint; & alij quatuor eisdem patre, & matre generati? Quia illi duo, fratres erant fraude, dolo, furore, & crudelitate. Belle Caiet. ait: simul istorum causa agitur, propter eorum unanimam ad malum: non tam carne quam consilio, & animo. Ita ille. O insolentem in scelere cognationem; Simeon, & Levi fratres sunt, non tam sanguinis cognatione, quam scelerum immanitate.

1685
Vasa iniquitatis peccatores

Cur *vasa iniquitatis*? Quia vas est in quo aliquid servatur, & occultitur. Servaverunt isti odium in Sichimitas eo dolo, ut sub facie pacis, & foederis incautos trucidarent. Sic apud Apol. quidam insigniores in peccando vocantur *vasa irae* ad Rom. 9. Et iam nunc aliqui flagitij obstinati *vasa infer-*

ferni, seu continere in se infernum dicantur. Sic ait Abul. *Vasa iniquitatis*, illi dicuntur, qui tenent malitiam in corde reconditam.

Cur *bellantia*? Vel quia iniqua fuerunt ad bellum instrumenta. Similes vasa sunt, quæ David à Deo dissipanda precatur: *Dissipa gentes que bella volunt*. Pl. 67. 31. Vel quia isti duo paraverunt, suaserunt, serueruntque arma bellica, quibus inermes Sichimitas crudeliter ad necem vsque vulnerarunt.

Cur si cæteri fratres accincti armis in eandem cædem convenere, & Sichimitas trucidarunt, in hos duos tantum fratres invehitur Iacob? Quia Hi architecti, atque concitatores, ducesque aliorum extiterunt. Sic puniuntur, qui bella movent, & ad prælia alios concitant, & provocant.

Deinde: isti duo inventores pessimi doli stiterunt, & primi exortatores ad vindictam, primi in delictis acrius, & vehementius castigantur sin Caiet. dicens: considera in primos transgressores semper magna Deum usum fuisse. Sic peccatum gulæ in primis parentibus castigavit. *Gen. 3.* Sic homicidium in Cain. *Gen. 4.* Scelus luxuriæ in diluvio. *Gen. 7.* Sodomix in sodomis: *Gen. 10.* Blasphemix in filiis Israelitis. *Lev. 24.* Idolatriæ in populo Israel. *Num. 3.* Sacrilegij in filiis Aron. *Ex. 32.* Violationis sabati in eo qui collegit ligna. *Num. 15.* Anathematis in Acham. *Ios. 7.* In obedientiæ in Saule. 2. *Reg. 15.* Mendacij in Saphira. *Ac. 5.* Sic puniuntur sine discrimine inventores iniquitatum, seu primi trãgressores legis. Videant qui novos vsus indecetes invētāt.

Cur *in consilium eorum non veniat anima mea*? Ne videatur in consilium eorum convenisse, aut eorum factum approbasse. Sunt Patres, qui sibi de factis temerarijs, & illicitis filiorum blandiuntur, quasi de strenuis, validis, & heroicis; eaque plaudunt, & defendunt, imo celebrant, & tamquam quid gloriosum, & decorum præconizant. Quo, ad atrociora, & immaniora iuvenes promovent aggredienda. Ea Iacob detestatur, reprobatur, damnatur, & castigatur; & puniuntur etiam, si Iacob esses.

In consilium eorum, &c. Quia furiosi. Quis enim sensatus consilium furentis non detestetur? Sedare animum omnino

1686

Consulentes
tes bulla.

1687

Bella mo-
ventes.

1688

Inventores
duelli Levi
& Simeon.

1689

Primi trã-
gressores
puniti.

1690

Patres
plaudentes
temeritates
filiorum.

1691
Furiosi ma-
li consilia-
rij.

Furiosis
haud fidē
dun.

1692
Consilium
Phariseo-
rū in Jesū.

1693
Filius cru-
delis infa-
mia Patris

1694
Mors intē-
tata.

Iuvenis
prudens
vir est.

1695
Christi
mors à
Phariseis.

1696
Mors inno-
centis do-
lenda.

Rexyran-
nus interf-
ci nequit.

debet, qui consulit; qualiter consulet furibundus? Vel quasi dicat: Nunquam ego istorum fidei, aut consultationi honorem meum, vitamque crediderim. Qui enim furijs aguntur, nec suis parcent genitoribus: *Cum irasceretur furor eorum in nos*, ait Pl. 123. 4. *Forstian aqua absorvuscet nos*. Quasi dicat: cum furiosi, quasi peccati rorant sicut aqua, absorvent. Quid cum scintillant, vt flammæ? Sed Prophetico afflatus spiritu intellexit Iacob concilium eorum illud fuisse, quod Scribæ, & Pharisei, qui erant è progenie Levi, & Simeonis, inierunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent, vbi Christi innocentia damnata morti fuit, quod ita abhorruit, & execrabile duxit, vt detestandum ex tunc iudicaverit. De illis locutus Eucherius *lib. 3.* ait: De quo consilio Patriarcha, qui iam mente Deum videbat, dicit; *in consilium eorum, &c.* Horrebat iam in illo tempore videre tantum scelus facinus, quod facturi erant Iudæi.

Cur *in cœtu illorum non sit gloria mea?* Quia gloria, & honor Patris est filius sapiens, & bene moratus. Noluit Iacob suam gloriam, & honorem ex his duobus expectare. Deturpat paternū decus filius crudelis, & studens vindictæ.

Cur *Quia in furore suo occiderunt virum?* Secundum lectionem Targ. Hierolim. pro viro isto intelligitur Ioseph, cuius meminit Iacob ad eorum memorandam, damnandamque impietatem, qua iuvenem interficere decreverunt. Virum vocat, quia iam vir erat, vel, & ait Lyran. quia licet iuvenis ætate, erat tamen vir, & moribus, & prudentia.

Sed Tertulian. intelligit Christum Dominum, qui ab Scribis, & Phariseis ex istorum progenie occisus fuit, reclamantibus illis, & perentibus ad mortem. Audi Tertul. *lib. 2. adv. Iudeos.* Simeon, & Levi perfecerunt iniquitatem ex sua secta, qua scilicet Christum sunt persecuti.

Aptius videtur intelligi per virum illum occisum Hemor, quem interfecerunt in Sichimis. At interfecerunt plurimos. Ita: sed de isto viro præcipue conqueritur, & dolet, vt pote iniustissime occisus, tum quia particeps non fuit in raptu Dinæ, imo per matrimonium voluit honorem illius reparare. Tum quia Princeps; & scelestissimum est Regem, qui exemptus esse debet, etiam si tyrannus concipiatur, interfici.

Cur,

Cur, si plurimi occisi sunt, dicitur: *Occiderunt virum?* Quia vnus pro multis ponitur per Synecdochem. Sept. leg. *homines*. Quia omnes habitatores Sichem devastarunt, & etiam, insito in filijs eorum successoribus furore, illos occiderunt, teste Origene, quos clamare persuaferunt: sanguis eius super nos, & super filios nostros

Cur non queritur Iacob de abrupto in nece Sichimorum commercio; de amissis ibi pasquis, de incommodis, quæ sibi acciderunt ex recessu? Quia tantum dolet, tantumque meminit id, quod in Deum peccaverunt: *Occiderunt virum* solam illis prodicionem obiecit, vt pote, qua Deus offendebatur, suis emolumentis, & incommodis oblitus. Hæc in filijs viri sanctissimi damnarunt, non ea arguendo, quæ patrimonio, sed quæ Deo averfantur. Non dolebat Job de conviuijs quotidie instructis à filijs, quibus eorum opes expendebant; sed timebat de crimine, ne committeretur, repetebatque anxius: *Ne forte peccaverint filij mei*. Iob. 1. 5.

Cur in voluntate sua suffoderunt murum? Quia urbem Sichem depopulati sunt, quam vsque ad murorum subversionem everterunt. Vel quia etiam cives pios, & innocentes, qui suis exemplis urbem ædificabant, tuucidarunt. Audi Procop. Per muros intelligi possunt Principes, qui potentia pollebant in illa vrbe, eamque conservabant, & tuebantur, tamquam muri fortissimi. Sic Jerem. 20. *Et dabo te populo huic in murum aneum fortem*. Et 1. Reg. 25. *Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die*. Id est, *isti viri boni*.

Conquestus est Deus de Iudæis per Exeq. 13. 5. *Non opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in pralio; & conqueretur etiam de peccatoribus non opponentibus murum, quo divina vltio retardaretur*. Sed quem alium murum nisi preces iustorum: merita Sanctorum, & patrocinium Virginis Matris dicentis: *Ego murus, & vbera mea turris?* Cant. 8. Murus ergo est B. Virgo, & fortissima turris, vbi, & muniti potest peccator, & defendi.

Cur *maledictus furor eorum?* Quia nolebat eos maledicere, quos tamquam filios diligebat, & omne bonum illis deprecabatur; sed eorum iniquitatem, iram scilicet, & furorem. Sic expresse Theodor. *quest.* 109. dicens; *Maledixit,*

1697
Furor in
suos in ve-
hitur.

1698
Offesa Dei
deploranda
non opes
amissa.

1699
Virtuosi
muri civi-
tatum.

1700
B. Virgo
murus.

1701
Peccatum
maledicen-
dum non
peccator.

non ipsis; sed eorum pravis affectibus, iræ videlicet, & furori. Moyses descendens de monte non in idolatras; sed in idolum invehitur. Adverte, ait Oleast. prudentiam Mosis, prius in peccatum quam in peccatores favit, ut peccati radice in prius extirparet.

1702 *Cur pertinax?* Quia etiam post pacem, & foedus percussum, incensus in præcordijs furor diu permansit, crevitque usque ad barbaram internectionem, qui temperari rationabiliter debuerat, & remitti: nam, ut ait Oleast. Humanum est passionibus excitari, sed in eis pertinacem esse extremum malum est.

1703 *Cur indignatio dura?* Quia inflexibilis fuit, & inemendabilis; sed obstinata quadam instigatione usque ad cruentam universi populi vindictam processerit. Ipsa est, ait Eug. Papa, quæ nec compunctione scinditur; nec movetur precibus; minis non cedit; flagellis non emendatur, & in brevi, cuncta horribilis mali mala complectitur, ipsa est quæ nec Deum timet, nec homines reveretur.

1704 *Dura deinde;* quia ferina potius, quam humana, ultra rationabilem modum excedens in furore vindictæ. Punire ultra condignum inhumanum prorsus atque ferinum est. Et quæ crudelior inhumanitas, quam hæc fuerit: ut cum duo, tresve peccarint, in omnes urbis cives sine discrimine sexus, & ætatis, atque adeo in tecta, parietesque ipsos, & muros vindicta defeverit?

Dura insuper, & *pertinax*; 1. Quia effecta per fraudem, & dolum, sub obtentu pacis, & amicitia. 2. Quia adversus homines incautos, & inermes. 3. Adversus eos qui infirmi magnis corporis doloribus cruciabantur. 4. Quia in contemptum, & iniuriam religionis.

1705 *Cur tanti facinoris, & victoriæ, qualis fuit, à paucioribus numerosam urbem devastari; universosque cives vinci, nullus in scriptura commendationis plausus?* Quia nullam meretur laudem, nullamque mentionem temerarius ille ausus, probrosæ infamiae nota dignus, quo, in foeminas, infirmos, & inermes cruentè invehitur Nullius roboris aut virtutis est in imbecilles irruere, eosque superare. Celebratur victoria Davidis, non quia aquæ ym iuvenem; sed quia Gigantem, omni

omni armaturæ genere sceptrum, deturbarit. Sicut fortem armatum subijcere summum decus est: Ita hominonem in validum, & inermem devincere, de eoque triumphum decantare, turpis ignominia est.

Cur ergo Judith cap. 9. Dum deprecatur dicens: *Domine Deus patris mei Simeonis, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, &c?* Nimirum permisit Deus gladium ut punirentur transgressores pudicitiae, ne scelus raptæ virginis impanitum remaneret; non ut innocentes perirent; nec tam immodico furore tota vrbs, & vniverſi habitatores, fraude, dolo, sumptoque religionis titulo, devastarentur. Arma poposcit, abusum illorum detestatur.

Si dicas: Judith ibi vocare Simeonem, & Levi zelatores zeli Dei: *Qui zelaverunt zelum tuum*: Zelarunt quidem; sed immodice; sed iniuſtissime; sed crudeliter. Zelus enim, si ita efferveſcat, ut furiat, damnatur. Quot sunt, qui sub zelo religionis communitates destruunt; cœtusque religioſorum confundunt.

Cur Moyſes benedicendo populum de Levi locutus ait: *Perſectio tua, & doctrina tua viro ſancto tuo, &c.* Deut. 33? Quia Levi Sacerdos, quem collaudare, & venerari debent Principes; non eorum inquirere, aut memorare delicta: Imo necius, nec cauſam dicere ſæculari iuriſdictioni de facris ordinibus initiatis licet. Quod autem dicat *Perſectio tua doctrina tua viro ſancto*: hoc de ſtatu, tribuque Sacerdotali, qui has omnes perfeſtiones continere debet, non de persona, cuius nullum facinus commendavit, aut plauiſit.

Hac de cauſa Simeonem Moyſes præterijt nulla de eomentione facta, in cuius laudem nihil erat quod præconizare poſſet, aut illum benedicere, qui tam abominabile commiſerit facinus, ut quidquid in eo commendabile eſſet obnubilaret.

Cur *diuidam eos*? Quia conſultum, & prudens, ut qui conſoederantur ad fovendam nequitiam, ad invicem ſeparerentur. Sic expreſſe Oleaſt. dicens: Conſultum eſt Reipublicæ, ut qui in ea facile ad malū ſociantur, in ea dividantur.

Sed qua ratione diviſi? Quia tribus Levi certam regionem non habebat; ſed alijs tribubus immixta, & circumva-

1706

Amorum
abulus dā
nandus.

1707

Zelatores
iniuſti de
ſtruunt.

1708

Sacerdotē
non iudi
cēt ſæcula
res.

Sacerdotū
perſectio.

1709

Conſiliarij
mali divi
dendi.

1710

Dividūtur
qui divi
dunt,

ga habitabat. *Ios. 21. à vers. 2.* Nam vt Sichimitas diuiflerat, à fe ipfa diuiffa vagaretur.

1711
Docere
pueros la
boriofum.

De tribu Simeon Hebræi, apud Lyr. Non est, inquit, pauper scriptor, nec pedagogus nisi Simeon, quod illi de tribu Simeon discurrebant per sortes aliorum ad quærendum victum scribendo, & pueros docendo, quod quidem quam fit moleftum, & anxium nemo facile intelliget, nisi qui aliquando in hoc piftrino verfatus fit.

1712
Mo te cru
delius.

Quam fit laboriofum opus pueros docere, illi utcumque intellexerunt, qui quærentes ad necem Dionifium è Sicilia ob tyrannidem, qua fe gesserat, eieftum, cum apud Corinthios reperirent erudientem pueros, à cæde abftinuerunt, rati magifterium puerorum longiorem, & acerbiozem mortem reputari.

1713
Charitatis
fractio
gravior lu
xuria.

Cur acrius infurgit Iacob in Simeon, & Levi, quam in Ruben, de isto certe maius supplicium expectabam. Cum ab eo maculatum fuerit parentis fratrum: crudeles in externos illi; sed qui sororis honori consulere videbantur? Nimirum Ruben impudicitia peccavit: Simeon, & Levi odio, & malevolentia, & maius supplicium sumitur de offensa charitatis, quam de excessu imparitatis, cum gravior censeatur liuor cordis, quam corporis turpitude.

Vers. VIII. IVDA, TE LAVDABVNT FRATRES
tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum,
adorabunt te filij patris tui.

Vers. IX. CATVLVS LEONIS IVDA: AD PRÆDAM
fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt Leo,
& quasi læna, quis suscitabit eum?

V E R S I O N E S.

Sep. *Manus tue in cervicibus inimicorum tuorum.. ex germine filij mi ascendisti; recumbens dormisti vt leo, & quasi catalus leonis.*

Cald. *Iuda laudabo te, & non es confusus.. Manus tua preualetbit contra inimicos tuos, dispergentur hostes tui, convertentur retrorsum in conspectu tuo, & præuenient te saluantes*

tes

tes te filij patris tui. Dominium erit, & in principio; sed in fine magnificabitur regnum domus Iuda, quoniam de iudicio mortis fili mi animam tuam abstulisti, requiescet, & habitabit in fortitudine quasi leo, & quasi leona, neque erit Regnum quod commoveat eum.

Pagn. Incurvabunt se tibi filij patris tui. Incurvabit se, & cubabit sicut leo, sicut leo est, quis suscitabit eum?

Onk. Iuda tu confessus es, & non erubuiisti, in te confitebuntur fratres tui, manus tua prævalebit hostibus tuis, dissipabuntur inimici tui, erant versantes verticem coram te, præveneruntque te petitori pacem.

Arias. Et sicut leo maiori, quis suscitabit eum?

Oleas. Pavor leonis Iuda à discriptione ascendisti, curvavit se, iacuit sicut leo.

S. Hier. Ascendisti ex captivitate. Alij. A devoratione surrexisti.

Sym. A venatione ascendisti ad venationem.

Cur Iuda, seu vt hebraice est, Iuda tu diceris Iuda? Quia iuxta nomen, quod significat confessionem, & laudem, illi contingeret, ita vt, te laudabunt fratres tui. Certe laus suprema illa est, quæ à fratribus deribatur. Vix nullus est frater, qui à fratre non insidietur. Videas non raro in coetu religionum, quos fraterna charitas coniuntiores reddere debuerat, quod si ille sapienter legat; egregie ille concionetur, adeo æmulatio fratrum eos notet, & carpat, vt splendorem de nigrare contendat.

Quod autem Iudas teste S. Hier. dicatur confessio firmat Periph. Cald. & Onk. qui sic legunt. Iuda tu confessus es, & non erubuiisti. Sed quid confessus est, quin erubuerit? Plerique id referunt ad factum Thamar, quod ille non abnuir; sed simpliciter confessus est dicens: iustior me est. Gen. 38. 24. Qui sua peccata confitetur tantum abest ab ignominia, vt potius immortales laudes mereatur.

Cur non erubuit tantum crimen coram omnibus confiteri Primarius homo, & inter suos quasi Princeps? Erubuit sane; sed repugnante pudore, crimen detexit. En eius laus quod erubescitiam vicerit se reum constituens, ne Thamar periclitaretur. Damnandus pro inde tamquam ignominiosus, qui non palam, non publice; sed ad aurem Sacerdotis Dei

1714
Laus à fratribus rara

1715
Confessio digna laude.

1716
Verecundia in confessione.

ministri verecundia correptus peccata celat. Vnde Tertul.
lib. de pœnit. cap. 10. Sic ait : Ego rubori locum non facio,
cum plus de detrimento eius acquirō. Sic etiam Theodor.
lib. 10. de oraculis, ait: Nullus pudor vos à confessione remo-
retur. Neque enim pudenda est peccati confessio; sed perpe-
tratio. Videantur plura, & pulchra apud Mendoza, tom. 2.
cap. 8. num. 6. Annot. 25. à sec. 1.

1717
Confessio
peccata
celat.

Cur te laudabunt fratres tui, imo, audita incestus cum
Thamar foeditate, convitiabuntur acerbe? Nimirum pecca-
tum semel confessum, ita deletur, vt vel notum fratribus,
perpetrator laudetur. Imo, vt notavit Mendoza, vbi supra,
nunquam Iudas huius peccati reus, vel accusatur, vel nomi-
natur. Adeo peccatum confessum, vel apud homines, probrū
non est, nec laudationibus obstat confitentis.

1718
Laus à fra-
tribus mag-
na laus.

Te laudabunt fratres tui: Magna profecto Iudæ com-
mendatio, nam cum invidia frequenter inter fratres ingras-
setur, vt videre est in Cain: in Esau: in Phares in fratribus
Ioseph, & David, tanta fuerit in Iuda gloria, vt superarit fra-
trum invidiam, & ipsi ad propriam gloriam ab illius nomine
vocari voluerint Iudæi.

1719
Guberna-
tio sine
querella.

Nec vulgaris esse poterat excellentia Iudæ, cum sceptrū
teneret, & numerosissimo dominaretur populo, quod nullæ,
nec fratrum, neque æqualium, inter quos invidia debaccha-
tur, quid reprehenderent; sed omnia, quæ dilaudarent lin-
guæ, inuenirent. Quis ita gubernavit, vt liber steterit à ma-
ledicentium linguis?

1720
Hostes vin-
cere gloria
est Regum

Cur manus tua in cervicibus inimicorum tuorum? Quia
nihil gloriosius Regibus, quam inimicos debellare, quod
impletum est in ipsa tribu Iuda, statim post mortem Josue:
debellante hostes suos. Sed perfecte completum in Davide,
vt patet ex 1. & 2. Reg. quod ipse confirmat Ps. 17. 38. *Per-
sequar inimicos meos, & comprehendam illos. Confringam illos,
nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.* Idem contigit in
alijs Regibus Iuda, vt Asa, Josaphat, & Ezequia.

1721
Adulatio
proxima
Regnanti.

Cur adorabunt te filij patris tui; & antea, te laudabunt?
Quia Regnum illi daturus erat, & imperium; & cognata est
laudatio, & adoratio regnanti. Nullus est qui dominantium,
vel male gesta, non laudet; nemo qui imperantem non ado-

ret, & ad eius conspectum non se cernuus incurvet. Id intelligant Principes, cum laudantur, non se bonos prædicari; sed dominantes; sed potentes, quibus nullus est, qui non blandiatur. Autoritatē venerantur, personam forte spernēt.

Cur *adorabunt te filij patris tui*? Ut innuat illum ab omnibus, etiam à non vterinis, & diversæ matris filijs adorandum. Hi solent communiter averfari, & se ad invicem persequi, quod foedissima, & detestanda enormitas reputatur; quod cum ab eodem patre, aut matre processerint, discordijs seiungantur. Qualis erit abusus, ne dicam scandalum, religiosorum eodem patre, eademque genitrice matre religione procedentium, tamquam hostes, inter discordias pugnantium?

Cur *catulus leonis Iuda*? Quia omnium fratrum fuit fortissimus, & generosissimus. 1. Paralip. cap. 5. Sic de illo annuntiatur: *Iudas erat fortissimus inter fratres suos: de stirpe eius Principes generati sunt.* De leone in proverbij dicitur: quod sit fortissimus bestiarum. *Catulus* dicitur; quia hic audacior est; vel contrariarum virium inexpertus; vel quia acutioribus dentibus instructus: vel quia cibi, prædæque avidior. Talis fuit David, qui adolescens pugnat cum leonibus, & vrsis, eosque superabat, & Goliath gigantem, terrorem hebræorum, devicit.

Catulus leonis: Nam sicut leo symbolum est vigilantia; sive quod perpetua vigilia utatur, sive quod apertis oculis dormiat, ac si vigilare etiam dormiens videatur, ita oportebat ut Iudas, cui imperium committendum erat, eiusque posterij Principes futuri, parum somno; multum vigiliæ indulgerent. *Exurgam diluculo*, dicebat David Pl. 56.9. de Samuele dicitur quod *dormiebat in templo Domini*, de Heli tamquam Sacerdos, & Præful: *Iacebat in loco suo.* decet superioribus iacere, & quiescere; sed quasi vigilant.

Catulus leonis: Quia recens natus quasi mortuus per tres dies dormit, vsque quo rugitu patris leonis excitetur. Ita S. Ihd. lib. 12. Sic Christus ex tribu Iuda per tres dies dormivit in sepulchro, & à Patre excitatus tertia die resurrexit.

Catulus leonis; quia leo benignus est circa homines, quos non lædit nisi iratus, aut ingruente fame oppressus, fo-

mi-

1722
Fratres
discordes.1723
Religiosi
discordes.1724
Leo fortis-
simus.1725
Vigilent
superiores1726
Resurre-
ctio Christi

1727
Benignitas Dei.

minis, postratis, pueris parcere consuevit. En Christus ita benignus, vt homines non lædat, vel peccantes, quosque ob eorum multiplicata crimina coactus irriteretur; sed vel peccantibus, si subijciantur, parcit exaltans humiles.

1728
Ira Dei in iudicio.

Cur ergo Ezeq. 19.3. ait: *Leo factus est: & dicit capere prædam, hominemque comedere?* Quia id exequitur leo cum irascitur, tunc deposita benignitate irruit furians in homines. Heultime agnum mansuetum, & mitem; time nunc lenunculum peccatum, qui fiet tandem leo, & in die iræ deposita mansuetudine impios dilaniabit.

1729
Milites plus rapit quam pugnant.

Catulus leonis Iuda: propter leonis maiestatem, & generositatem; quia pompaticus incedit, pendentibus vndequaque iuvis; sed proprijs, non aliunde raptis, ornamentis. Sunt Principes, & Dinastæ, qui vere leones non sunt, abreptis scilicet subditorum spolijs decorantur ad faustum, inbelles in bello. Videas non raro milites serici, & purpuræ texturis circumfusare vrbes; arrogantes in foro, tremantes in acie: gallinas insectantur in hospitij; hostes horescunt, & fugiunt, in castris.

1730
Continuatio victoriæ.

Cur *ad prædam ascendisti?* Vt significaretur victoriarum continuatio; scilicet de præda in prædam; nec vna contentus de victoria in victoriam. Quod in Davide impletum, ab vrbi, & leonis discriptione ad necem Gigantis, & opimam barbari prædam. Deinde per victorias à Philistæis reportatas. Demum ad Regni Iudaici sceptrum.

1732
Meritis proprijs crescere gloria est.

Cur cum ait: *ad prædam ascendisti*, interponit, *fili mi?* Quia tunc filium suum proclamatur, cum proprijs gestis, & factis ad prædam ascendit. Magnum decus, & gloria parentum, filiorumque est, ad honores, & dignitates proprijs meritis ascendisse. Tunc Iuda filius Israel est, cum talis fuerit, vt propria virtute sceptrum obtinuerit Iuda.

1733
Factis proprijs nomine acquirere.

Tunc Christus Dominus, audita patris voce: *Hic est filius meus dilectus.* Matth. 17. Apostolis audientibus silentium imposuit, nec se filium Dei promulgari ab ipsis permisit. Matth. 17.9. quosque per merita passionis, & crucis talem acquisierit nominationem. Tunc vel à crucifigentibus declamatur: *Vere hic homo filius Dei erat.* Marc. 1.39.

Ad prædam ascendisti: Quia non legitima hæreditate; sed quali

quasi rapiendo, & prædando ad Regnum Iudas ascendit. Oportet non deprædari regnum cœlorum, quod *vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. 11.12. Hæredes Dei nos constitutos testatur Apol. ad Rom. 8.17. *Sed testamentum in mortuis confirmatum est: quod non valet dum vivit, qui testatus est.* ad Hebræ. 16. Pater qui nos hæredes constituit non morietur. Iure igitur hæreditatis regnum consequi non possumus. Ergo, concludit Arelatenfis his verbis: Nos filij rapiamus vnusquisq; quod possumus de bono intestati parentis.

Cur Sep. legunt: *Ex germine fili mi ascendisti?* Forte ait Cornel. prophetice per germen intellexerunt Beatam Virginem, ex qua ascendit, & ortus est Christus. Ita ille. Tamquam annuntians Iacob Iudæ felicitatem, vt cum Regno etiam gloriam adeptisceretur, vt ex eius progenie, tum B. Virgo, tum Messias promissus nasceretur. Favet S. Cyril. dicens: Dominus autem noster ex germine, & radice generosa è Sancta Virgine productus est.

Ad prædam ascendisti: Id vult Fernandius intelligi de Eucharistia, in qua leo ille de tribu Iuda clam prædatur panis, & vini substantiam, vt in corpus, & sanguinem suum convertat. Nec mirum Iacob hanc prædam præcognovisse, Cum Rabbi Nehemias, vt refert Galatinus *lib. 10. cap. ultimo*, multis ante Christi adventum annis scripserit: Sacrificium Regis Messiaæ futurum, ex pane converso in carnem, & ex vino in sanguinem ipsius: Angelosque ad prædictum sacrificium debere assistere, laudes ipsius admirabili quodam concentu celebrantes: Testaturque se ex revelationibus. S. Helia, ac traditionibus Hebræorum collegisse.

Cur ergo dicitur: *Ad prædam ascendisti*, cum confiteamur ad hoc, & alia mirabilia de cœlo ad terras Christum descendisse? Tum quia ad crucem ascendit, sanguine, & aqua vulnerati lateris hoc sacramentum expressurus.

Tum quia cætera mirabilia exequi; mortem pati, & crucem, descendere fuit: tantum mysterium stabilire crescere fuit, & ascendere: Magister cum esset, & Dominus ad pedes discipulorum descendit: cum tale sacrificium instituit super omnes sui honoris, & gloriæ gradus ascendit, & super omnia opera sua magnificatus est.

1734
Regnum
Dei rapi-
endum.

1735
Virgo Bea-
ta ex ger-
mine Iuda

1736
In Eucha-
ristia rapit
Christus.

1737
Eucharis-
tia anti-
quos
prævisa.

1738
In Eucha-
ristia ascen-
dit Chri-
stus.

Christus in cœlo ad dexteram patris sedet; cum apparet ut agnus occisus, qualis in Eucharistia representatur, superius ascendens: *Stabat supra montem Sion.* Apoc. 14. 1. Vel *in medio throni est.* Apoc. 7. 17. Vel ad tantam dignitatem ascendat, ut millia millium voce magna proclament: *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Quasi ad fastigium omnis honoris excellentiæ, & maiestatis ascendat, cum agnus sit, Eucharistiæ typus.

1739
Exaltatur
in Eucha-
ristia.

Cur *Oleas.* legit à *discerptione ascendisti*; alij à *devoratio-
ne*? Resp. Abul. ex Hebræ. Hæc referunt Iudæi ad ipsum Iudam, quantum ad venditionem Ioseph, cui mors devoratio erat, à qua ereptus ille per Iudam fuit. Qui enim innocentem defendit, & ab insultibus iniuste invadentium vindicat, ascendit ad gloriam, & ad culmen sublimatur honoris.

1740
Innocen-
tium defē-
sio glorio-
sa.

Cur *requiescens accubisti ut leo*? Quia leo capta præda, & delussis venatoribus, quiete dormit, & requiescit securus. Iuda devictis hostibus, factusque omnibus terribilis, regno pacifice potitus est. Sic anima sancta post prælia cum hoste, devictisque diaboli illecebris, placide quiescit.

1741
Quies ani-
mæ victis
tentatio-
nibus.

Accubisti ut leo: Quia ita Iudas accubuit, ut apertis oculis, qualiter solet leo, dormiret, celans ne quid victi furiosius molirentur. Ne fidendum victorijs, a periculi vel inquiete oculi, ac proinde cavendum, ne hostes in victorem incautum, sibi que invisum insidias moliantur, & ut suum vindicaretur dedecus: observent dormientem, in quem callida irruant ferocitate. Dæmonem vicisti invadentem, cuba ut leo, à tanto hoste time, acriori ne surgat audacia, teque semel devincat victorem.

1742
Victorijs
non fiden-
dam.

Cur Pagn. legit: *Incurvabit se sicut leo*? Caietanus ait: Iuxta hebræum habetur: *Genus flexit sicut leo.* Scilicet inter augustiora Iudæe elogia, quæ Iacob decantat, id non omittit; quod nec victorijs superbus, nec maiestate arrogans inurbanus erit; sed cum potentior se venerari oporteat, genuflectet sicut leo generositatem suam, regiumque animum in obsequijs ostentans.

1743
Potentes
urbani.

Cur *Quasi leona*? Ut denotet Iudæe fortitudinem maximam. Leona enim accubans, seu lactans catulos, fortior, &

favior leone est. Ideo Deus peccatores minitans furorem ostentat leonæ, dicens per Oseam 13. 7. *Ego ero eis quasi leona... occurram eis quasi ursæ raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum.*

1744
Furor Dei
in iudicio.

Deinde: ut insinuet etiam protectionem erga suos, quam expertam habuit in liberando Ioseph. Leonæ enim ita filios diligit, ut pro eis se opponat contra insidias venatorum. Ut tenet S. Isidor. quod de Beata Virgine orta de stirpe Iuda verificatur, quæ ita sibi devotos fovet, & defendit, ut contra diaboli insidias pugnet, ut protegat.

1745
Virgo B.
nos defendit.

Quasi leona: Quia hæc si adulteretur cum Pardo, ne à leone coniuge percipiatur, & devoretur, in quo ille perspicax est, lavatur in flumine, quo tegit culpam, nec à leone cognosci iam potest. En Iuda *quasi leona*, qui comisso incestu, in flumine suæ confessionis lotus, totum delictum expiavit. Lava ergo te, ante quam venias ante leonem Iuda iudicandus, in flumine scilicet confessionis, & pœnitentiæ; ne tua scelera detegantur, ut hortatur S. Aug. dicens: Si tegis, ipse deteget: si deteges, ipse teget. Audi Hierem. 4. 14. *Lava à malitia cor tuum, ut salva fias.*

1746
Confessio
integra.

Cur *quis suscitabit eum*? Quasi dicatur: ita erit terribilis, & formidabilis suis inimicis, ut nullus audeat contra eum bella movere, aut eum lascescere, quod expressit Cald. versio. De Christo id intelligit S. Greg. in *Pf.* qui dormivit in nocte, & vigilavit in resurrectione, nec ab alio, sed propria virtute suscitatur.

1747
Resurre-
ctio Chri-
sti.

Cur non profert ipsum futurum Regem? Respondet Oleaster: Adverte quam caute loquatur senex de Regno Iuda; non dicit ei aperte: eris Rex, ne fratres ad invidiam provocaret, quemadmodum amor in Ioseph; sed velate in omnibus loquitur. Ita ille. Sciebat illos ad invidiam propensos, occasionem æmulationis, quo ad potest, celat.

1748
Invidiæ oc-
casio vi-
tanda.

Cur ita magnificatur Iuda nayo infamis incestus inultus? Quia, ut ait textus, Gen. 38. 27. *Ultra non cognovit eam.* Ita ut nec aliam legitur illicite cognovisse. Qui ita de coeno luxuriæ surgit, ut ultra non coinquinetur magnifica laudatione dignus sceptrum, & imperium gentium promeretur.

1749
Libidinosi
emendati
digni lau-
de.

Prodigus ille qui devoravit substantiam cum meretricibus

1750
Inxoriam
desferens
elevatur
ad gratiã.

bus. Luc. 15. 30. Stola prima induitur à Patre. Strabus asserit quod stola illa erat vestis innocentiae, in qua primus homo conditus est. Vnde tanta primæ innocentiae gratia in luxurioso iuvene? Nimirum tantum doluit, vt nunquam deinceps se impudicitijs inquinaret; sed in se reversus caste vixerit, dignus proinde vt ad culmen gratiae elevaretur.

Vers. X. NON AVFERETVR SCEPTRVM DE IV-
da, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.

Vers. XI. LIGANS AD VINEAM PULLVM SVVM,
& ad vitem, ò fili mi, asinam suam. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae pallium suum.

Vers. XII. PVLCHRIORES SVNT OCVLV EIVS VI-
no, & dentes eius lacte candidiores.

V E R S I O N E S.

Sep. Non deficiet Princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniant quæ repõsita sunt ei. Alligans ad vitem pullum suum, & ad silicem pullum asinae suae. & in sanguine vuae amictum suum. Gratifici oculi eius super vinum, & candidi dentes eius quasi lac.

Cald. Non auferetur habens principatum à domo Iuda, neque scriba à filijs filiorum eius, donec veniat Messias, cuius est Regnum, & ei obedient populi. Habitabit Israel in circuitu civitatis suae, populi edificabunt templum eius, eruntque iusti in circuitu eius, & factores legis in doctrina eius, purpura optima erit vestimentum illius, erit sericum tinctum coccino, varijsque coloribus. Montes eius rubicundiores erunt in vineis suis, distillabunt colles eius vinum, de albabuntur campi eius frumento, & gregibus ovium.

Pagn. Non recedet virga de tebudab, & legislator de inter pedes eius, donec veniat Messias, & ei erit aggregatio populorum. Ligans ad vitem pullum suum, & ad vitem, optimam, fili mi, asinam suam.

Oleast. Donec veniat quietus. Ligans ad vitem vacuum suum, & ad perplexam vitem filium asinae suae. Rubeus oculis à vi-

no, & albus dentibus à lacte.

Caiet. *Ligans ad bonum vitis filium asinae suae.*

Arias. *Donec veniat Silob, & erit obedientia populorum.*

Theod. *Donec veniat qui reservatur, vel, quod reservatur.*

Alij. *Donec veniat missus, & ipse purgabit gentes.*

Vatab. *Ipse erit aggregatio populorum.* Iarius. *Ecclesia gentium.*

Foesterus: *Ipse erit concio gentium.*

S. Aug. *Ligans ad cilicinum pullum asinae suae oculi eius fulvi, & fulgentes.*

S. Ambr. *Oculi eius hilares pra vino.* Theod. *lucundi à vino.*

S. Iren. *Latificabuntur oculi eius.* Gennad. *lucundi à vino.*

Insudarunt nimis Auctores in extricandis huius Prophe-
tiae difficultatibus; & relictis Iudaeorum, qui hoc vaticinio
circa adventum Messiae maxime vrgentur, commentis, quae
efficaciter refutat Pererius, solvendae veniunt pro nostro mo-
re obiectiones à Catholicis Doctoribus oppositae.

Cur ergo dicitur: *Non auferetur sceptrum de Iuda, &c.*
Cum, vt egressi fuerint Hebraei ex Aegypto duces habue-
rint, & Principes Moysem, & Josue, qui summo imperio
populo per 66. annos, gubernarunt, quorum Moyse fuit ex
tribu Levi, & Josue ex Ephraim?

Deinde: Principatus postea fuit penes Iudices vsque ad
Saulem primum Regem per annos plus 300. quo tempore
quindecim Iudices gubernarunt, ex quibus tantum Otho-
niel, & Abeffam fuerunt ex tribu Iuda: ergo toto hoc tem-
pore ablatum est sceptrum de Iuda.

Respondetur: non statim praedixisse Iacob accepturos
sceptrum progenitos ex Iuda; sed ad certum tempus, quo, ex
dispositione divina vnctus in Regem David de tribu Iuda, in
cuius posteris mansit sceptrum per 473. annos, vsque ad
captivitatem Babilonicam.

Dices: ergo per annos quibus Hebraei in captivitate fue-
runt defecit sceptrum de Iuda. Respondetur negative. Tum
quia Rex Babilonis, traductis captivis, ad gubernandum
vulgus, quod reliquit, constituit in Regem Sedeciam pa-
truum Ioachim, vt patet 4. Reg. 24. 17.

Tum etiam; quia in ipsa captivitate, Ioachim, vt omitta-
mus Godoliam, qui capto, & mortuo Sedecia, Prorex tribu-

1751

Uat icini
circa Reg
num Iuda

1752

Sceptrum
no statim
acceptum
à Iuda.

1753

Tribus Iu-
da in cap-
tivitate ha-
buit Re-
ges.

tarius mansit in Ierusalem, Ioachin, inquam, mansit tamen Rex: Eumque Evilmoradah Rex Babiloniæ ad solium exaltavit. 4. Reg. 25. 27. Mox Zorobabel Nepos Ioachin, alijque duces ex Iuda populo præfuerunt, vsque ad Machabæos, vt ait Cornelius.

Dices: ergo per annos plus quingentos, quibus Principatus fuit apud Machabæos, qui erant de tribu Levi, defecit sceptrum de tribu Iuda.

Resp. Lyran. Abul. & Carth. Machabeos fuisse prognatos ex Iuda; quia licet paterno genere descenderent ex Levi, materno tamen genere descendebant ex Iuda. Levitæ enim vxores ducebant ex tribu Iuda. Genebrardus vult Machabæos non tam materno; sed paterno etiam genere oriundos fuisse ex Iuda; sed repugnat scripturæ 1. Mach. 2. 1.

Sed vt ad solidiorem solutionem recurramus, advertendum, quod ex captivitate sola redijt tribus Iuda cum paucis alijs oriundis ex tribu Beniamin, Levi, & alijs tribubus. Hi proprijs tribubus destituti adhæserunt Iudæ, ab eoque nomen acceperunt, ita, vt huc vsque Hebræi omnes Iudæi nominentur, & ex vna, eademque tribu Iuda censeantur. Itaque licet Machabæi ex tribu Levi antea scriberentur, nunc ex Iuda habebatur. Hinc manente sceptro apud Machabæos, mansit apud Iuda, cuius illi per aggregationem censebantur.

Et forte id intellexit, prædixitque Iacob cum benedicens Iuda ait: *Te laudabunt fratres tui*; id est, tam fratres, quam eorum progeniti, & descendentes, te laudabunt, cum tibi subiiciantur, & aggregentur, & contituant cum tuis quasi vnâ tribum. Favent S. Iustinus, Euseb. Athanas. Aug. Chris. Theodor. Ruper. qui aiunt in hoc vaticinio per Iudam intelligi non solam tribum Iuda, sed omnes Iudæos, duodecim scilicet tribuum.

Dices natum esse Christum 35. anno Regni Herodis; qui Regnum abstulit à Iudæis, ergo per 35 annos ante Christum iam defecerat sceptrum de Iuda. Respond. Cornel. Intervallum 35. annorum, in tanta serie temporum, pro nihilo reputari: Sufficit enim ad veritatem huius prophetiæ, vt sub eodem Rege Hærode, in quo defecit sceptrum, nasceretur Christus. Nam *Ly Donec* non significat determinatum, &

1754
Machabæi
an de Tri-
bu Iuda.

1755
Tribus ca-
tera aggre-
gatæ Iuda

1756
Iuda inclu-
dit alias
Tribus.

peremptorium diem; sed tantum confusse significat; sub eodem Rege, in quo deficiat sceptrum Iuda, nasciturū Christū.

Sed Tyrinus respondet, quod toto illo tempore, vi, Herodes imperium tenuit, viventibus Aristobulo, & Hircano legitimis regni Heredibus, quibus dolo occisis repugnarunt adhuc Iudæi Herodi subdi, & ideo sceptrum, quod re ipsa non poterant, iure retinebant, quo vsque tædio, & malis artibus victi cesserunt Herodi, fidei iuramento dato, & sic subtractum est à Iudæis sceptrum, & datum alienigenæ, vt ait Philo, Iosephus, & Sa. Sed paucis ante mensibus Christus in Bethlem natus fuerat.

Cur Non auferetur sceptrum de Iuda? Quia non defecturum, vt non defecit ab huius tribu, quo vsque Christus natus est. Hoc vaticinium admittunt, confitenturque plures Iudæi, voluntque adhuc permanere sceptrum in Iuda, adeoque Messiam non venisse. Sed si interrogas vbi nam locorum, aut gentium Regnet Iuda? Respondent: circa Assiriam, Babilonem, & montem caucasum; sed cum nullus Historiographus id retulerit, constetque in illis regionibus alios nunc regnare Principes, facile conuincuntur. Præterea: ipsi contra confessi sunt cum clamarunt: Non habemus Regem nisi Cæsarem. Hinc S. Aug. Sic eos coarguit: ergo si non habetis Regem nisi Cæsarem, defecit iam Principatus Iuda: venit ergo ille, cui promissum est.

Non auferetur sceptrum de Iuda: Quia hic natus ad prædam, scilicet, ad prædam ascendisti, fili mi, prædatus est enim suis meritis septrū suæ genti, ex qua nasciturus erat Christus, eumque illa tribus consecutura erat. Merito ergo diu regnare debet inter fratres, qui spirituali prædatione regnum diaboli depopulatur, & suos deducit, vt Christum consequantur.

Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta appellatur à S. Petr. Ep. 1.2. At quis talibus honoris titulis decoratur? Populus acquisitionis, vel vt Hebræ. legit: Populus acquisitionum. Populus scilicet traditus acquisitioni, seu prædaturæ animarum, vt ab illecebris mundi ad lumen veritatis inducat, & Christum consequantur. Iste electus erit; gens eius sancta, Sacerdotium regale. Quod certe ad filios socie-

1757

Sceptrum Iuda quæ. do defecit

1758

Iudæi con victi.

1759

Zelus animarum.

1760
Societas
Iesu.

tatis Iesu pertinet, cum huius finis sit, non solum saluti, & perfectioni propriarum animarum cum divina gratia vacare; sed cum eadem impense in salutem, & perfectionem proximorum incumbere.

1761
Periculum
pro populo
lo subire.

Cur hæc tribus sublimior regia dignitate efficitur, quæ tribus Ruben, Simeonis, & Levi iure nativitatis, & antiquitatis erat inferior? Quia cæteris ad mare rubrum hæsitantibus, & trementibus, hæc prima pro bono suæ reip. periculum subijt, & in apertum mare ingressa est. Regnet ergo, qui pro aliorum salute, & indemnitate discrimina subire non recusat. Sic loquuntur Hebræi apud S. Hier. in *Ose. cap. 11. 12.* Cæteris tribubus desperantibus salutem, solus Iudas fideliter ingressus est mare: Unde, & regnum meruit accipere.

1762
Benedictio
à Deo

Cur Iacob filium Ioseph, quem præ cæteris diligebat, non constituit Regem; sed Iudam? Responsione Ruperti vtar ad aliam rem applicata. Quia in dandis, inquit, benedictionibus, non suam; sed Dei voluntatem debuit facere: non carnis affectum; sed spiritus instinctum sequi dignum fuit.

1763
Regno ex-
clude quæ
amas.

Sed fortasse, quamvis suum sequeretur affectum, non propterea dilectissimo filio dignitatem regiam conferret, quem præ cæteris amabat; eundem à scelerum incitamento, quale est imperium, remotiorem cupiebat: veritus, ne illam honoris vsuram maxima spiritualium bonorum iactura comitaretur.

1763
Regnare
periculoso-
sum est, &
nocivum.

Oliva, ficus, & vites noluerunt imperium inter cæteras arbores admittere. Iudic. 9. à num. 8. omnes quodammodo præviderunt non posse suam fructuum vbertatem in illa dignitate conservare: sed omnia bona naturalia, pariter ac moralia misericordiam, iustitiam, patientiam, mansuetudinem, cæteraque animorum, & corporum ornamenta in illo dignitatis fastigio ruitura. Ideo ligna illa proposito sibi imperio responderunt: Nunquid possum deserere pinguedinem, dulcedinem, & vinum meum, quæ omnia accepto scepro amitti, & devastari crediderunt.

Cur si promissum est sceptrum Iuda, prius conceditur Sauli de tribu Benjamin? Ut maius esset beneficium collatum Iuda in Davide, qui postea ingressus est, ut scilicet, im-

perante prius Saule, in eius ruina diceret David quid deberet evitare, vt eius imperium posset subsistere. Sic acute S. Greg. *lib. 4. in Reg.* Ideo reprobus Rex eligitur, vt electus successor eius Rex David in eo cognosceret, quid cavere debuisset.

1764
Periculū
in alieno
capite.

Cur Pag. leg. *Non recedet virga. Et legislator?* Quia cum virga, vel scepro, reges populis dominantur: cum legibus, vel iuxta leges debent imperare. Sic ait Oleast. adverte hoc semper in Rege, & Iudice, debere sociari, scilicet virgam directionis, & percutionis, & librum legis. Quasi dicat: sine legibus nec ipse regat; nec reus condemnetur.

1765
Reges vir
ga, & legi
bus vitan
tur.

Cur, & *Dux de fœmore eius?* Nimirum, post scepro, id est, post Reges, Dux, sive Duces erunt: Quia post Reges Iudæ, qui defecerunt in captivitate Babilonia, successerunt Iudices, & Principes in Iuda, puta Zorobabel, & Machabæi, qui per aggregationem fuerunt ex tribu Iuda.

1766
Duces in
Tribu Iu-
da.

Cur *donec veniat qui mittendus est?* Num id nuntiatum est de Moyse, qui tunc mittendus, & postea missus fuit? Facile Moyse intellexit non de se locutum Iacob, cum ille clamaret: *Mitte quem missurus es.* Mittendus erat quippe Moyse ad liberanda corpora de captivitate hominum: Mittendus leo de tribu Iuda erepturus animas de potestate demonum. Hic vere à Deo mitti dicitur, qui impense curat animas à servitute diaboli liberare.

1767
Missionsa-
rij.

Cur Arias ex Hebr. legit. *Donec veniat Siloh.* Sep. leg. pro *Siloh: cui repositum est.* Id est Messias, cui multa, & ampla dona, & trophæa reservata sunt. 1. Regnum Iuda. 2. Ius salvandi Israel. 3. Promissiones Abrahamæ, & Davidi factas. 4. Thesauri omnes gratiæ, & gloriæ. 5. Fides, & obedientia omnium gentium. 6. Iudicium vivorum, & mortuorum.

1768
Messiæ
multa re-
servata.

Rab David putat *Siloh* significare *filium eius*, quasi *Siloh* sit ille, cui dixit Deus Pater: *Filius meus es tu ego hodie genui te.* Pl. 2.7.

Galatinus, & Homerus pro *Siloh* legunt *Schela* in fœmineo genere, filius eius, id est, mulieris, carens patre, ex matre virgine. Ad hanc vocem respexisse videtur S. Paulus, cum ait: *Misit Deus filium suum factum ex muliere.* ad Gal. 4.

1769
Christus
mulierij
filius.

1770
Auctor pacis.
Oleaster legit: *Donec veniat quietus*; id est, pacificus, & autor pacis. Christus enim natus est ad hoc, ut pacem constitueret inter Deum, & homines, utque pacem relinqueret, & daret nobis.

1771
Spes solatium desiderantium.
Cur ille erit *expectatio gentium*? Quia voluit Deus ut dum Pater non mitteret filium suum, non dum plenitudine temporis completa, in remedium univ[er]sæ carnis solatium haberet in sola expectatione, & spe. Sic S. Leo *sem. 3. de Nat.* Hoc magnum pietatis, ait, Sacramentum, ut non minus adepti sint, qui illud credidèrè promissum, quam qui suscipere donatum.

1772
Christus
Spes Ecclesiæ.
Cur erit *expectatio gentium*? Quia ab illo gentes omnes suam felicitatem expectabant. Plus dixit, ait S. Ambr. quam si dixisset: ipsum expectant gentes; eo quod omnis spes Ecclesiæ in eo recumbat; non quia ab eis aliquid accipiat; sed à quo omne solatium expectatur.

1773
Terra fertilis felix.
Cur *ligans ad vineam pullum suum, &c.*? Quia terra, quæ illi sorte continget, tam ferax vini erit, ut vir aliquis posset aligare asinum suum ad palmitem, & ex eius fructu onerare illum: tanta copia vini erit, ut eo possint lavare vestimenta sua. Rubescunt oculi potantium: quin, & lactis erit tanta copia, ut frequenti eius esu sint albicati dentes.

1774
Abundantia, & fertilitas à Deo.
Verum hæc expositio videtur Cornelio nimis terrena, & mere Iudaica, & quod hæc omnia non tam dicantur de Iuda, quam de Siloh, sive Messia, aliter diceret Iacob: *ligans ad vineam pullum tuum, & asinam tuam*; sed ad aliam personam transiens, ait: *pullum suum, & asinam suam*. Deinde: non fuit tantus fertilitatis excessus in terra Iuda præ alijs tribubus, quantum hic explicatur.

1775
Christus virtutibus nos ligat.
Vitis vera Christus.
Quare SS. Doctores, & PP. fere omnes hunc locum explicant ad litteram de Christo. Non ergo Iudas; sed Christus est *ligans* funiculo fidei, spei, & charitatis, *ad vineam suam*, id est, Ecclesiam primævam ex Iudæis, *pullum suum* ex gentibus, quæ iugum legis non dum tulerant, & utrosque coniunxit, & adunavit *ad vitem*, id est, ad se ipsum. Christus enim vitis vera est, ut loquitur Ioan. 15. 1.

Ligans ad vineam lavabit vino stolam, &c. Quasi dicat præsentem venturo Messia, tanta tunc erit fertilitas, ut ex sin-

gulis vitibus singula iumenta onerentur ; tanta vini abundantia , vt non solum ad vivendum ; sed etiam ad lavandas vestes , si opus sit , superfuturum videatur . Tanta est frugum abundantia , cum adest Christus omnia foecundas , vt signatum sit super nos lumen vultus Domini , illico exundante in cordibus lætitia , à fructu frumenti vini , & olei multiplicamur . Ps. 4.8.

Ligans ad vitem : Quasi non liget animalia , quæ ad se Christus trahat finiculo fidei , ad roborem , seu columnam ; sed ita suaviter , & mansuete trahenda , vt ad tenerum palmitem vinciantur . Hinc S. Chrisof. *hom. 67.* ait : Quia gentium significat adductionem . Et magnæ mansuetudinis est , quod alinus sustinet se ad palmitem vitis ligari ; palmites autem vocavit teneritudinem præceptorum , & facilitatem legis ferendæ . Ita ille S. Non enim quæ Deus iubet dura sunt ; sed blanda ; sed connaturalia . *Latum mandatum tuum nimis.* Ps. 118.96. Vel vt Ose. 11.4. *Trabam eos in vinculis charitatis.*

Cur lavabit in vino stolam suam? Nimirum : carnem suam , vt vertit Cornel. *Et sanguine vux pallium suum?* Id est humanitatem , qua induebatur Divinitas . Quasi dicat mysterium Eucharistiæ ex tunc prænoscentis : carnem , & humanitatem suam vino , & sanguine vux ita lavabit , & commiscet , vt substantiam vini , panisque in corpus , & sanguinem admirabili transmutatione conficiet . Iam ex tunc tantum , tamque stupendum generi humano beneficium annuntians .

Vel dic cum Cornel. *Pallium suum* esse Ecclesiam , quam in lacerata veste Iesus S. Petro Episcopo Alexandrino apprensens demonstravit : his verbis Episcopo alloquutus : Arius vestem meam , quæ est Ecclesia , laceravit . Hoc vero sensu , sanguine vux , seu vino converso in sanguinem lavaturum , exornaturumque suam Ecclesiam prædicit . Nullum siquidem purius lavacrum ad abluendum pallium suum , sive Ecclesiam ; nullum pretiosius ornamentum potuit Ecclesiæ conferre , quam vinum in sanguinem conversum ; & panem in carnem in hoc altissimo Sacramento .

Cur pulchriores sunt oculi eius vino? Quia indicare vult lætitiã , quæ scintillat ex vultu , & oculis digne recipientis vinum conversum in sanguine Eucharistico : Et quam hilarem

1776

Fertilitas
magna
præsentem
Christo.

1777

Lex Christi
si suavis.

1778

Eucharistia anti-
quitus præ-
nuntiata.

1779

Eucharistia lava-
crum , &
ornamen-
tum Eccle-
siæ.

1780

Eucharistia hilari-
tas.

rem,

rem se ostendat Deitas in hoc dominici sanguinis sacrificio. Unde ait S. Cyril. Alex. *in catena*. Per id iucunditatem, hilaritatemque divinitatis Christi ostendit.

Cur *dentes eius lacte candidiores*? Ut denotet pulchritudinem, & candorem sumentis hoc vinum, quod etiam dentes, qui ex sua natura etiam in Æthiope albi sunt, candidiores, & pulchriores reddat. Sic idem S. Cyril. candore dentium puritatem mystici alimenti designat. Ita ille S. Quasi nostræ animæ, orisque candor à candore sacræ Eucharistiæ nitorem mutuet, & pulchritudinem.

Sed, ut hæc prophetia de Sacramento Altaris intelligi potiori ratione possit, favet non parum Caldaica versio, sic legens: *Montes eius*, id est, Sancti Ecclesiæ, qui ob eminentiã virtutum Montes appellantur, *rubicundiores erunt in vineis suis, distillabunt colles eius vinum, de albabuntur campi eius frumento*. En expressum frumentum illud electorum, & vinum generans virgines Eucharistiæ vino candidatas.

Vers. XIII. ZABVLON IN LITTORE MARIS HABITABIT, & in statione navium pertingens vsque ad Sidonem.

VERSIONES.

SEp. *Iuxta mare habitabit, & ipse secus accessum navium, & pertendet vsque ad Sidonem.*

Cald. *Iuxta portum habitabit, & ipse subijciet Provincias navibus, & bona maris comedet.*

Pag. *In portu navium habitabit, & erit in portu navium, & terminus eius vsque ad Sidonem.*

Oleast. *Ad sinum maris habitabit, & ipse ad sinum marium.*

Arias. *Et latus eius super Sion.*

Cur *Zabulon*, qui sextus fuit eorum, quos peperit Lia, ordine nonus, omnium filiorum Iacob hic præfertur, & quinto loco ponitur? Quia in politica Dei non est gradatio maioritatis, & antiquitatis; sed erunt primi novissimi, & novissimi primi.

Item mente volvebat Iacob venturum Messiam, quem de-

1781

Pulchritudo ex Eucharistia.

1782

Eucharistia prænu-
tiata.

1783

Præmatia maioritatis non est apud Deum

desiderabat, & festinavit ad Prophetiam illius, puta Zabulon, in cuius sorte concipiendus erat Schela, seu filius mulieris, quæ in Nazaret, terra Zabulon, nata, conceptura erat Messiam. Rapuit mentem Patriarchæ admirabilem conceptionem illius, quæ ex stirpe Iudæ orta, nullam maculatâ stirpis traxit originem, & vel terram, vbi concipietur, properavit benedicere.

1784
Conceptio
B. Mariæ.

Illustrem inde concepit Jacob terram Zabulon, ob mirabilia, quæ proculdubio prævidit in ea patranda. Ibi enim Mons Thabor, in quo Christus suam gloriam Apostolis manifestavit. Ibi Nazaret veneranda propter conceptionem, & ortum Virginis; incarnationem, educationem, & multorum annorum habitationem Christi Domini. Ibi Christus exorsus est Evangelium prædicare. Vnde Isaias cap. 9. ait: *Habitantibus in tenebris, & umbra mortis lux orta est eis.* Scilicet, lux Evangelica. Quod asserit de habitantibus in terra Zabulon.

1785
Conceptio
B. Mariæ
in terra
Zabulon.

Cur in littore maris habitabit? Quia terra destinanda Tribui Zabulon sita erat ex parte orientali ad mare Galilææ, sive Tiberiadis: ex Occidentali ad Mediterraneum: ex Septentrionali ad terminos sidonis, quæ erat in Tribu Affer. Situs describitur, vt notetur felicitas, abundantia, & opulentia terræ, propter maritima commercia, & mercaturæ negotiationem.

1786
Terra ma-
ritima abũ-
dans.

Deinde: Zabulon in littore maris habitans, sive ad conspectum fluctuantium, liber à procellis, & periculis tempestatum, Religiosum adumbrat, qui maris huius mundi procellas pertessus, in littore, sive in portu claustrum degens, tute vivit, fluctuantes videt: nec fluctuat: pericula tantarum procellarum, qualia sunt in sæculo sentiens; sed non patiens. Quod videtur expressisse S. Ambr. sic locutus: Iuxta mare habitabit, vt videat aliorum naufragia, ipse immunis periculi, & spectet alios fluctuantes in freto istius mundi.

1787
Religiosus
in claustrum
tutus.

Cur Isaias cap. 9. ait: *Primo tempore alleviata est terra Zabulon?* Quia primo punita est; sed leviter, teste Tyrino, id est, levi plaga afflictâ, nempe anno 4. Achaz, quando Teglatphasar eas terras expugnavit. Minus tunc peccarant Populi terræ Zabulon, minori culpæ minoratur, seu alleviatur, supplicium.

1788
Culpæ mi-
nori mi-
nus suppli-
cium.

Cur

1789
Peccator
tenebras
habitat
mortis.

Cur apud eundem Isaiam dicitur: *Novissimo aggravata est via maris?* Quia littus maris, in quo Zabulonitæ habitabant post, graviori clade, affectum est tempore scilicet Salmanazar, eo quod ita depravatis moribus se corruperit, vt de suis habitatoribus dicat Isaias: *Populus qui ambulabat in tenebris*: quasi suis criminibus complacendo. Et de eisdem: *Habitantibus in regione umbrae mortis*. Quasi scelestus in tenebris habiter luctuosæ mortis.

1790
Maritimi
vitiolissimi.

Superbi,
& avari.

Raptores

Infecti ma-
lis mori-
bus.

Cur ita Zabulonitæ depravati, vt Pererius dicat: Fuisse vitiolissimis moribus, & corruptissimis: Tyrinus, quod illa terra erat infecta erroribus gentilissimi? Nimirum maritimi erant, qui facile vitijis irretiuntur. Superbiunt, vt pote maris præsidio defensi, atque muniti: Sunt avari eo quod ad lucra mercaturæ applicentur. Traduntur rapinis, & prædis, ad quas opportunitate maris, & navalium commoditate invitantur. Adde quod cum vrbes maritimæ sint emporia variarum gentium, & advenarum receptacula, peregrinis moribus, vitijis, & illecebris inficiuntur. Quare Plato noluit Metropolim suæ reip. fuisse maritimam.

Vers. XIV. ISSACHAR ASINVS FORTIS ACCV-
bans inter terminos.

Vers. XV. VIDIT REQUIEM QVOD ESSET BONA-
& terram quod optima: & supposuit humerum suum
ad portandum, factusque est tributis serviens.

V E R S I O N E S.

Sep. *Issachar bonum desideravit, requiescens inter medios sceros. Et videns terram quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola.*

Cald. *Dives Issachar in substantia, & possessio eius erit inter terminos. Et vidit partem suam, quod erat bona, & terram quia fructifera, & subijciat provincias populorum, & disperdet habitatores earum, & qui relicti fuerunt in eis erunt servientes ei, & tributarii.*

Onk. *Issachar dives in facultatibus. Et delebit habitatores earum.*

Oleast.

Oleas. *Asinus dorfi, aut dorfeus, cubans inter duos cardines, vidit terram quia dulcis.*

Pagn. *Vidit terram quod esset pulchra, & inclinavit humerum suum ad portandum.*

Arias: *Asinus offeus. Rufin. Requiescet in medio sortium.*

Vatab. *Asinus offeus recubans inter duas sarcinas.*

Cur *Issachar asinus*, qui ratione caret? Adverte quod Cald. & Onk. vertunt: *Dives in facultatibus*. Dives ergo suatur abundantia nullis incumbit artibus, aut disciplinis; sufficere sibi ad omnem gloriam, & honorem videtur, quod in bonis possidet, & dementatur vt asinus. Imo si sapiens dicitur, insipiens non raro efficitur. Audi S. Bern. *lib. 2. ad Eugen.* Sapiens David; sapiens Salamon fuit; sed blandientibus nimis secundis rebus, alter ex parte, alter ex toto desipuit.

Asinus, forte, quia labores pro temporalibus complexus, spiritualium oblitus. *Asinus* nihil ambit, nihil cognoscit nisi præsepe. Bene S. Bas. ait: Testimonio scripturæ probatur bovem præ asino pleniorē obtinere intelligentiam: bos enim suum novit possessorem: *Asinus* autem præsepe, locum scilicet suæ voluptati destinatum. Sic S. Bas. in illa verba Isa. cap. i. *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui.*

Cur accubans inter terminos, quod Sep. vertunt. *Inter ceros*, seu *sortes*? Quia terra *Issachar* erat inter sortem *Manasses*, & *Zabulon*. Vel quia inter nobiles, celebresque confines interiacebat; habens ad Occidentem *Mediterraneum*, & *carmelum*: ad Orientem mare *Tiberiadis*, interiecto torrente *Cison*, qui exhuberantibus aquis partim ex *Thabor*; partim ex *Hermon*, & *Gelboe*, defluens geminum efficiebat, altero ad *Mediterraneum*; ad mare *Tiberiadis* altero erumpente.

Accubans, id est, colens terminos suæ sortis, vt pote totius *Palestinæ* amoenissimos, vbi spatiatur campus *Esdrelon* vini, & frumenti copia celebratus. Ne, quod Deus illi fecundissimum destinarat, incuria, & ignavia sterile redderetur. Sunt qui vberimis terræ possessionibus abundant, famescunt tamen, & misere vivunt: non enim cubant inter terminos, inculca tellus, licet aliunde fertilis, fructus non red-

1791

Dives insipiens solet esse.

1792

Asinus qui pro temporalibus insudat.

1793

Terminii terre *Issachar*.

1794

Possessiones inculcæ depauperant.

reddit. Coli vult, qui te sustentat,

Inter terminos: Terræ, scilicet, & cœli; quia taliter debebat Issachar, vt terram verteret, & cœlum specularetur: terræ culturæ incumbens, astra observaret; nec, terram habitans, oblivisceretur habitationis æternæ. Ea enim est agriculturæ dignitas, vt animum excitet ad observationem cœli, & ad admirationem divinæ providentiæ, à qua multis in rebus dependet. Vide tom. I. num. 175. Ita nobis laborandum, vt pro temporalibus insudantes, non ita implicemur terrenis, vt obliviscamur æternis.

1795
Agricultura
dignitas.

Cur vidit requiem quod esset bona? Volunt aliqui requiem contemplatum quietis otium elegisse, vt inde minus commendatum, nimisque vitiosum censurent. Vita otiosa proxima corruptis, & depravatis moribus censetur. Ideo gravi apud priscos supplicio efficiebantur otiosi, illud axioma tamquam certum asserentes, scilicet: Nihil agendo homines, male agere perdiscunt.

1796
Otiosi an
rea puni
bantur.

Nulla erat necessitas operandi in paradiso, quem Deus plantaverat, & coluerat, tamen Adamum Deus in eo collocavit, vt operaretur; quia licet nulla esset operandi necessitas, erat operationis utilitas, scilicet; vt à se, & posteris, otium omnium promotor vitiorum exularet. Vide tō. I. n. 757.

1797
Otium præ
vavet
Deus.

Vidit requiem quod esset bona: Bonani vidit, & vt bonam elegit; otium, vt pote odibile, non amplecteretur. Quare illud credendum de Issachar elegisse non otium; sed vitam quietam, qualis est agricolarum, alienam à periculis, & molestiis, tam bellicis, quam aulicis, & mercatorijs; terræ culturæ incumbentem, se suamque familiam fructibus sui laboris sustentantem. Ideo Sep. vertunt: *Factus est vir agricola.* De hoc agricolarum felici statu eleganter cecinit Virg. Georg. I.

1798
Agricolæ
vita felix.

O fortunati nimium, sua si bona norint
Agricolæ.

1799
Terra in
cultu fru
ctus negat

Cur, & terram quod optima? Tum quia, vt dictum est, erat illa foecundissima, & amoenissima omnium illius regionis. Tum quia exercendo, & colendo eius expertus bonitatem auxit fructus, & foecundiores reddidit. Erras si absque cultura, & labore, à terra, licet aliunde fertilis, segetes vber-

res expetes, sicuti si bonum iudices, cuius non expertus es bonitatem.

Cur Issachar ex bonitate telluris suæ fortis benedicitur? Quia magna felicitas est terram vberem, & fœcundam ad habitationem obrinuisse, & ex fructibus applicatione laboris acquisitis, sibi, familiæque ad congruam status sustentationem, & honestum ornatum necessaria comparasse; quin opus sit triscis negotiatorijs, lucrosis redditibus, censibusque litibus expositis illaqueari.

Cur *supposuit humerum suum ad portandum*? Nimirum, vt terræ fructus percipiat ipse se addixit labori culturæ, nam qui administrationem rerum campestrium alijs committit, inter famulos, locatores, agentes, & mercenarios, ita segetes minuuntur, vt vix fructus Domino appareat. Ideo Sep. Legunt: *Factus est vir agricola.*

Supposuit humerum: & ideo, *Dives in facultatibus*, vt legit Onk. vel vt Cald. *Dives in substantia*; nam qui instar asini fortis est laboribus subeundis, patiensque ad onera subijcienda, & exule otio, assidua applicatione sui muneris, & artis exercitio manuum se abdicat, magnis opibus augetur, & amplius provinciis dominatur.

Cur *factus est tributis seruiens*? Tum quia Agricola totum fere vectigalium pondus sustinent, & tributis gravantur. Tum quia, cum propter terræ fertilitatem omnes essent ditissimi, solebant à Regibus plus cæteris tribubus onerari. Morale siquidem apparet, ait Caiet. hoc esse Principibus, vt cultores feracis regionis, plus fructuum terræ percipientes plus gravent.

Tum etiam quia, ne à patrio solo amœnissimo, & deliciofissimo cogereantur discedere, si à Regibus evocarentur ad militiam, sive ad aulam, libenter hanc redimebant vactionem, largiendo quodcumque imponi velent tributum.

Demum: plurimi ex cæteris tribubus serviebant Regi, vel in aula, vel in militia, vel in alijs ministerijs publicis. Hi immunitatem tributorum, vel remissi à Rege mercedis loco, consequebantur. Merito qui Reip. in communi bono servit, vel qui periculis, & labori militiæ se exponit, immunitatem tributorum obtinet.

1800

Fertilitas
terræ habi-
tatores fe-
licitat.

1801

Terra tua
nō ab alijs
colenda.Laborans
diatur.

1802

Agricolæ
vectigales.

1803

Amor pa-
triæ.

1804

Milites
exempti à
tributis.

1805
Superior
laborando
alios mo.
vet.

Cur tantum *supposuit humerum*, non humeros? Quia sufficit Domino alterum humerum applicare, vt cæteri duos humeros, & duas manus applicent ad laborem. Pigre laboratur à servis, cum Pater familias otio indulget, & alijs laborantibus suam qualemcumque diligentiam ab opere retrahit. Applicet ergo vel humerum Præfectus, vt reliqui operi efficacius incumbant.

1806
Docti ad
consilium
accerfendi

S. Hieron. iuxta sensum Hebræorum, qui volunt hæc per Methaphoram dici de Issachar, sic scribit *in quest. in Gen.* Aiunt Hebraei significari, quod Issachar scripturas sanctas die ac nocte meditans studium suam dedit ad laborandum. Consonat scriptura denotans filios, & posteros Issachar traditos litterarum studijs advenisse ad David consilij causa, cum cæteræ tribus accesserint ad præliandum. Sic in lib. 1. Paralip. cap. 12. vers. 32. *De filijs quoque Issachar viri eruditi, qui noverant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel. Omnis reliqua tribus eorum consilium sequebatur.*

1807
Ecclesiasticus
Asinus
familia.

Cur, si Issachar doctus, & sapiens habetur, methaphora insipientis, & stulti asini explicatur? Quia si quis doctus in familia est; si quis in dignitate constitutus, aut saltem Sacerdos, totum cognatorum onus portare debet; multiplicantur nepotes; etiam longinqui hoc numero volunt adscribi, ad eum omnes turmatim confluunt, & ita eum obruunt, vt opus sit, vt asinus fortis totius familiae constituatur, cogaturque humerum supponere oneri.

1808
Quies ad
studium
necessaria.

Cur *vidit quietem quod esset bona*? Quia ad evolvendos libros, eorumque exagitandas rationes, solvendasque difficultates bona quies, & amplectenda est, tamquam maxime necessaria. Vel ille Poeta ad effingenda carmina talem duxit quærendam quietem, & recessum.

Carmina secessum scribentis, & otia quærunt.

Otium scilicet in quo corpus quasi quiescere, & otiosi videatur: animus vero in discutiendis litterarum tricis insudet, & laboret.

1809
Studium
dulce sapientibus.

Cur *terram quod optima*, seu vt legit Oleaster: *Quia dulcis*. Quia dulce scire cupientibus litterarum studium, nullaque ipsis aptior, iucundiorque excollenda terra, quam scientiarum, librorumque discretio, & disertatio, quam S. Chri-

sof. pratum imo, & paradifum appellavit his verbis: Non tantum pratum verum, & paradifus est divinarum lectio fcripturarum.

Cur *supposuit humerum*? Id est afsiduitate laboris mentem studio addixit, nam, vt ait S. Greg. *lib. 31. mor. cap. 10.* Debet intellectus facri eloquij multiplici inquisitione ventilari. Terra, quæ sæpe arando vertitur, ad frugem vberius aptatur.

Cur Cald. legit: *Qui relictæ fuerint erunt seruientes ei, & tributarij*? Scilicet illi, quos Ifsachar, & Posterj doctrinis, & consilij instruxerunt, fuis loco gratitudinis inferviunt Magiftris, & doctõribus; & pro institutionis labore, & cura census quali quoddam tributum folvunt. Ideo ait S. Hieron. ei omnes tribus feruiunt quali Magiftro dona portantes. Ita S. Hieron. Nulla fane digna merces pro his, à quibus eruditio- nis, & doctõrinx munus accepimus, nifi perpetuæ impenda- mus officia feruitutis, & obfequij.

Cur rursus *Ifsachar afinus fortis*? Quia fuperiorem adumbrat, qui affectare debet ftoliditatem, fimulans non advertiffe plurima, quæ, cum occasio opportuna corrigendi non adfit, fatius, & prudentius est fe non cognoviffe, manifefrare.

Tum quia ficut afinus terræ culturæ, & ferendo oneri mancipatur, ita Præful, qui tantum materialibus, terrenis, & temporalibus laboriofe incumbens, fpiritualia negligit ftolidus quali afinus est.

Supposuit humerum: Quia indigne fuperior vacaret otio, & quieti, nifi humeros primus fupponeret labori, fubditos gravando, & ponderofa illis onera imponendo, cum ipfe placide vivens probrofa velit perfrui quiete.

Accubans inter terminos: Vt æqualitas in regimine fer- vanda innotefcat, æqualiter inter fubditos accumbat, ne per partialem inclinationem huic adhæreat, & removeatur ab alio per contrariam averfionem. Accubet inter terminos, id est, inter omnes fubditos, vt ferventem foveat; tepidumque ad fervorem elevet. Seu vt cecinit Debora Iudic. 5. 16. *Ha- bitas inter duos terminos, vt audias fibilos gregum.*

1810
Studium
afsidium,

1811
Magiftri
remune-
randi,

1812
Superior
ftoliditatẽ
affectet,

1813
Superior
curans tẽ-
poralia.

1814
Superior
fubditos
levet.

1815
Superior
vnus omni-
bus.

Vers. XVI. DAN IUDICABIT POPVLVM SVVM
sicut & alia tribus in Israel.

Vers. XVII. FIAT DAN COLVBER IN VIA, CERA-
stes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat
assensor eius retro.

Vers. XVIII. SALVTARE TVVM EXPECTA-
bo Domine.

V E R S I O N E S.

SEp. *Et fiat Dan serpens in via, sedens in semita, mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorsum, salutem expectans Domini.*

Cald. *Erit vir qui eligetur, & consurget de domo Dan, cuius timor irruet super populos, & percutiet fortiter Philistaeos, quasi coluber aspis insidiabitur iuxta semitam, interficiet robustos in castris Philistinorum, equites cum peditibus eneruabit, equos, & quadrigas, & deiciet ascensores eorum retrorsum. Non expecto salutare Gedeon, qua est salus temporalis, neque salutare Samson filij Manue, qua est salus transitoria, sed expecto redemptionem Christi filij David, qui venturus est ad accercendum sibi filios Israel cuius redemptionem desiderat anima mea. Sic etiam vertit Targ. Hierol.*

Pagn. *Erit Dan vt serpens iuxta viam, &c. Et cecidit currus eius retrorsum. Salutem tuam expectavi Domine.*

S. Hier. *iudicabit populum suum sicut vnum de sceptris Israel. Fiat Dan regulus seu basiliscus in semita.*

Onk. *Redemptionem tuam expectabo.*

Lipp. *In salute tua speravi Domine.*

S. Ambr. *Salutem expectans à Domino.*

Cur Dan iudicabit populum? Quia interpretatur iudicans, seu vindicans, ex qua nominis significatione protulit oraculum Iacob. Vel intelligi voluit, quod Dan etsi ancilla filius, ita nobilis eius tribus futura, vt ex ipsa iudices creentur, qui pro populo fortiter dimicabunt. Iudices enim, non ex plebi vulgo; sed ex generosis, nobilibusque viris seligendi sunt.

1816
Iudices ex
nobilibus
creandi.

Cur

Cur sicut, & alia tribus? Ne evanesceret tribus Dan credens se solam aptam ad iudicandum. Evanescit superbe, qui præsument se solum optimum, ac pro inde necessarium ad aliquod ministerium; rogari vult arroganter se detrahens, & fictè recusans, quod si alius surgeret idoneus, humillimis precibus, & intercessionibus, postularet.

Elias, cum fugeret, Domino roganti respondit: *Filij Israel altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt, & derelictus sum ego solus.* 3. Reg. 19. 14. Cui Dominus: *Vade Eliseum autem vnges Prophetam pro te.* Vers. 16. *Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Balaal.* vers. 18. Quasi diceret: Non eris solus, nec tui foliis indigebo: Ecce Eliseum quem vnges: Ecce tot viros fideles, qui idonei sunt, vt Prophetiæ spiritu instruantur: Non præsumptuose evanescas. Hæc doctrina, ait S. Aug. *Ser. 221.* ad illum pertinet, qui cum profecerit, putat quod ipse solus sit bonus, & hæc cogitatio etiam Eliam tentavit.

Cur fiat Dan coluber? Seu vt legit Pag. *Erit Dan vt serpens?* Quia vt cognovit Iudices ex ea tribu orituros, ferinos apprehendit commutari in vultus, & serpentinos indui mores. Videas non raro civem benemoratam, politicum, mansuetum, & pium, si Iudex sedeat, illico velut coluber veneno severitatis, præsumptionis, & superbiæ ita arroganter insanire, vt accedentes nuper amicos dedignetur, cæteros aspectu territet, & omnes præsumptuose fastidiat. Coluber est, qui paulo ante columba.

Cur fiat Dan coluber, & cerastes? Plurimi Patres id intellegant de Samsone, qui fuit ex tribu Dan quod manifestum fiet ex versione Caldaica. Nam sicut coluber in homines; ita Samson in Philistæos paravit insidias. Multi id intelligunt de Ante-Christo ex progenie Dan etiam, vt ipsi asserunt, nascituro: Nam sicut Cerastes multis dolis, & falaciæ præstigijs infantes, & incautos; ita Anti-Christus plurimos suis fraudibus destruet, & à vera fide suis quasi incantationibus deturbabit.

Sed quoniam nomen Dan indeclinabile ducitur sunt qui hic in dativo construunt, vertantque hunc sensum: Dan fi-

1817

Solus aptus ad aliquid arrogans fit.

1818

Iudices illico serpentes fiunt.

1819

Anti-Christus ex tribu Dan.

1820
Mulier eo
luber est.

lio meo, seu istius postero fiet coluber, id est Samsoni serpens fiet in foemina, qui, debellatis hostibus, factusque ip-
sis terribilis, vno huius colubri anhelitu corruet. Ita Euteb.
Emiff. Samson à Dalila tamquam serpente morfu corrui-
t, atque vna cum eo populus Israel.

1821
Foemina
afflatu ser-
pentis acta

Cur foemina coluber? Quia serpentis anhelitu affecta, & instructa, vel potentissimum vincit. Ipsum protoparentem Adam veneno mortifero ab statu innocentiae detruxit. Vnde Gennad. Neque absque re, ait, si mulieris fraudem serpenti accomodavit, & ipse Adam ab eo per mulierem deceptus est. Ita ille: sed Philip. Abb. sic de foemina cecinit.

Foemina flamma vorans, furor vltimus, vnica clades
Turpe putat, quoties turpia nulla gerit.

1822
Rabies foe-
minae pote-
ntissima.

Cur Samson, qui leonem interfecit, vrsu dilaceravit, tot Philistaeos nec inermes detrusit, à colubro vincitur, & prostratur? Quia coluber foeminis latebris abditus, & illecebris vsus, id potuit, quod non potuere ferinae rabies, & mille armati milites preliando. Validissimus omnium Samson legitur, ait S. Ambros. qui leonem etiam suis manibus strangu-
lavit: sed vtinam amorem suum suffocare potuisset.

1823
Luxuria
flamma ar-
dentissima

Vnde tanta vis in foemina à colubro afflata? Quia haec fedius, & frequentius, suis suggestionibus turpem viri affectum incendit, qui viris, & ardentibus voluptatis flammis inardescens quasi lethali morbo correptus, raro, aut summa cum difficultate, & non nisi grandi divinae gratiae auxilio excitari, & in se redire consuevit. Et vt loquitur S. Leo Papa anima gravi morbo vrgetur, si carnis voluptate mollitur.

1824
Luxuria
difficile
vincitur.

Cur ergo Draco ille, de quo in Apoc. 12. qui cauda tertiam partem stellarum traxit, (Vbi securitas à Dracone, si Coelum ipsum bestia praecepit) tamen foeminam, & filium, quem intendebat, devorare non potuit? Nimirum *raptus est filius eius ad Deum, & mulier fugit in solitudinem.* Vbi fugias non devoraveris, si praesentiam serpentis vites, habitans in solitudinem, non vinceris. Deinde: *Data sunt mulieri ala duae aquila magnae vt volaret,* vers. 14. Scilicet magnis auxiliorum divinatorum alis indigebis, vt vites, & fugias, aliter ipse Draco difffessum impediet, & fugam.

Sed aliam tanti cassus Samsonis causam recenset S. Ambros.,

brof. Victis Philistæis victoriam sibi arrogavit Samson exclamans: Iud. 15. 16. *In maxilla asini, & in mandibula pulli asinarum delevi eos, & percussi mille viros: Nec aram struxit,* ait S. Ambros. pro victoria Deo, nec hostiam immolavit. Sed utique, quam fortis in hostes, tam moderatus in victoria fuisset. Verum insolens in facto rerū secundarum animus, qui debuit eventum pugnæ divino favori deferre, sibi arrogavit. Ita S. Ambros. Vincatur ergo anhelitu serpentis, qui victorijs ab hostibus, non Deo, sed sibi addictis, superve evanescit, & insolenter sapit.

1825
Arrogatia
punita,

Cur *sicut cerastes in semita*? Hic Plurimi Patres Antichristum intelligi volunt, nam sicut cerastes, qui serpens est quadrigena cornicula gestans, eaque ostendens, reliquo corpore arenis repto, aves invitat ad pastum, easque sibi proximatas carpit, & devorat. Sic Antichristus, abdito suæ pestilentis doctrinæ veneno, per fictas simulationes, & prætigiosas voluptates homines ad se trahet devorandos.

1826
Anti-Chri-
stus iustus
cruciabit.

Hanc intelligentiam tamquam duviam recenset Toftatus. Refutat Oleaster tamquam fabulosam; sed eam admittit Pererius tamquam vetustissimam in populo Dei traditionem, plurimorum, atque nobilium scriptorum auctoritate firmatam. Imo, & aliqui Apocalipseos interpretes in cap. 7. affirmant, quod recensitis ibi cæteris tribubus, iisque signatis inter Dei servos, solam Ioannes silentio prætermiserit tribum Dan in odium, & detestationem Antichristi ex ea oriuri: nam tribus Ephraim significata iam erat per tribum Ioseph, quorum vna eademque erat.

1827
Anti-Chri-
stus ex tri-
bu Dan.

Cur *tribus Dan, seu Antichristus, iudicabit populum suum*? Tum quia illum, ut Regem primi omnium studiose sequentur Hebræi. Ita Pererius. Tum quia illis, quos suis illecebris irretiet ita dominabitur, ut hos elevet, illos deprimet, hos eximat, & præmiet: illos subeat crudeliter trucidare. Ideo S. Hier. pro Ceraste legit: *Regulus, seu Basiliscus.*

1828
Anti-Chri-
stus fiet
Rex.

Cur *coluber in via*? Quia per viam significantur filij huius sæculi latam voluptatum, & vitiorum viam tenentes, quibus erit Antichristus quasi *coluber in via*, id est, pestifera doctrina venenum erroris, & impietatis Lenocinijs, & blanditijs voluptatum imbutum eorum animis infundet.

1829
Blanditijs
decipiet,

1830
Anti-Chri-
stiquatuor
fraudes.

Cur *Cerastes in semita*? Quia per semitam significantur homines arctioris, & severioris vitæ, per semitam iustitiæ, & divinorum mandatorum ambulantes: Et sicut Cerastes quadrigenis cornibus alliciens, carpens, & devorans, sic Antichristus quatuor maxime illecebris sectatores virtutis, & pietatis atrahere, & seducere conabitur, simulatione sanctitatis; ostentatione scientiæ, & eloquentiæ: Deinde mirabilitate fictorum prodigiorum: Demum terrore potentæ suæ, ac tormentorum, quibus sibi adversantes cruciabit.

1831
Veniet ex
tremo mû
di tēpore.

Cur *mordens ungulas equi*? Equus animal est magni fastus, & ambitiones, & mundum designat: vngula extremum est corporis, ac proinde significat extremum mundi tempus, quo venturus est Antichristus mordere calcaneum equi, seu mundi, & contra hunc atrocissimam persecutionem concitare.

1832
Potentes
detradet.

Cur *ut cadat ascensor*? Quia ascensores equorum sunt Potentes, & mundi Principes, bonis, & delicijs eius affluentes, quos ut voluptatibus magis addictos facilius cæteris in suam sententiam, & obsequium, Antichristus pertrahet.

1833
Iusti ante
faciẽs; mali
retrocadũt

Cur *ut cadat ascensor retro*? Quia Antichristi sequaces retro cadent. Et quid est retro cadere? Interrogat S. Greg. *hom. 9. in Ezech.* Nisi quod electi in faciem, reprobi retro cadunt. Omnis qui post se cadit, ibi proculdubio cadit, vbi non videt; qui vero ante se ceciderit, ibi cadit, vbi videt.

Quod expendens lib. 3. 1. Moral. cap. 10. ait: in faciem cadere est in hac vita suas culpas, quas videt, agnoscere, easque pœnitendo deslere; retro vero, quod non videtur, cadere est ex hac vita repente decedere, & ad quæ supplicia deducatur ignorare. Ascensores equi, quos Cerastes seu Ante-Christus mordebit, retro cadent, æternis supplicijs cruciandi.

1834
Suspiria in
ora mortis

Cur *salutare tuum expectabo Domine*? Oleaster sic respondet: Quemadmodum solent senes, ægroti, & morti proximi emittere suspiria, ita Iacob in confinio vitæ exclamat ad Deum, sed cum fiducia. Quod si Propheta tantus, qui dignatus est cœlos, cœlorumque Dominum inter supernos spiritus conspiciere, Angelo colluctare, & ab illo benedici, sic

suspirat, sic exclamat, qualiter suspiria inconsolabilia mittet, qui inter delicias mundi æternitatis oblitus ita vixit, ut si nunquam moriturus esset? Aliter alij sensum huius loci explicant, mihi aptior videtur, quæ continetur in lectione Caldaica.

Salutare tuum expectabo: Nimirum, prævisâ strage ab Anti-Christo tyrannice in iustos exercenda, solatium habet expectans Messiam, qui impium debellabit, & interficiet spiritu oris sui, illum puniendo, & populum ab eius crudelitate liberando.

1835
Spes in
Deo.

Vers. XIX. GAD, ACCINCTVS PRÆLIABITVR
ante eum: & ipse accingetur retrorsum.

V E R S I O N E S.

Sep. *Gad tentatio tentabit eum, & ipse tentavit eum secus pedes.*

Cald. *Castra armatorum de domo Gad transibunt Iordanem ad prælium coram fratribus suis, & cum multa substantia revertentur in terram suam.*

Pag. *Gad exercitum succidet, & ipse succidet calcaneum.*

Arias: *Exercitus superavit eum, & ipse superabit tandem.*

Oleast. *Exercitavit eum, & ipse exercitabitur in fine.*

Eug. *Armatus præliabitur, & ipse expedietur, aut oppugnabit calcaneum.*

Alij. *Turma militum circumdabit eum, ipse vero propugnabit calcaneum.*

Caiet. *Congregationem congregabit, & ipse congregabit calcæ.*

S. Hier. *Gad latrunculus latrocinabitur eum, & ipse latrocina-bitur plantam.*

Cur *Gad accinctus præliabitur*? Quia hæc tribus tute iam possidens sibi assignatam sortem citra Jordanem, relictis suis terris, & possessionibus Jordanem transivit ad pugnandum pro fratribus, quos inter dividenda erat terra promissionis; sed eradicandis, eijciendisque per multa prælia Chananæis eam possidentibus. Quod executus est magna cum sui laude Gad, dignissimus sane tota commendatione, &

1836
Frates de
fendere
laudabile;

honore, qui non pro suo, sed pro fratrum lucro tanti belli periculis se exposuit.

1827
Fratres
per te de-
fendendi.

Cur ipse *Gad accinctus*? Quia in negotio adiuvandi suos, praliandique pro fratribus, non alijs, non suis ducibus, aut Dynastis bellum comisit: Ipse se accinxit gladio, per se dimicavit, ut fratres terre promissæ possessionem adeptiscerentur, & pacifice quisque suam sortem occuparet. Magnum in consanguineos amoris, pietatis, & fortitudinis argumentum.

1838
Milites in
pediuntur
ad pugna.

Accinctus: Scilicet, illis præcisse necessarijs, quæ conducebant ad prælium, prælijque victoriam; relictis omnibus impedimentis vxorum, filiorum, gregum; cæterisque supellectilibus domesticis, ne pugnae impedimento essent. Hodie milites tot circumdantur comitatibus, mulis, oneribus, & etiam fœminis, ut potius spatium iucunde, quam strenue pugnare; potius ad delicias veneris, quam ad exercitia Martis progredi videantur.

1839
Prior in
arduis glo-
riofior.

Cur *præliabitur ante eum*? Nimirum, quia ante omnem exercitum, ex multis millibus aggregatum, ipse prior tranabit vadum Jordanis hostes ad pugnam vocaturus. In rebus arduis ille sane laudem commendationis meretur, qui prior agreditur imperterritus, quique suo exemplo cæteros atrahit ad operandum. Vix nullus est qui non insiliat; qui non inviretur; qui ducem non sequatur pugnantem.

1840
Victores
caute rece-
dant.

Cur *ipse accinctus retrorsum*? Quia peractis Chananæorum prælijs victor ad suam sedem recessit à castris; sed ea rei militaris arte, ut retrorsum accingeretur armatus, ne recedendo improvidus novis hostium incurfibus exponeretur. Quod non nunquam victores male cautos prostravit, dum spolijs onusti gradiuntur, subita hostium irruptione sua sæpe vincuntur victoria; suo sepeliuntur triumpho.

1841
Dæmonē
qui vicit
vigilet.

Quod magis cavendum est in eo, qui diaboli insidias, & suggestiones potenter superavit. Sumet hostis iracundus, & rabidus alios septem spiritus nequiores se, ut acriori ausu, maiori que conatu, irruat in victorem, & si accinctum non inveniat, victum obruat, & destruat. Heu! Time hostem, quem semel vicisti, prostratum.

Cur Moyses Deut. 33. sic benedixit: *Benedictus in latitudine Gad*? Quia felicem censet ex latitudine terræ, quam sa-

fatis amplam, spatiosam, & fertilem sortiti sunt Gaditæ. Felices profus, quibus Deus regionem foecundam concesserit habitandam. Deinde in latitudine fortitudinis suæ: Nam Gaditæ præliantes ita validi erant, & robusti, vt vno ictu caput aduersantis cum brachio, & pectore scindebant, vt tenet Abul. *quæst. 8. in 2. Num.*

1842
Ferultas
felicitas
adfert.

Cur quasi leo requiebit? Seu vt cecinit Debbora. Iud. 5. 17. *Galaad trans Iordanem quiescebat?* Quia demortuis suis maioribus, qui tot prælijs, ijsque cruentis, Chananæos destruxerunt, nepotes à fortitudine animi degenerarunt: Leones titulo decorabantur; sed ea ratione, qua Prisci tantam gloriam adepti sunt, quam illi quiescentes, & velut orientes augere nescierunt. Honorati, & titulis, & insignibus circumdati degunt tumidi quam plures, qui quiescunt ea gloria contenti, quæ non illi; sed sui Progenitores sanguine, & laboribus acquisierunt.

1843
Nobiles
degenerat
quandoq;

Cur toties in versionibus geminatur *ly calcaneum* sive *calcem*, sive *finem*? Vt denotetur constantia Gad in præliando, qui inuito bello, relicta propria sede, & forte, per quatuordecim annos permanfit, quo vsque debellatis, & destrutis ex tota regione Chananæis, fratres in quietâ suæ sortis possessione reliquit. Nullus tibi honos, si quod incipias non reducas ad calcem.

1844
Perseverã
tia, vsque
ad finem,

Cur vidit principatum suum, & loquitur Moles, dicto cap. 33. *Deuter.* Seu vt legit Cald. *Suscipiet in principio partem suam?* Quia principium sortis, & possessionis Hebræorum fuit in terra Og, & Sehon, quam possederunt Gaditæ antequam aliæ tribus transfirent Jordanem, & suam sortem obtinerent. Quasi principium visurus esset Gad completæ promissionis Dei in traditione terræ Palestina.

1847
Gad pri-
mus posses-
sor terræ
promissæ.

Cur vidit quod in parte sua Doctor esset repositus? Quia circa montem Nebo, qui erat in tribu Ruben, sepeliendus erat Doctor, & Legislator Moyfes, proxime ad terram Gad; sed quia erat trans Iordanem, in qua regione eminebant, & quasi dominabantur Gaditæ, hoc eis tribuit Scriptura. Vt felicior haberetur eorum fors vicinitate cineris, & sepulchri tanti viri Deo chari, omnibusque titulis honorandi.

1848
Sepulchra
sanctorum

Vers. XX. ASER, PINGVIS PANIS EIVS, ET PRÆ-
bebit delicias Regibus.

V E R S I O N E S.

S Ep. *Ipse dabit delicias principibus.*

Cald. *Terra Aser optima erit, & ipse enutrietur delicijs Regum, fruatur bonis terre optimis.*

Pag. *Ipse fruatur delicijs Regis.*

Oleast. *Aser panis oleo litus, ipse dabit voluptates Regis.*

1847
Nominis
ethymon.

Cur Aser, qui prius hic, & in cantico Debboræ nominatur, & à Moyli 33. Deut. benedictione prævenitur, cum ait: *Benedictus in filijs Aser?* Quia ipsum nomen felicitatem significat, seu beatitudinem: Sic impositum iam in sua natiuitate à matre Lia dicente, cum incredibili gaudio, & exultatione: *Hoc pro beatitudine mea, beatam me dicent mulieres: propterea vocavit eum Aser.* Gen. 30.

1848
Dapes de
licatæ po-
tentibus.

Cur *pinguis panis eius?* Quia significare vult terram ipsius sortis non solum feracem; sed res adeo sapidas, delicatas, & pretiosas prouenturam, vt eas reges, & potentes, tamquam summam delicias, expetitur, empturi, & suis mensis apposituri sint.

1849
Vnguenti
vlus apud
piscos.

Cur legit Oleaster: *Aser panis oleo litus?* Quia oleum, cuius erat feracissima illa regio, tantum erit, vt supersit ad conficienda pretiosa vnguenta, quibus reges pro summis delicijs vtuntur. Vlus enim vnguentorum frequentissimus in regibus orientis, quibus pro delicijs delibantur pupuli Mag-nates, cuius defectum obiecit Christus Phariseo dicens: *Oleo caput meum non vnxiisti* Luc. 7.

1850
Panis Eu-
charistiæ
pinguis.

Cur rursus: *Pinguis est panis eius?* Quia de pane à Chri-sto Domino consecrando intelligitur, qui panis est omnium charismatum abundantia refertus, pinguis ex oleo: Nam præcipua ratio condendi Sacramentum Eucharistiæ fuit im-mensa Dei charitas, & misericordia in homines: *Misericors, & miserator Dominus escam dedit timentibus se.* Pl. 110.

Cur *pinguis panis eius?* Quia ad contrapositionem Man-na dicitur, corpora tantum pascentis, & ideo incrassatus di-

dilectus recalcitravit. Deut. 32. Ad panis Aser Eucharistici digne fumentibus animum pascit, & faginat, iuxta illud Tertul. de Resurect. cap. 8. caro corpore, & sanguine Christi vescitur, vt, & Anima de Deo faginetur.

Eucharistia animam faciat.

Cur panis ille Aser dicitur? Quia nomen Aser divitias significat; ergo Aser erit ille panis, in quo omnes divinae potentiae thesauri comprehenduntur. Et abundanter continentur. Favet S. Ambros. cap. 9. de Benedict. Aser, ait, significat divitias. Quis igitur dives, nisi ubi altitudo divitiarum est sapientiae, & scientiae Dei? Quis dives nisi Dominus Iesus, qui abundat semper, & non deficit? *Pinguis panis*, oleo scilicet delibutus, & oleo charitatis sumendus. Quare nullus accipiat, nisi oleo Spiritus Sancti, hoc est divina gratia, animum purget, & sanctificet. Sane à nuptijs agni, vel virgines expelluntur, quia non sumpserunt secum oleum charitatis, & devotionis. Audi S. Pasc. sic loquutum: Neque caro, & sanguis sine oleo Spiritus Sancti prodest nobis, imo magis officit, ideo quisquis recte vult communicare, sic vivat necesse est, vt templum Spiritus Sancti semper esse queat. Sic S. Pasc. lib. de Corp. Dom. cap. 21.

1852
Divitias continet.

1853
Charitas ad communicandum

Cur panis pinguis? Cur non candidus, vel roseus? Cur non tener, & bene subactus? Cur non dulcis, & suavis? Quia immensa charismatum bona, & admirabiles profus excellentiae receneri, aut singillatim describi, nullo modo possunt, nisi sub pinguedinis diffusa methaphora aliquo modo explicentur. Suavitatem huius Sacramenti, ait S. Thomas opus, 57. nullus digne exprimere sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur.

1854
Eucharistiae bona explicari non possunt

Cur Moyses Aser sic benedixit: *Benedictus in filiis Aser?* Scilicet in filiis, qui in sua mensa pingui illo pane vescuntur. Tales enim, qui frequenter coelesti illo pabulo sustentantur floridi moribus, & ornati virtutibus, ita florent, vt sibi, & parentibus gloriam, honorem, & benedictionem consequantur. *Benedixit filiis tuis tuis in te*, ait Ps. 147. 2. sed si advertas, rationem tantae benedictionis exposuit: Scilicet; *adipe frumenti satiat te*. Familia nempe, quae hoc epulo alitur, ita benedicitur, vt pater in filiis, & filij in patre benedicantur.

1855
Filij boni Patrem benedicunt.

1856
Invidia in
ter fratres
versatur.

Cur sit placens fratribus suis? Quia Aser dives, & tamen fratribus placens pro summa benedictione, & miraculo est. Divitem, & felicem fratrem à fratribus non invideri, quid magis expetendum, cum invidia primo debacchata sit inter fratres, quæ fratrem in fratrem armavit, & nisi fraterno, & innocente sanguine saturari non potuit.

1857
Pulchritudo pretiosa apud hoies.

Alij sic explicant: Sit placens fratribus: Quia tulit illa regio iuvenes formosissimos, virginesque pulcherrimas, unde à cæteris tribubus, hæc Aseritarum plaudebatur ob pulchritudinem, & decorem filiorum, quod apud mortales summo in pretio, & gloria semper habitum celebratur. Unde tanta venustas in filijs Aser? Naturales id attribuant amoenitatè, & salubritatè soli, atque temperamento cœli, nam experimento novimus certis regionibus nasci homines sanguineæ complexionis: ex qua temperie, maior vivacitas, & venustior facies efflorescit.

Ex salubritate terræ.

Pulchritudo ex Eucharistia.

Sed altius, & mystice discurrendo forte illa pulchritudo ex mente cœlesti pabulo, pane scilicet Aser, imbuta, & facciata proeedebat. Pulchritudo enim, & iucunditas animæ, ex Eucharistico pane concepta, suam venustatem corpori communicat; exteriusque reddit gratiosum, & placidum.

1858
Senes non tepescant.

Cur sicut dies iuventutis tue ita, & senectus tua? Magna sane benedictio, quod ita consistamus in bonis, ut senectus mores bonos iuventutis adulterare non possit. Sunt senes, qui ob ætatem exercitia iuventutis prorsus illi obliterari videantur, & religiosi status observantiam pertæsi, prioris vitæ fervores, & officia pietatis, & devotionis obliviscantur.

1859
Tirones amittentes fervorem.

Sed foedissime id contingere aliquando solet in tironibus, qui vix expleto probationis, & sanctioris vitæ tempore, fervorem non solum amittant; sed eiecerint. Exultarunt ut Gigantes ad currendam viam; sed non dum expleta iuventute pueriles redduntur, & commutatis in apparatus deliciarum mortificationis instrumentis, viam deserunt, ut sint scandalo transeuntibus per viam.

Vers. XXI. NEPHTHALI, CERVVVS EMISSVS, ET dans eloquia pulchritudinis.

VER-

VERSIONES.

Sep. Nephthali virgultum resolutum, dans in germine pulchritudinem.

Cald. In terra optima cadet fors eius, & possessio eius erit faciens fructus, laudabunt, & benedicent super eos.

Pag. Vt cerua dimissa dans eloquia pulchritudinis.

Oleast. Animal forte dimissum dans eloquia sonora.

S. Hier. Ager irriguus, dans eloquia pulchritudinis.

S. Ambr. Vitis remissa porrigens in germine decorem.

S. Chris. Stirps emissivus multiplicans in germine pulchritudine.

Proc. Truncus expectans, & dans propagini pulchritudinem.

Cur Nephthali cervus emissus? A celeritate operandi commendationem auspiciatur: Quia sicut tardus, & piger ob inertiam, & morositatem fastidium generat spectanti, eiusque opus pro ignavo, & nulla aestimatione recipitur; ita qui veloci cursu ad opus properat, illudque exequitur, excellenti quadam laudatione celebratur. Bis operatur, qui cito; quasi duplici pro veloci executione commendatione celebratus.

Cervus emissus: Quia, ut ait Lyran. fructus terræ in eius forte prius maturescebant, & inde fiebant oblationes primitivorum. Ita Lyr. Quasi ille benedictionibus, encomijsque celebratur, qui ab infantia ad opera virtutis senescit, eaque exequutus ita cucurrerit, ut cito maturescerit, saposque fructus ab ineunte ætate produxerit. Ideo de Nephthali Moyses, Deut. cap. 33. ait: *Plenus erit benedictionibus Domini.*

Cur dans eloquia pulchritudinis? Quia illi fructus, qui festinato erumpebant, primo ad tabernaculum Silo, dein ad templum Hierosolimitanum tamquam primitiæ ferebantur. Unde Sacerdotes, & Levitæ pulchras laudes Deo offerebant, ut ait Lyran. Pulchre enim laudamus Deum, cum de nostris illi, tamquam omnium autori, & creatori, quid offerimus; eique pro datis fructibus gratificamus. Ni dicamus laudes ex ore Sacerdotum pulchras esse, & acceptas apud Deum.

Porro eloquia pulchritudinis dedit latissimum illud ac triumphale canticum Deboræ ex Tribu Nephthali post cito partam ex Sisara victoriam quod cap. 5. Iudic. continetur.

Vbi quum,

1860

Celeritas
in operan
do celebra
ta.

1861

Infantia
virtuosa.

1862

Oblatio fa
cta Deo,
laus pul
chra.

1864

Actio gra
tiam pul
chrum elo
quium,

Vbi honor, laus, & protectio omnipotentis per omnes gentes, atatesque omnes mirifice decantatur. Pulchra sane eloquia mittit, qui victorias Domino protegēti refert acceptas.

Cur in hoc cantico laudis, & *eloquia pulchritudinis* illud præcinitur: *Nova bella elegit Dominus.* Iud. cap 5 ver. 8.

1865
Victoria à
B. V. cita.

Quia quid novum, & inopinatum fuit ad conspectum foeminae exercitum magnum cum nongentis falcatis curribus momento temporis corruisse. Quo insinuare voluit foeminam, B. scilicet Virginem Mariam, cuius fuit Debbora typus, quæ prius serpentis caput contrivit, sua protectione victorias pro sibi addictis adepturam.

1866
Victoria
ex prote-
ctione B. M.

Dices: Barac victoriam consecutum. Ita; sed influxu foeminae, sine cuius comitatu, & societate, noluit ad bellum descendere, dicens: *Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecum, non pergam.* Iud. 4. 8. Quasi triumphum ab inimicis, nisi præsentem, & protegente Debbora, Mariæ referente protectionem, & umbram, non consecuturum.

1867
Foeminae
victrices
ex nomine
B. V.

Sed cur *nova bella*, cum vnum tantum, & cito consecutum fuerit? Quia Prophetissa Debbora alias victorias per foeminas, quæ B. Virginem representarent, prænuñtiavit. Primum prælens. 2. Iaelis conterentis clavo caput Sisaræ Iudic. 4. 21. 3. Illius mulieris quæ Abimelech fratrum interfectorem, ad oppugnandam arcem Thebes accedentem fragmine molæ super caput ex turri detrudens cerebrum elisit. Iudic. 9. 53. 4. Tandem Iudith, omni memorabilis ævo, Holofernis caput abscondentis Iudith cap. 13.

1868
Maria vi-
trix.

Hæ foeminae, quia Mariæ gesserunt typum, has illustres victorias ab hostibus reportarunt. Quales reportabit illa suavis, & decora sicut Hierusalem; sed quæ prædicatur *terribilis ut castrorum acies ordinata*? Cant. 4. Vnde opportune Rupertus: sicut amicis decora, ait, & amabilis: Ita hostibus pavenda est, atque terribilis.

1869
Fructus
primi pre-
tiosiores.

Cur Moyses Nephthali benedicturus Deut. 33. ait: *Abundantia perfruetur*? Non tam quia fructus possidebit vberrimos; sed quia primi fructus, qui ante alios erumpunt, & cito maturescunt pretiosiores, sapidiores, & plus abundare, præcedente eorum penuria, videntur.

Cur de descendētibz ad hoc bellum ait Debbora: *Ob-*

tulerunt animas suas morti? Quia nova bella elegit Dominus. Inermes fecit fortes, & triumphales, ait Glosa, cum nec clipeus, nec hasta inveniri poterat in Israel: quia Iabin Rex Chanaan abstulerat eis arma; ergo inermes descendentes morti, se proculdubio obtulerunt. Sed deficientibus armis Debboræ, id est, Mariæ patrocinio fisci, de cælo dimicatum est contra eos: stelle manentes in ordine, & cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt. Iud. 5.

1870
Stellæ pro
Mariæ pug
nant.

Cur de terra Nephthali, sicut de terra Zabulon dicitur, quod *populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam*? Quia eodem tempore lux Evangelica, ob Christi prædicationem in terra Nephthali illuxit. Unde populus ille habuit illico *eloquia pulchritudinis*, ob promulgata ibi eloquia Evangelij, quæ ubique illustant, illuminant, & decorant. *Declaratio sermonum tuorum illuminat.* Pf. 118. 130.

1871
Evangelij
eloquium
pulchritu
dinis.

Sed omittendum non est quod adnotavit Pererius, scilicet, quod *ly: Dans eloquia pulchritudinis*, significat Nephthalitas in omni sermone fore blandos, elegantes, affabiles, & humanitatis, atque vrbanitatis gratia, omnium sibi animos, & studia facile conciliaturos. Hæc Perer. ex Masio. Unde ex comitate, & vrbanitate suorum benedictionem auspiciatur Nephthali.

1872
Vrbanitas
benedici
tur.

Cervus emissus: Quia cervus, si semel irretietur, & in laqueum cadat, si proprijs viribus contendens emittatur, aut sua, aliave arte extricetur, ita velociter fugiat, & elongetur, vt talem stationem nunquam recurat. Cervus emissus eris, & benedictione dignus, dum ab occasione, vbi lapsus timeas ita elongeris, vt nec loci limina à longe salutes.

1873
Fugiens
occasionē
benedici
tur.

Cervus emissus dans eloquia pulchritudinis: Ad Apostolos, & prædicatores refertur; quia ex hac tribu, ait Glosa, fuerunt Apostoli. Prædicatores ergo ex sua sorte orituros depinxit Iacob sub nomine filij. Cervum dicit imitatuos, currendi facultate pernissimum, vt celeritas ad peragrandum insinuetur. *Speciosi dicuntur pedes evangelizantium.* Ad Rom. 10. 15. at cur speciosi? Quia ex celeritate perfecti. *Qui perfecit, pedes meos quasi cervorum.* Pf. 17. 34. Et Habacuc. 3. 19. *Perfecisti pedes meos quasi cervorum.*

1874
Prædicato
res velo
ces.

Emissus: Quia Prædicator non exit ad prædicandum,
Tom. 6. Ff an.

Prædicator qui mittitur.

antequam mittatur, nec suo arbitrio ducitur; sed divinum expectat, ne illud audiat à Deo increpante: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.* Jerem. 23. 21.

Prædicator verus.

Dans eloquia pulchritudinis: Ea scilicet, quæ non nitantur humanæ sapientiæ verbis, non in fabulis, & fictionibus; sed in spiritu, & soliditate sacrarum scripturarum, in quibus versari assidue debet Prædicator, cuius decor, ait Richar, omnem superat pulchritudinem.

Vers. XXII. FILIVS ACCRESCENS IOSEPH, FILIVS accrescens & decorus aspectu: Filiaë discurrerunt super murum.

Vers. XXIII. SED EXASPERAVERUNT EVM, ET iurgati sunt, invideruntque illi habentes iacula.

V E R S I O N E S.

Sep. *Filius auctus Ioseph, filius auctus meus zelatus, filius meus adolescentior ad me revertere. In quem consilia conferentes maledicebant in eum Domini sagittationum.*

Cald. *Filius, qui benedicetur, quasi vitis, quæ plantata est iuxta fontem aquarum, duæ tribus egredientur de filijs suis suscipientque partem, & hereditatem suam. Et coangustaverunt eum viri fortes, viri dissentionum.*

Pag. *Vt ramus crecens Ioseph filius fructificans. Et amaricarum verunt eum, & iaculaverunt eum sagittarij.*

Oleast. *Filius fructificans Ioseph. Amaritudine effecerunt eum, & multiplicaverunt se, aut sagittas contra eum, odio habuerunt eum Domini sagittarum.*

Caier. *Filius decorus Ioseph, filiaë inceserunt super fontem.*

S. Chrisof. *Filius auctus Ioseph amabilis, & insidiati sunt ei viri sagittationum.*

S. Ambros. *Filius meus ampliatus Ioseph, vel appetitivus adolescentior ad me revertere.*

Procop. *Filius fructificationis Ioseph filius obertatis iuxta fontem.*

Vatab. *Odio habuerunt eum Magistri sagittarum.*

Cur ita diffuse, eleganter, imo, & panegirice loquitur

Jacob de filio Ioseph? Quia erat filius magis dilectus. Parcus in laudibus non est amor, diffunditur in encomijs dilecti; nescit sine laude loqui de eo, quem ex corde diligit.

Amator
laudat
amatum.

Sed ea potissima ratio, quam recenset S. Ambros. cap. II. dicens: Quia præfigurata in eo iam Christi videbat misteria: Unde benedicens illum magis, qui expectabatur, quam illum, qui videbatur filius ampliatus meus Ioseph, & quis est ampliandus nisi Christus, cuius gratia finem non habet?

1877
Myteria
Christi præ
figurata.

Quæres in quibus Ioseph Christi pertulit figuram? Quia Patri fuit summe dilectus: Fuit ab eo veste polymita indutus: venditus à fratribus: ex servitute, & carcere euectus ad summam dignitatem, & potentiam: Orbem à fame liberavit; & Ægypti salvator appellatus est: Accrescens fuit Ioseph. De Christo annuntiavit Baptista: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Ioann. 3. 30.

1878
Ioseph fi-
gura Chri-
sti in mul-
tis.

Cur filius accrescens Ioseph? Quia ex nominis etymologia elogij sumpsit exordium. Vbi natus est Ioseph, Mater sic enuntiavit: *Addat mihi Dominus filium alterum.* Gen. 30. 24. Itaque nomen Ioseph additamentum significat, incrementum, seu augmentum.

1879
Ioseph aug-
mentum
signat.

Crevit deinde Ioseph in amore, & æstimatione patris: crevit ad Principatum, non modo fratrum; sed etiam totius Ægypti: Crevit in posteritate, quippe, qui duas Tribus numerosissimas, Manasses, scilicet, & Ephraim amplexatus est: Crevit ut lapis ille Daniel 2. 33. primo quidem parvulus, sed in tantam excrevit amplitudinem, ut omnem terram impleverit. Ut granum sinapis ex se minutissimum, ut maximam creverit in arborem. Matth. 13. 31.

1880
Iosephi in-
crementa.

Cur filius accrescens geminatur? Quia duplici crevit incremento, ut ait Glosa, crevit virtute, & dignitate sæculi. Nulla siquidem gloria est; nullum augmentum, si solum crescat sæculi dignitate, nullaque erit benedictio. Nihil proficit, ait S. Cyprian. habere dominandi potestatem; nisi spiritu regatur auctoris. Expressius Casiod. lib. 12. præf. 2. Nullam gloriam recipit, qui dives vocatur. Contra, omni laude decoratur, qui iustus dicitur.

1881
Incrementum sine
virtute
nullum.

Sed quantis multiplicatus incrementis creverit, & auctus sit Ioseph B. Mariæ Sponsus? Crevit virtutibus cum ab

1882
S. Iosephi
incrementa

Spiritu Santo Iustus appelleretur. Matth. 1. 19. Crevit dignitate, non sæculi, quæ vana solet esse; sed superiori, & nobilissimo munere, & titulo, cum Pater Iesu appellari mereretur: Crevit imperio, cum illi puer Iesu subderetur: Crevit æstimatione B. Virginis, quem vt sponsum reverita est: Crevit posteritate cum Christus Iesus eius filius censeretur.

1883
Cito decidunt qui cito crel-cunt,

Geminatur deinde ly *filius accrescens*, ne repente, sed lente, & suos quasi per gradus crevisse intelligatur. Suspecta, & minus tuta est, dignitas intemptiva, cito decedit, qui cito conscendit. Ideo Pag. leg. *Vt namus crescens Ioseph*. Lente ramos suos arbor extendit, vt diu consistant, olera facillime cresunt; sed sua levitate facilius marcescunt. Nabuci statua, vt elevata repente apparuit, citissime resoluta est.

1885
Pulchritudo casta comédata

Cur decorus aspectu? Nimirum, pulchritudinem oris eius non celebrat, præcisse quia decorus aspectu; sed quia cum pulchritudine corporis decorem servarit in mente: Quia quanto maior, ait Honcala, alicui est pulchritudo; tanto est in eo castitas commendatior, qui constanter procantium improbitati resistit.

1886
Pulchritudo donum Dei.

Qua propter horrabatur S. Chris. castitatem Iosephi pulchri, iuvenis, & toties expetiti commendans, *hom. 3 2. in Gen.* Nullus igitur accuset pulchritudinem, nullus inutilia hæc verba dicat: Hanc perdidit forma: huic pulchritudo causa fuit interitus, non pulchritudo in causa est, absit: opus enim Dei est, & ipsa: Sed perversa voluntas malorum omnium causa est.

1887
Pulchritudo cum honestate.

Cur Iacob detinetur in venustate aspectus? Quia Parentes iucundissime delectantur in filiorum decore, & pulchritudine, eosque magis diligere, amplecti, & benedicere videntur, quos venustiores concipiunt. Quamvis Iacob commendat in Ioseph externam corporis formam, cum innocentia vitæ, & morum honestate coniunctam. Favere videtur Zeno. *serm. de pud.* Ioseph Hebræus adolescens, clarus genere, clarior pulchritudine, clarissimus probitate.

1888
Virtuosus vere pulcher,

De Absalon dicitur quod erat pulcher in Israel, & decorus nimis. 2. *Reg.* 14. 25. De Adonia quod erat pulcher valde. 3. *Reg.* 1. 6. Neuter tamen ob pulchritudinem benedici dicitur: Quia cum illa corporis elegantia non iungeba-

tur animi virtus. Quare Clem. Alex. lib. 2. cap. 12. ait: In ipsa anima pulchritudo apparet, & turpitudine; & ideo is solus, qui est virtute præditus, vere est pulcher, & honestus.

Cur filia discurrerunt super murum? Hebraice est filia in singulari, inde Rupertus id referri vult ad Dominam Ioseph, quæ amore eius capta, vage, & petulanter eum videre gestiebat, discurrebatque super murum illum fortissimum, si forte deturbare, & vincere posset. In singulari ponitur, cum nostra vulgata ponat in plurali; quia vna fœmina impudica incendijs acta libidinis multis ad expugnandum æquivalet.

Sed ea potior ratio, scilicet, cum Ægyptiæ audirent eximia facta Ioseph, eius prudentiam, moderationem, & affabilitatem; cum ille per modestiam ab oculis fœminarum se subtraheret, filiæ illius regionis per muros, vt tantum virum viderent, & mirarentur, curiose incedebant. Felix ille Princeps, cuius desiderant servi vultum aspicere. Sicuti odibilis, reter ille, & ferox superior æstimatur, cuius conspectum odeant subditi, præsentiam detestantur, & fugere colloquia.

Filia discurrerunt super murum. Vt, scilicet, conspicerent eum, qui nunquam in eas oculos iniecerat. Novimus Ioseph adamatum, & sapius moleste expetitur à Domina: modo filias Ægyptias, vt eum conspicerent per muros curiose discurrisse; nunquam legimus Ioseph oculos suos in fœminam aliquam iniectisse. Ea cur elegantior servavit pulchritudinem honestatis.

Iuvenis David inter puellarum choros triumphum decantantes, eique plaudentes pudicus transivit, nulla illarum redamata, aut requisita; iam senior à solario distantem longe fœminam, vt vidit, expetivit: vt expetivit, moechatus est. Averte ergo oculos ne cor rapiant, & venustatem corporis, & mentis deturpent.

Cur exasperaverunt eum? Quia domestici in invidiam rapti contentiones, & rixas concitaverunt in eum. Quasi dicat, occurrit Lyra, quamvis esset graciosus, etiam alienis gentibus, tamen fratres sui eum dure tractaverunt. Scilicet ab exteris honoratus, à suis iniurijs lacessitus, atque in mancipium barbaris venditus. Sic verificatur illud Mich. 7. 6. & Matth. 10. *Inimici hominis domestici eius.* Vnde monet sa-

1889

Vna impudica promittit ad damnandum.

1890

Superior qui quaeritur, & evitatur.

1891

Oculorum custodia.

1892

Modestia in oculis.

1893

Domestici inimici.

piens. Ecclef. 32. *A domesticis tuis attende.*

1894
Murmura
tionis ſa
gittæ.

Cur inviderunt eum habentes iacula? Quia invidi linguas convertunt in iacula, quibus potenter armantur labia blæterantium. *Filij hominum*, aiebat Pf. 56. *5. dentes eorum arma, & ſagittæ: lingua eorum gladius acutus.* Sic armatur detractor, vt nullum illi deſit instrumentum, vt noceat. Quare addit noſter Bellarmin. Significatur detractio, quæ per instrumenta dentium, & linguæ formatur, & non minus nocet, quam lancea, & ſagitta, & gladius.

1895
Murmura
tio abſen
tes ferit.

Cur iacula? A iaciendo, nam ſagittæ, quas iſti *ſagittarum Domini*, vt vertit Pagninus, eijciunt, vel fugientem confequuntur, latitantem configunt, & abſentem vulnerant. Ad illa verba Ierem. 9. 3. *Extenderunt linguas ſuas quaſi arcum.* Sic apponit Scribanus: Velox ſagitta eſt, velocior lingua: Fuge, aſſequitur fugientem: abde te in recondiſſimas ſpecus terræ, penetrabit illuc: traſmitte maria, navigabit eadem, &c.

1896
Inſidiæ à
fratribus
intolerabi
les.

Cur Ioseph aliunde mitis, & patiens, vel inter compedes manſuetus, & pius, hic exaſperari dicitur? Quia ab hominibus, & præcipue fratribus, impeti, & inſidiari ita durum, & intollerabile eſt, vt vel patientiſſimum exaſperet. Id videtur inſinuare Pf. 54. 13. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem utique.* Tu vero homo unanimis, &c.

1897
Tribulatio
à Deo tole
ratur.

Deinde: calamitas ab hominibus illata deteſtabilior, & acerbior eſt, à manu Dei libentius admittitur. Fugiens Elias indignationem Iezabel, ſedens ſubter Iuniperum *petiit animæ ſuæ vt moreretur.* 3. Reg. 19. Mortem fugis, & mori petis? Ita, ait Angelomus. Conſidero virum timore percuſſum, de manu Dei mortem petere, de manu vero mulieris mortem fugiendo vitare. Huc ſpectat illud Davidis, ad Gad Prophetam: *Coarctor nimis: ſed melius eſt vt incidam in manu Domini, quam in manus hominum.* 2. Reg. 24. 14.

1898
Filius, qui
decorat ſa
miliam.

Cur inter cæteros ſolus Ioseph bis filius vocatur? Reſpondet Caiet. Prius commendat Ioseph de aumento conſuplicando *ſilius accreſcens*, eo quod creverit ſibi, & creverit domus univerſa Iacob; ſolus Ioseph inter fratres filij nomen acquiſiſvit, parenti æqualem, & condignam oſtendit prolem, qui ſolus patrem, & totam familiam auxit.

Cur

Cur *inviderunt habentes iacula?* Inviderunt, scilicet, fortitudinem, & dexteritatem in pugnando, & vincendo Ioseph, qui alis tantum ad fugiendum instructus, iacula, sagittas, & arcus fortiter depugnantium illudit, & ab illis triumphum reportavit.

1899
Fuga vi-
trix,

Vers. XXIV. SEDIT IN FORTI ARCVS EIVS, ET dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: Inde pastor egressus est lapis Israel.

Vers. XXV. DEVS PATRIS TVI ERIT ADIVTOR tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, & benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vulvæ.

V E R S I O N E S.

SEp. *Et contriti sunt cum potentia arcus eorum, & dissoluti sunt nervi brachiorum manus eorum, per manum potentis Iacob, inde qui confortavit Israel à Deo patris tui, & adiuvit te Deus meus, & benedixit te benedictione cœli desuper, & benedictione terræ habentis omnia propter benedictionem vberum, & vulvæ.*

Pag. *Et habitavit in forti arcus eius, & roboraverunt se brachia manuum eius, è manibus potentis Iacob. Inde pascens lapides Israel. A Deo patris tui, & adiuvabit te, & ab omnipotente, & benedicet tibi benedictionibus cœli sursum, benedictionibus abyssi cubantis deorsum.*

Oleas. *Extenderunt se brachia manuum eius. Beneficus seu abundans benedicat tibi benedictionibus cœlorum desuper.*

Calet. *Et à victore benedicet tibi.*

Alij. *Ioseph egressus est, pastor patris, & filij Israel.*

Cur *sedit in forti arcus eius?* Quia non armavit arcum in sui defensionem, aut ad iniuriarum vindictam, quam detestatus est; sed sedit confidens in forti, id est, in Deo, qui fortis per antonomasiam dicitur teste scriptura. Ex. 15. 11. *Quis similis tui in fortibus Domine?* Qui enim iniurias per se vindicare super sedit, à forti, id est à Deo, suam fortitudinem

1900
Iniurias
vindicat
Deus,

exercente defenditur, & vindicatur.

1901
Invidia nõ
vincitur ni
si à Deo.

Cur *sedit arcus eius*, nec armatur ad defensionem? Quia ita sunt atrocia livoris iacula, ita in domite sagittæ illorum, qui eum exasperaverunt, vt debilis quis esset, vel præmunitus arcus, ni à forti, id est, ab ipso Deo pugnante invidorum tela frangerentur. Ad rem Rupertus: Illi inviderunt, ait, habentes livoris sagittas, verum hic arcum suum, & arma pugnandi in Deo posuit, qui ab omnibus eum eruit malis.

1902
Constantia

Cur vitur Moyfes hac locutione: *sedit in forti*, &c? Quia in omnibus anxietatibus, & tribulationibus animus Ioseph sedatus, constans, & immutatus permansit, sub tutamine fortis, cuius se protectioni commiserat. Recte quidem *sedit in forti*, ait Cardin. Vitalis, quem nec fœminæ pervertit iniquitas, nec confregit adversitas; nec adulationis deceptit dolositas.

1903
Vincula in
torum or
namenta
sunt.

Cur *dissoluta sunt vincula brachiorum eius*? Seu vt legit Cald. *Proposuit constantem spem suam, positum est aurum optimum super brachia eius*? En qualiter vertantur in aurum, & optimum, catenæ ferreæ, quibus constringuntur infontes, cum proponunt constantem spem suam in forti, honori illis sunt, & decori. Sic S. Cypr. *Ep. 23.* Ornamenta sunt ista, non vincula, nec Christiani pedes ad infamiam copulant; sed clarificant ad coronam.

1904
Spes in
Deo.

Aurum optimum super brachia eius; referri proprius videtur ad anulum aureum, armillam, currum, & alia principalia ornamenta, quibus à Pharaone pulchre decoratus est, vt narrat Scrip. Gen. 41. Vt innotescat qualiter omnipotens ditet, honoret, & felicitet in hac vita eum, qui posuit in Deo spem suam, nec pro inimicis experivit vindictam.

Vindicta
non qua-
renda.

Cur *aurum optimum*? Quia si liber tantum, & sine aliquo ornamento, & suæ innocentie testimonio à custodia carceris erueretur, culpæ suspicionem incurreret. Deauratur brachia, & ornetur, vt famæ innocenter vincti consulatur. Sic post longam incarcerationem, mittuntur infontes, quos quasi reos Iudices catenarunt, à vinculis illos liberare videtur sufficiens; at falluntur, infamia carceris, criminis iniusta nota, iudicium gentium, pressura tolerata, & suspicio delicti apud cæteros delenda est, & deauranda fama illius,

1905
Fama in
carcerati
restituenda.

qui

qui passus est dedecus inter compedes.

Cur pastor egressus est? Cur non pastor Ægypti? Quia non solum Ægyptios; sed Israelitas, omnesque accedentes, sine discrimine pavit. Talis esse debet Pastor, vt non solum consanguineos, & domesticos; sed etiam exteros, & extraneos æque spirituali, & temporali reficiat pabulo.

Cur lapis Israel? Quia duobus verbis longum, & exitium elogium Iosephi exprimere voluit Iacob significatione lapidis apti ad ædificium domus Israel, & ad construendam Ecclesiam. Et proculdubio lapidem illum intellexit de quo Ps. 117. 21. cecinit: *Lapidem quem reprovaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Lapis fuit Ioseph reprobatus, sepultus, & venditus à fratribus; erectus autem in caput suæ familiæ, & totius regionis Ægypti, & in caput anguli duos construens parietes, seu duas complectens tribus Ephraim scilicet, & Manasses.

Sed quod nam genus lapidis? Non expressit; sed Iaspidem, qui varijs inseritur coloribus, iudicavit, cum filium in pueritia tunica talari, & polimita Iaspidi simili exornavit, varietate colorum, varietatem virtutum indicante. Lapis Israel, & fundamentum Ecclesiæ non eris nisi te varijs virtutibus, bonisque moribus induaris.

Lapis Israel: Forte adamantem voluit indicare, qui parvus, rutilus, & splendens, & ita constans vt nec ferro frangatur, nec igne. Ioseph nec ferro vinculorum, & compedum tractus; nec persecutionibus attritus, nec luxuria vincus. Nemo facilis, & inconstans, qui laboribus cito succumbat, aptus est, vt sit lapis Israel, seu Ecclesiæ minister.

Lapis Israel: Alabastrum concepit Iacobi, quod candidum est, & firmum, ex quo cavantur vassa vbi vnguenta aromatica conservantur. Ex alabaastro enim erat vas in quo Magdalena servavit vnguentum nardi pretiosi, quod vasse fracto effudit super caput Iesu. Marc. 14. Ioseph candidus ob puritatem, firmus ob constantiam, qua proprium candorem defendit; vas sane ex alabaastro, vbi aromata virtutum à pueritia in suo decore, & odore servavit. Aptus proinde lapis pro Israel, & pro domo Dei.

Lapis Israel: Si ad interpretationes, & prædictiones Iosephi

1906
Præful omnibus eque consulat.

1907
Lapis reprobatus Ioseph.

1908
Ecclesiastici virtuosissimi.

1909
Ecclesiæ minister constans.

1910
Virtutes conservanda.

1911
Prædicator
verus.

sephi attendas, Gemma erit hyenia, sic dicta quia in oculis hyenæ reperitur. Hæc si sub lingua ponatur, ait S. Isid. in-
fluit vt plurima annuntientur futura. Gemma pro inde erit,
& lapis Israel, qui ex vita improba aut virtuosa, fausta aut
infausta æternæ vitæ denuntiet.

1912
Acceptatio inter
homines.

Lapis Israel: Sardonix erit, qui, quot ornatur, & varia-
tur coloribus, tot subit æstimationes, valores, & pretia, &
vt ait S. Isid. hominem facit humilem, & pudicum. Lapis
ergo Israel, & in domo Dei erit, in quo diversæ reperiuntur
virtutes, suam quæque perfectionem ita retinens, vt di-
versas habeat apud homines æstimationes apretiabilis ho-
nestatis.

1913
Fervor te-
pescens.

Lapis Israel forte chrisolitus: non assentior, nam mane
pulcher; vespere color eius obnubilatur, & hebetatur. Cui
non Ioseph; sed assimilantur senes, qui primum detestati
sunt fervorem, in mane iuventutis fervidi: vespere senectu-
tis tepidi.

1914
Inimici di-
lectio.

Lapis Israel: Sed non onyx, qui nutrit iracundiam, furo-
rem generat, discordia movet, & lites. Non Magnes, qui
ferrum trahit armorum materiam. Non vnio, qui, secundum
senecam, habet animam sanguineam; sed silex; quia hic dum
vulneratur, & ferro impetitur, pro iniurijs scintillas charita-
tis (flamescat igne charitas) ex præcordijs emittit. Hic cer-
te lapis Israel de quo poterit Deus suscitare filios Abrahæ.

1915
Ecclesiasti-
ci heluo-
nes.

Cur Pag. legit: *Pascens lapides Israel*? Quia sunt homi-
nes in Israel, seu in domo Dei, qui more lapides sunt, duri,
tetri, ponderosi, parietes implent; cæterum ad terrena pro-
pensi, quibus sursum tendere violentum est. Hi, vt pote inu-
tiles ad superna, & spiritualia, nisi abunde pascantur, insi-
liunt; gubernari nequeunt nisi saginentur. Pascendi ergo
sunt, ne ædificium construpent, & muros domus Dei aris-
tent, & derurbent.

1916
Parentum
merita pro
sunt filijs.

Cur *Deus Patris tui erit adiutor tuus*? Quia vult eum re-
pendere merita Patris, & primogenitorum, propter quos
Deus filijs maxima confert beneficia. Abia Rex fuit impijs-
simus; sed de illo hæc refert Scriptura, 3. Reg. 15. *Ambula-
vit in omnibus peccatis patris sui, sed propter David dedit ei
Dominus suus lucernam in Hierusalem.* Etiam in persona Sa-
lo-

Iomonis mœchi, & idololatræ intelligunt Hebræi illud Pf. 131. *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui.*

Cur *Deus Patris tui*? Patris meminit, quem reveritus est, & in penuria præbuit alimoniam. Tutus siquidem erit, & securus de propretiatione Dei filius, qui reverenter Patres veneratus est, eosque fovit, & aluit. 1917
Reverenti
filio propi
tatur Deus

Cur *benedictionibus cœli, & abyssi*? Quia ad plenam felicitatem, quam postulat, concurrere debent astra cœli suis influentijs: Cœlum aereum imbribus, & rore: abyssus ex terra, & aqua compactus, sua fecunditate, & pinguedine, quæ omnia vt plene felicitetur suo Iosepho deprecatur. 1920
Benedi
ctiones à
cœlo, terra
& abyssu.

Cur à cœlo, & abyssu felicitatem auspicatus sperat Iacob benedici filium? Quia creaturæ omnes, quæ in cœlo sursum, & in abyssu deorsum continentur, conspirant vnanimes in benedicendo filios, qui Patres reverentur obsequuntur. 1921
Creaturæ
oes benedi
cunt bo
nos filios.

Cur *benedictionibus vberum, & vulvæ*? Quia vulvæ benedicuntur, cum fœcundantur prole: vbera, cum lacte abundant ad optimam nutritionem sobolis. Hanc quoque benedictionem indicit, qua caruit sinagoga, de qua Cantic. 8. *Soror nostra parva est; sed vbera non habet*: Quia eius Sacramenta erant propria virtute inefficacia spiritualis, & supernæ gratiæ. 1922
Uber, &
vulva be
nedicuntur.

Non nulli arbitrantur his verbis quator res designari, ex quibus solet vulgus homines aliquos laudare, & quasi beatos prædicare. Solet enim dici: *Beatus dies in quo ille natus est: beata terra, quæ illum tulit: beatus venter, qui illum genuit: beata vbera, quæ illum lactaverunt*. Et certe illa mulier de turba Christum laudatura in illud prorupit: *Beatus Venter qui te portavit, & vbera quæ suxisti*. Luc. 11. 27. 1923
Benedi
ctionum
formulæ.

Vers. XXVI. BENEDITIONES PATRIS TVI CONFORTATAE SUNT BENEDITIONIBUS PATRUM EIUS: donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

VERSIONES.

Sep. *Benedictio patris tui, & matris tua preualuit super benedictiones montium stabilium, & in benedictionibus collium aeternorum erunt super caput Ioseph, & super caput fratrum, quorum dux fuit.*

Cald. *Benedictiones patris tui addentur super benedictiones quibus me benedixerunt patres mei, quas optaverunt Principes, qui à seculo fuerunt, erunt oes istae benedictiones super caput Ioseph, & super virum, qui segregatus fuit à fratribus suis.*

Pag. *Benedictiones Patris tui fortiores fuerunt benedictionibus genitorum meorum usque ad terminum collium aeternorum, erunt super caput Ioseph, & super verticem Nazareti fratrum eius.*

Oleast. *Benedictiones patris tui robustiores fuerunt benedict. progenitorum suorum, usque ad desiderium collium seculi erunt capiti Ioseph, & vertici Nazareti fratrum suorum.*

Cayct. *Erunt capiti, & vertici coronationis fratrum eius.*

S. Chris. *Confortatus est benedictionibus montium aeternorum, & desiderabilibus cumulorum aeternorum.*

Cur benedictiones patris tui confortatae sunt? Quia ampliores iudicabat Jacob benedictiones sibi factas, quam factas Abrahæ, & Isaac. Sed quare ampliores? Respondet Abul. Quia id quod promittebat Abrahæ implicite, promittebatur Jacob explicite. Ita ille. Multo siquidem plus accipit, qui clare sibi aliquid promissum intelligit, quam quod involute, obscure, & quasi dubie promittitur. Quod sic spondetur facile implicatur.

Confortatae sunt: Quia multa de Christo intellexit. Intelligentia circa res divinas intellectum confirmant, & illustrant. Quasi irrationalis creditur, qui supernarum rerum mysteria ignorat. Quarebat sponsa ubi sponsus cubaret in meridie, Cant. I. cui responsum: Si ignoras egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. Quod exponit Velasquez, dicens: In bestiarum numero te appinge. Quasi brutum: censetur, qui Deum, eiusque mysteria nescit.

1924
Promissio
certa, &
clara sit.

1925
Doctrina
Christiana

Cur confortatæ sunt benedictionibus patrum eius? Num suis Patribus sapientior, & doctior, aut etiam iustior? Nimirum decursu temporis, dum magis mundus senescit, divinæ sapientia arcana magis aperiantur, & consequuntur iuniores, quod latuit antiquis. *Super senes intellexi*, aiebat Pf. 118. 100. & verl 99. *super omnes docentes me intellexi*. Id est, ait Abulensis; magis cognovi de tuis mysterijs, quam senes qui præcesserunt me. Vnde nec mirandum si novæ doctrinæ, & ampliores opiniones à modernis Doctoribus aperiantur, quæ nec cognitæ, nec inventæ ab antiquioribus fuerint, plaudendæ sane, cum antiquorum sensum non improbent; sed expli-cent, & confirment, imo, & illustrent.

1926
Opiniones
novæ plau
dendæ.

Cur *Donec veniat desiderium collium aeternorum*? Quia p resentem habebat Jacob spem venturi Melsiæ, & forte clariorem cognitionem. Sic sentit Carthuf. dicens: Clariore revelationes factæ sunt ei de mysterio Christi, & felicitate futura. Et fortasse, ait Alvarez hic, spiritu prophetico audivit, quod postea Virgini Matrî nuntiatum est: *Et regnat in domo Iacob*.

1927
Melsias
claruscog
nitus à Ia
cob.

Cur *desiderium collium aeternorum*? Resp. Rupert. lib. 9. cap. 37. Melsias desideratus ab antiquis patribus, qui propter pietatem, & iustitiæ sublimitatem fuerunt instar collium, & montium. Melsias enim non à quibuslibet expresse cognitus, & desideratus est; sed ab insignioribus virtute, & sapientia viris, vt fuere Patriarchæ, & Propheta.

1928
Iusti col
les aeterni.

Cur *in vertice Nazaræi*? Non quia Nazaræus legalis esset, cum lex illa Nazaræorum multis annis præcesserit; sed moralis, vt ita loquar, cum illas virtutes, quas legales cæremoniæ indicabant religiose coluerit, & obleraret.

1929
Ioseph Na
zaræus mo
ralis.

Cur tot benedictiones Patrum, & avorum suorum; tum cœli, & Abyssî, creaturarumque omnium cumulat in filio suo Ioseph? Quia Patres filios, quos ita florere, & excellere conficiunt, incrementis omnibus sublimare ambiunt, plusque quam ipsi largiri, & cumulare valeant.

1930
Pater dile
ctum subli
mat.

Tum etiam quia hic typus fuit illius Iosephi B. Virginis Sponsi, quem creaturæ omnes cœlestes, & terrestres benedictionibus, & encomijs celebrant, quo in vno omnes virtutes, & benedictiones filij Iacob confortatæ sunt.

1930
Ioseph
typus spon
si B. U.

Vers. XXVII. BENIAMIN LVPVS RAPAX, MANE CO-
medet prædam, & vespere dividet spolia.

V E R S I O N E S.

SEp. *Mane comedet adhuc, & ad vesperam dat escam.*

SCald. *In terra Benjamin habitabit templi maiestas, & in possessione eius aificabitur sanctuarium, mane, & vespere offerent Sacerdotes oblationes, & in tempore vespertino dividant residuum portionum suarum, de reliquijs, quæ sanctificata sunt.*

Onch. *In terra eius requiescet presentia divinitatis.*

Oleasf. *Dicerpet in mane, & comedet adhuc, & in vespere dividet spolum.*

Arias. *Rapiet in diluculo, & prædam comedet, & in vespere dividet spolia.*

1932

Raptor vir
ginis lupus

Cur *beniamin lupus rapax*? Quia prædicit, quod impletum est, cum Beniaminæ rapuerunt tibi in vxores filias Silo egressas more suo ad ducendos choros, vt refert cap. 21. Iudic. quas postea distribuerunt inter se, & vere raptor virginum lupus rapax est.

1933

Saul lupus
puguans.

Vel etiam impletum in Saule primo Rege Israel, qui in exordio regni prædas multas tulit ex Amalechitis, alijsque Iudæorum hostibus: Et in Mardocheo, & Ester, ex eadem Tribu, cum deleta Aman eius bona, & sectatores destruxerint, & devoraverint.

1934

Pauci for-
tes, pro
multis.

Lupus rapax: Quia denotare voluit, aut celebrare Iacob ferocitatem, & rapacitatem Beniamitarum, in prælijs præcipue, quæ narrantur cap. 20 Iudic. Nam cum ex cæteris tribubus quadraginta bellatorum milia armati in Beniamitas irruerent: Hi, cum viginti quinque, & septingentis viris tantum ex civitate egressis, hostes numero longe superiores, semel & iterum depopulati sunt, cæsis multis millibus in utroque certamine de filijs aliarum tribuum.

1935

Latrones
tandem in
fidijs ca-
piuntur, &
percutunt.

Dices Beniaminæ tandem in tertio prælio devicti, & caesi sunt, vt eodem cap. narratur. Ita; sed per stratagemata, & insidias illis paratas. Vt inde pateat, quam proprie Beniamin

Lupus rapax sit. Lupus enim postquam homines, & greges devoraverit, tandem arte, & insidiarum laqueis capitur, & trucidatur. Tales sunt latrones viarum, & sicarij, lupi rapaces, qui post acceptas itinerantium prædas, tandem insidijs capiuntur, & laqueis suspenduntur, & pereunt.

Sed ex sententia S. Hieron. hoc vaticinio prædicit Iacob Templum Iudaicum, in quo immolandæ victimæ, futurum in forte Benjamin, vbi matutino tempore multæ animalium victimæ absumuntur, & rapiuntur ad aras; vespertino tempore reliquæ oblationum inter Sacerdotes, & altaris ministros dividendæ, quod firmat ad litteram Paraphastes Cald.

Cur Onch. legit: *In terra eius requiescet præsentia divinitatis?* Quia in terminis Benjamin erat templum, & in templo requiescit, & propitiatur singulari modo, præsentia Dei. Quod verius, & proprius, in nostris templis, quorum illud figura fuit, succedit. Vbi singulariter requiescit præsentia divinitatis in Inefabili Eucharistiæ Sacramento.

Cur tandem Beniamitæ post tot victorias superantur, & miserrima clade pereunt. Abusi sunt muliere Levitæ, quæ ex impudica violentia infauite perijt, vt narratur cap. 20. Iudic. Hoc scelus sive sodomiticum fuerit, sive adulterinum, quod Iudices Beniamitæ vindicare recussarunt, noluit Deus impunitum relinquere, & qui semel, & iterum victores evaserant, eos victos fecit, & integre detruxit. Vide qua ratione Deus Adulterium, & Sodomiam puniat. Benjamin, ait Cat. Græca, in Sodomiticum dedecus est prolapsus, quo postremum abutens in Levitæ cuiusdam vxore à cæteris pene deletus est. Vide etiam, vt Deus puniat Iudices, qui impunita crimina relinquunt.

Cur *vespere dividet spolia?* Quia duces Beniamitæ, mane præliabantur, & statim, vt milites ad bellum accenderent, quod partum erat victoria, non sibi, aut alijs coniunctis vsurpabant; sed finito prælio inter pugiles dividebant. Quid mirum quod milites spe præmij spolia expectantes pro viribus dimicarent, & vicerint.

Vespere dividet spolia: Vt advertat Benjamin futurum lupum, non agrestem; sed rationalem. Lupus enim postquam

1936
Victimæ in templo offerantur.

1937
Præsentia Dei in Eucharistia.

1938
Sodomiam, & adulterium punitum.

1939
Iudices non punientes crimina.

1940
Spolia dan da militibus.

1941
Avari superflua servant.

1942
Elemofy-
na.

ex prædis saturatus est, quod illi remanet, non dividit inter alia animalia; sed sepelit, & abscondit, vbi communiter putrefcit, & consumitur. Sicut ambitiosi, & avari, qui vel superflua, & redundantia recludunt, & custodiunt, ita vt in latebris repositum pereat, quin vel indigentibus suggerant, aut largiantur. Lupi sane agrestes, & rapaces. Benjamin quod captum est de spolijs, statim dividit.

1943
S. Paulus
ex tribu
Beniamin.

Lupus rapax, &c. Plures Patres consentiunt in eo quod Iacob id prædixisset propter Apostolum Paulum de tribu Benjamin nasciturum. Vnus pro cunctis loquatur Tertulian. *lib. 5. cont. Marc. cap. 1.* Sic enim ait: Iacob ex tribu Benjamin oriturum Paulum prævidebat, lupum rapacem ad matutinum comedentem, id est, prima ætate vastaturum gregem Domini, vt vastatorem Ecclesiarum: dehinc ad vespertinam escam daturum, id est, de vergente iam ætate oves Christi colecturum, & educaturum, vt doctorem nationum.

1944
Amor ap-
pre-
ciativus
verus.

Cur tam brevis Iacob in commendatione Benjamin, qui, vt pote novissimus filiorum, & in senectute genitus, illi dilectissimus erat: cum tam multus fuerit in laudatione Iosephi? Quia illum diligebat amore tenero: Iosephum autem, ob eius virtutes, amore apretiabili, qui verus amor est, & solidior. Non quem blandimentis, & externis gestibus, aut verbis vololamur, & æstimationis affectu prosequimur. Ideo S. Ioann. 3. 18. hortatur, dicens: *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua; sed opere, & veritate.*

1945
Tēpli cul-
tores bene-
dicuntur.

Cur Moyles Benjamin benedicaturus. Deut. 33. 12. ait: *Amantissimus Domini?* Non poterat à Deo non amari illum, qui sua sorte, seu termino, templum habuerit, vbi quiesceret Dei maiestas, in quo vitulorum, & arietum carnes immolabantur. Quid ergo Christi fidelibus ominandum, quos inrer, templum Dei sit, in quo Dei hominis corpus, & sanguis offeruntur, eisque, & nutrimur, & potamur? Quas benedictiones expectare possumus, dicente Domino, Ex. 20. *In omni loco in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.*

1946
Eucharis-
tia nost a
benedictio

Sed quænam fuerit hæc memoria nominis Domini? Resp. S. Thomas *opusc. 58. cap. 13.* Sacrificium est altaris, scilicet cor-

corpus Christi, quod fieri iussit in commemorationem eius, hoc fit in multis locis: & in hoc venit vnus Dominus ad benedicendum nobis. Hæc S. Thomas.

Vers. XXVII. OMNES HI IN TRIBVBVS ISRAEL duodecim: hæc locutus est eis Pater suus, benedixitque singulis benedictionibus proprijs.

Vers. XXIX. ET PRÆCEPIT EIS, DICENS: EGO congregor ad populum meum: Sepelite me cum fratribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi.

Vers. XXX. CONTRA MAMBRE IN TERRA CHANAAN, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri.

V E R S I O N E S.

Sep. *Omnes hi filij Iacob duodecim, & locutus est Pater eorum, & benedixit eos vnumquemque secundum benedictionem eius benedixit eos. Ego ergo apponar ad populum meum, sepelite me.*

Cald. *Omnes tribus Israel duodecim, & hoc est quod locutus est cum eis pater eorum, & benedixit eis, iuxta benedictionem vnus cuiusque benedixit eis. Quem agrum emit Abraham ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri.*

Arias. *In spelunca, quæ in agro duplicitatis, quæ super facies Mambre.*

Oleast. *In comprehensionem sepulchri.*

Cur omnes hi in tribus Israel duodecim: Seu vt Cald. legit: *Omnes iste tribus Israel sunt duodecim?* Quia quisque filiorum Iacob vnâ constituebat tribum, & quia in diuisione terræ sanctæ non numeratur Levi, cuius fors, & pars erant victimæ, & primitiæ Deo oblata, successit Manasses; nam duo filij Ioseph duas tribus constituerunt, altera pro Ioseph, quæ fuit Ephraim; pro Levi altera, quæ fuit Manasses. Duo enim fratres duplicem sortem in Chanaan acceperunt.

Cur hæc locutus est eis Pater suus? Vt ex eius ore prophetante oracula acciperent: Et bona, ille, quæ eis deside-

rabat, & ominabatur, annuntiaret, & suprema illi monita pietatis, & consilia salutis ex paterno affectu perciperent, quæ quidem solent attentius audiri; diutius permanere, & executione compleri.

1949
Prospera
quæ con-
veniunt.

Cur *benedixit singulis benedictionibus proprijs*? Quia his vaticinijs ominatus, & deprecatus est unicuique prospera sibi convenientia, & optabilia. Vel quia expletis Prophetijs, cuique dedit singularem, & privatam benedictionem, licet quænam fuerit non exprimat scriptura.

1950
Correctio
Patris be-
nedictio
est.

Dices: Ruben non benedici, imo maledici videtur, cum illi dicitur: *Effusus es sicut aqua; non crescas.* Gen. 49. 4. & duo sequentes: *Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia, maledictus furor eorum.* vers. 5. Respondetur: id maledici non est; sed corripi, quæ à Parentibus per correptionem fulminantur, etiam benedictio est. Audiatur Caietanus, sic locutus, hic: Nam, & arguere, & punire, & præmonere aliena non sunt à paternis benedictionibus.

1951
Filij repre-
hensi felici-
tantur.

Vt autem intelligatur hos etiam filios benedictos, adverte, quod cum Deus multitudinem Hebræorum, qui in Ægypto propagati fuerant, recenseret: solas tribus Ruben Simeon, & Levi recensendas curasse. Vt patet Exod. 6. 14. At cur? Resp. S. Aug. q. 15. in Exod. Rationem fuisse, vt sisteret in tribu Levitica, ex qua erat Moyfes, cuius originem declarari oportebat. Esto. Sed vltterius addo: Vt ostenderet, filios à Patre reprehensos, qui maledici videntur, vberius, & felicius, quam alios à Patre laudatos, germinasse.

1952
Reprehen-
sio patris
non fugie-
nda.

Non latuit hæc filiorum vtilitas Samsonem, qui dilacerato leone, domum reversus *patri ac matri noluit indicare.* Iud. 14. 16. Sed cur tantam victoriam tam profundo silentio contexit? Ne si Parentes tantas filij sui vires, animosque cognoscerent, eum formidarent, & ab eo se reprehendendo abstererent, occultare voluit suas vires, ne paternis increpationibus eximeretur.

1953
Téporalia
nō magis
facienda.

Cūr, cum sceptrum, & Regnum vaticinatus est Iacob filijs, non etiam annuntiavit Levi Sacerdotium, pretiosius certe, & excellentius munus imperio? Quia in illo, quem mittendum præviderat; quemque venturum annuntiaturus erat, nec longe futurum iudicabat, Sacerdotium Levi finem

habiturum conspexit, succedente novo Sacerdote, secundum ordinem Melchisedech. Noluit proinde dignitatem filij tamquam temporalem proferre, aut celebrare. Et paucis à Rup. Sic locuto: Quia finiendum erat per verum Christi Sacerdotium.

Cur filios etiam Ancillarum æque benedixit? Quia filij vnus Parentis erant, apud quem nulla personarum distinctio, aut discretio, cum omnes æque amplectatur, & vt filios cognoscat. *Vnus est Pater vester, qui in cœlis est*, ait Christus Dominus, Matth. 23. 9. Apud quem sine expectione, aut nobilitatis, aut vilitatis discrimine, tamquam filij æque dilecti pro meritis benedicemur, & æquali pro gestis lauro coronabimur. Non prodest apud Deum excellentia natalium, dum splendeat in nobis splendor meritum.

Cur Iacob duodecim filios benedicit, cum Isaac duos tantum habens alteri benedicere recusat? Gen. 27. 37. Respond. Rupertus *lib. 9. in Gen. cap. 22.* dicens: Filij Isaac in duos erant populi dividendi: plures autem filij Iacob, vna gens, & vnus populus in vnitae paternæ fidei Deum verum, & vnum hæreditate possessuri; vel ab ipso erant possidendi. Quasi vnio, & concordia inter se circa cultum religionis veri Dei illis benedictionem, & possessionem Dei impertiret.

Cur *præcepit eis*, scilicet, vt eum sepelirent in Chanaan cum idem Iosepho non præcipiat; sed roget cap. 27. 29? Quia obedienti, qualis erat Ioseph, sufficiens erat proponere, aut rogare: Cæteris, quandoque suis mandatis rebellibus, opus fuit constringi præcepto. Obedienti enim insinuatio pro mandato est: reuerti præceptum vix sufficit.

Deinde: Ioseph magna erat tunc dignitate constitutus, totiusque Ægypti Gubernator, & Præses. Iacob paterna auctoritate superior: Ioseph regio dominio sublimis. Superioribus, & aliqua proportione æqualibus, deprecandum; priuatis vero, & inferioribus præceptis coercitivis iniungendū.

Ni dicamus Iosephum in curia diu inter proceres versatum, & excultum, morum imbibisse nobilitatem, & potentiorum generositatem didicisse: cæteros fratres inter armentorum greges impolitos pastoritias adhuc, & agrestes seruasse modos, & consuetudines. Nobilis ergo ille, populares isti.

1954
Nobilitas
non cara
Deo, sed
merita.

1955
Fide vnitæ
benedicuntur.

1946
Insinuatio
sufficit
obedienti.

1957
Æqualis
quali non
imperet.

1958
Nobiles
preccatione
rustici præ
ceptis cogendi.

Nobiles supplicatione obligantur: Rustici vel præceptis coacti iussa vix exequantur.

1959
Spes sedat
animos.

Cur ego congregabor ad populum meum? Quia spem habebat firmam, & certam, de eo quod associandus esset iustis spectantibus venturi Messia redemptionem, ideoque tranquillo, & quieto animo mortem prædicebat, & spectabat. Nihil nos iam redemptos in mortis angustijs solari, sedareque potest, nisi certa spes in Christo de nostra redemptione, & aeterna salute.

1960
Locus sanctus
ad sepulchrum.

Cur sepelire me cum patribus meis? Quia sciebat terram illam irrigandam sanguine venturi Messia, locum ergo non tam ostentofum, quam sanctificandum pro sepultura desiderat, & poposcit.

1961
Societas iustorum
in resurrectione.

Abhorruit deinde, si in Ægypto sepeliretur, in communi, & vniuersali mortuorum resurrectione idololatris, infidelibus, & ergastulo destinatis commisci, voluitque: apud Patres suos in spelunca condi, vt in societate iustorum respiraret immortalis vitæ restitutus.

1962
Funus sine
pompa.

Cur in spelunca duplici? Quia timuit faustum funeris; & exequiarum pompam, si in Ægypto sepeliretur: apud Pharaonem, & Proceres valde sumptuosam credidit futuram, à filio totius regionis Præfecto pro ratione status exequendam. Abhorruit vel in funere vanitatem, quæ tantum ad ostentationem; non ad levamen deservit, & vix suffragatur defuncto.

1963
Vanitas
post mortem
durans.

In spelunca duplici: Ne post mortem vanitatem colere; & ducere videretur. Curant filij huius sæculi magnificas sepulchrorum moles erigere, in quibus, quadam apud vivos gloria perfrui, & quodammodo vivere videantur. Aliæ passionis, ait S. Chrisof. *hom. 17. Epif. ad Rom.* morte finiuntur; ista vero post mortem vivit, naturamque suam in emortuo corpore ostendere contendit.

1965
Hæretici
vel post
mortem
gendi.

Cur tantopere cupivit Iacob sepeliri in Chanaan, vt Iosephum religione iuramenti obligaret; & cæteris filijs præcepta iniungeret? Vt eius ossa sociata ossibus sanctorum Patriarcharum ibi sepultis reperirentur. Horrescunt fideles infidelium, idololatrum, & hæreticorum corporibus, quæ vel mortua oderunt, commercium vel in sepulchris statuere.

Deinde : Vt tenet Abulensis, illos celebres Patriarchas non latuit, quod resurgente Messia post triduum mortis suæ, multos de sanctis viris inibi sepultis cum eo resurrecturos, quod ita factum narrat S. Matth. cap. 27. 52. de quorum numero quisque se futurum sperabat. Nos certe resurgere cum Christo possumus, si mores vitæ nostræ emendemus, & perficiamus.

1966
Resurgere
cum Chri
sto.

Cur memorat situm speluncæ, eiusque venditionem, & emptionem? Vt certos faciat de iure, quo illam speluncam acquisiuit. Nam, vt ait Oleaster, debent Parentes admonere filios de titulis, & instrumentis possessionum ad vitandas lites. Deinde vt testetur se à maioribus nullam aliam hæreditatem accepisse, quam conservatam illis relinquebat, & integram. Et certe ea hæreditas filijs integra relinquenda est, quæ illis brevitatem vitæ, & certitudinem mortis annuntiet, & monumenta sint ad fidem, pietatem, aliasque imitandas virtutes maiorum, qui inibi conduntur.

1967
Instrumen
ta ad eruē
das lites.

1968
Sepulchra
relinquen
da filijs,

Iam vero de spelunca illa, qua se Iacob sepeliri mandavit scriptum est, Gen. cap. 23.

Vers. XXXI. IBI SEPELIERVNT EVM, ET SARAM
vxorem eius: Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca
coniuge sua: Ibi, & Lia condita iacet.

Vers. XXXII. FINITISQVE MANDATIS QVIBVS FI-
lios instruebat, collegit pedes suos super lectulum,
& obiit: Appositusque est ad populum suum.

V E R S I O N E S.

SEp. Ibi sepelierunt Abraham, &c. in acquisitione agri, & spelunca, que est in eo à filijs Chet. Et cessavit Iacob præcipiens filijs suis, & sustollens pedes suos super lectulum.

Cald. Collegit pedes suos in lectulum, & defecit.

Pag. Collegit pedes suos in lecto, & obiit, & aggregatus est ad populum suos.

Cur ibi sepelierunt eum? Id est, Abraham, de quo, tamquam primo agri, & speluncæ emptore, hic sermo est. Constat inde ibi sepultam Saram, sepultumque Isaac à duobus filijs

1969
Sepulchrū
Patriarcha
rum,

lijs Esau, & Jacob, vt traditur cap. 35. Rebeccam etiam, & Liam, quod hucusque in sacris litteris non legitur.

1970

Confilia in
morte dan
da filijs.

Cur *finitis mandatis*? Quia post datas benedictiones, tenent Hebræi, multa sanctissimum illum senem mandasse filijs suis pertinentia ad pacem, & concordiam inter se, atque ad Dei timorem, obedientiam, & cultum, fugamque Idololatriæ Ægyptiorum, quibus cum longo tempore cohabitaturi erant, ne contagio depravata, & impiæ doctrinæ, & morum pravitate contaminarentur.

Quies in
morte.

Cur *collegit pedes suos*? Quia, vt longum hunc sermonem filijs exponeret, sedebat trahens extra lectum pedes, vt cordis valorem indicaret; animi quietem, & mentis integritatem, & quam sui compos esset, ostenderet.

1971

Mors pre-
tiosa iusto
rum.

Collegit pedes suos: Quasi mortem placidus expectaret, testareturque quam conformis divinæ voluntati suos dies obiret. Mors enim à iustis non timetur, cum pretiosa sit in conspectu Domini. Eorum enim, ait S. Bernard. Epif. 105. bona est propter requiem; melior propter novitatem, optima propter securitatem.

1972

Honestas
in morte.

Collegit pedes suos: Vt notetur quanta cum decentia, & corporis honestate se ad expectandam mortem composuerit. Quod expendens Oleaster, addit: Optimum est hominem moriturum sua membra colligere, vt moriatur honeste.

1973

Mors iusti
& peccatoris.

Cur *obiit*? Nimirum, dispositis, quæ ad spiritualia, & temporalia pertinerent, placide, & sine anxietatibus mortuus est. Pro Ly *obiit*, vox in Hebræo correspondet significans molle, ac facile genus mortis, per lentam quamdam resolutionem, & defectum paulatim labentis spiritus: contrarium illi, quo multa longa, & molesta ægritudine, involuti curis, & anxij, vel violenta morte rapiuntur. Illud certe totis viribus appetendum, quod Balaan, Num. 23. 10. exorabat, dicens: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant novissima mea horum similia.*

1974

Immortalitas animæ

Cur *Apposuit est ad populum suum*? Respondet Cayet. Clarum est autem, ait, quod Jacob secundum animam, hoc dicit Moyfes, & aggregatus est ad populos suos; nam de mortuo, & non sepulto manifeste loquitur, immortalitalem animæ per hoc manifestans. Vide tom. 4. num. 1630.

Sed

Sed quisnam hic populus, cui appositus est Iacob? Respondet Magister Historiæ Scholasticæ in cap. 114. Esse Angelos, cui appositus, & coniunctus, tunc certa spe, postea tamen in re, nam apponi ad patres suos Abraham, & Isaac, pauci sunt, ut populum constituent. Angelorum ergo choris aggregandi sunt, qui Deo placuerunt. Vide tom. 4. num. 1632.

Iusti Angelis aggregandi.

Nihilominus populus ille dicitur Abraham, Isaac, & alij Patres in limbo detenti, qui, licet pauci sint numero, ut populum integrent, quisque, utpote iustus, pro multis est, & pluribus æquivalet, ut in æstimatione populus integer iudicetur. Vel dic populum suum esse congregatio omnium iustorum ab Adam, redemptionem expectantium in sinu Abrahamæ, qui certe multi erant.

1975
Iustus unus pro multis est.

Ad populum suum: Id, ait Burgen. ante Abraham scriptura de nullo hominum usurpavit, eo quod apponi ad populum suum significet mori purum, & expertem ab omni culpa in purgatorio expianda, & statim post mortem sine mora, tunc ad Limbum, modo ad gloriam progredi, id de multis reticuit scriptura ante Abraham. Quod si de Ismaele idem dictum sit, cap. 25. 17. qui, ut minus perfecte vixit, nec omni expertus culpa mortuus creditur, memoratum forte est, ut intelligeremus poenitentem, ac proinde salvum fuisse. Vide tom. 4. num. 1663.

1976
Poenitens luere potest poenas in hac vita

Cur collegit pedes suos super lectum, & obiit? Pes tuus, ait S. August. affectus, seu amor tuus est, si cupis obire, id est bene mori, affectus contrahe. Facile est nihil cupienti feliciter mori, ideo unusquisque male vivit, quia appetere non dedit.

1977
Affectus mortificandi.

INTERROGATIONES

ET

RESPONSIONES

IN LIBRUM GENESEOS,

CAP. L. VERS. I.

QVOD CERNENS IOSEPH, RVIT SVPER FACIEM
patris flens, & deosculans eum.

Verf. II. PRÆCEPITQVE SERVIS SVIS MEDICIS,
vt aromatibus condirent patrem.

Verf. III. QVIBVS IVSSA EXPLENTIBVS, TRAN-
fierunt quadraginta dies : Ille quippe mos erat
cadaverum conditorum. Flevitque eum
Ægyptus septuaginta diebus.

V E R S I O N E S.

SEp. *Et procidens Ioseph super faciem patris sui fleuit, & osculatus est eum, & præcepit servis suis sepultoribus, vt sepelirent patrem eius. Et sepelierunt ipsum, & impleverunt 40. dies sic enim enumerantur dies sepulture.*

Cald. *Vt condirent medio Israelem. Et expletis 40. diebus quibus complebantur dies conditorum, fleverunt eum Ægyptij septuaginta diebus.*

Pag. *Iacitavit se Ioseph super faciem patris sui. Et aromatibus condiderunt medici ipsum Israel, & completi sunt 40. dies, sic enim complentur dies conditionis aromatum.*

Arias. *Et cecidit super faciem patris sui. Sic enim complentur dies balsamatorum.*

S. Chrisost. *Mandavit polinctoribus vt aromatibus ad sepulturam condirent patrem.*

Oleast. *Et impleverunt medici Israel. Sic implebuntur.*

Lipp. *Et myrrhaverunt medici Israel.*

Cur ruit super faciem patris? Quia quasi magis dilectus, & speciali amore coniunctus accessit, vt oculos demortui parentis clauderet, & palpebras componeret, quod apud priscos ad coniunctissimum pertinebat. Vnde completum in Iacob divinum oraculum à Deo indictum, cap. 46. 5. Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

Irruit super faciem patris: Vt noscamus amorem verum, & sincerum erga parentem, qui, si efficax est, nec mor-

1978

Oculos
mortui cō
iuncti clau
debant.

1979

Amor ve-
rus morte
vivit.

mor-

morte dilecti moritur, & vivit etsi dilectus non vivat. Ostendens, ait Carth. quam vehementer amavit vivum, & de sublatione tanti parentis enixe dolens.

Cur ruit super faciem cadaveris squalidi, & horidi? Quia sanctissimæ animæ per tot annos domicilium placidum fuisse meditabatur. Horrorem siquidem generant intuentium animis impiorum cadavera: Sanctorum corpora, etiam inanimata, ad complexus invitant, & oscula. Demortui ossa cum horrore cordis intuemur; Sanctorum reliquias cum cultu osculi veneramur.

1980
Cadaver
iusti horro-
ri non est.

Nec extraneis forte horrori fuit illud corpus, cui proculdubio sanctitas animæ nitorem communicaverat. Audiendus Carth. Puto autem, ait, quod etiam in facie tanti Patriarchæ apparuit quædam supernaturalis serenitas, & quædam coloris vivacitas, quæ erat interioris puritatis, & tranquillitatis defuncti indicium; sicut de multis Sanctis in veteri testamento defunctis agnovimus.

1981
Cadavera
iustorum
nitent.

Cur ergo ad conspectum cadaveris plerique pavent, & contremiscunt? Quia iniusti, quorum infinitus est numerus, prælagium sentiunt, & monumentum percipiunt refrigerata memoria proprii interitus, quem oderunt, horrescunt, & contremiscunt. At iusti, quibus mors pro delicijs est, nec videre renuunt, nec tractare detrectant: delectantur siquidem cum recordatione sui discessus, quo, ab hoc incolatu, ad cælestem requiem sperant se etiam transituros.

1982
Mortui ter-
rori sunt
iniusti.

Cur tantus dolor, tamque assiduæ lachrymæ in Ioseph? Non quia illius ope, aut opibus indigebat, ut solet à multis, qui non tam mortuum quam suum ex mortuo desilent incommodum; sed quia Pater erat, & iustus, à quo monita salutis acceperat; & in quo exempla virtutum observarat ad imitationem: Dolet orbari ab illo à quo genitus, & sanctis moribus, & consilijs instructus; dolet amisisse exemplar sanctitatis.

1983
Luctus in
morte ob
incommo-
dum.

Cur ab adstantibus non retrahebatur Ioseph à facie parentis mortui, cuius ante conspectum ita affligebatur? Tum quia funus illud dignum tanti doloris, & lachrymarum erat. Tum quia Princeps Ioseph, quem nemo cogere ad recedendum audebat. Nemo prudens id aggreditur, quod

1984
Mors iusti
digna la-
chrimis.

videt se consequi non posse.

Deinde: quia lachrymæ ad conspectum tanti parentis demortui pietas erat, monumentum amoris, & testimonium reverentiæ. Lege prohibebantur Sacerdotes Hebræorum, alicuius, nisi consanguineus esset, funeri interesse, id testatur Abul. *quest. 14. ad cap. 29. Iudic.* dicens: Non licebat Sacerdotibus adesse, nisi in mortibus patris, & matris, filij, & filiæ, fratris, & sororis, quæ non erat cognita à viro. Ita ille. Sic demonstranda erat in parentes, & nimis propinquos reverentia, sic debitus virginitati cultus.

Sic testata est Magdalena quod dilexerit multum, cum in morte dilecti, recedentibus discipulis, non recedebat. Quod firmavit Drogus, his verbis: Non potest tantus amor, etiam Christo moriente mori: fugientibus, & latitantibus viris, hoc est Apostolis, hæc mulier imperterrita stabat ad monumentum.

Cur præcepit servis suis Medicis? Quia Ægyptij vt pote in omnibus superstitionosi medicos, quos divina scriptura honorare præcipit Eccl. 38. 1. pro servis habebant, quod miratur Hamerus, dicens: Mirum est in illo sæculo medicos in servorum suorum numero fuisse; vt hinc nobis facile sit intelligere medicinam nullo in pretio fuisse apud Ægyptios.

Sed tamen id intelligendum censeo de quibusdam, qui vix artem medicinæ à limine salutarunt, & levibus infirmitatibus adhibentur. Hi medicorum cognomine interfamilias nobilium vt servi scribantur, sicuti hodie plures nobiles chirurgulos quosdam in servos accipiunt, vt tonsores tantum ad manum habeant. Tam de ijs quam de illis scripsit Petrarca *lib. 5. Epist. 86.* ad clementem sextum, cuius verba, quæ sunt etiam apud Plinium *lib. 2. cap. 1.* à quo translata videntur, hæc sunt: Discunt isti periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidisse impunita summa est.

Cur Sep. leg. *Medicis sepultoribus*? Forte quia hi medici imperiti plures sepeliunt, quam medeantur, & parum inter eos, & sepultores. Sed ea potior ratio: quia hi famuli sepultores dicebantur non quia sepeliebant; sed quia locabant, aut vendebant, quæ ad pompam funebrem essent

ne-

1985
Reverentia in parentes.

1986
Magdalene amor.

1987
Medici pro servis habebantur.

1988
Medici imperiti.

1989
Funerum necessaria vendita.

necessaria, quæ secundum illarum gentium superstitiones multa erant.

Cur S. Chrisos. leg. *Polinctoribus*? Quia de huiusmodi servis erant etiam quidam, qui vestiebant, ornabant, & poliebant corpora defunctorum. Romani hos omnes, qui sibi medicorum nomen vane arripiebant, vocabant libitinarios, à libitina Dea, in cuius æde asservabantur quæ ad funebriû pomparum erant necessaria. Sed tamen hi alijs inferioribus servis vtebantur, ad lavanda, vngenda, & consuenda cadavera, & feralia amicula; illi vero tamquam Præfecti operi præsidebant.

Cur isti imperiti, & ignari, medici vocantur? Quia sufficit vt quis febriculæ contingenter medeatur, aut levi scissuræ Pharmacum adhibeat commune, in quo vel vetule tamquam expertæ introducuntur, vt nomen hoc gloriosum, & honorabile, quod in aula resonet, sibi arroget, & se medicum salutari contendat. De quo conqueritur ipse Plinius, vel Petrarca vbi supra, dicens: In hac arte solum hoc evenit, vt quicumque medicum se professio statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius.

Cur ergo *medicis servis*? Vt innuatur, quibus hoc munus præparandi funeris, & condiendi cadaveris iniunxerit: illis scilicet domesticis servire destinatis, nam qui arte curandi, & medendi periti erant, tamquam insignes salutis auctores, reverenter in aula, & extra colebantur. Et Ioseph, vt ait Abul. quia erat Præpositus totius Ægypti, medicos multos habebat, & pigmentarios qui scirent condire corpora mortuorum. Ita ille. Vbi vides distingui Medicos à pigmentarijs, & servis.

Hi enim, qui arte medicinæ pollent, non servi; sed tamquam domini vbique terrarum honorantur. Romani, quondam medicinam exosi, adeo postea coluerunt, vt Antonio Nemesio, insigni Protomedico, statuum pro rostris statuere. Ptolomeus Rex Cleobrotum medicum centenis auri talentis ditavit. Felicem appellat S. Greg. Nazian. Constantino-polim; quia Cæsareum medicum habuit: Ad cæteras ipsius laudes, ait, hæc accessit, vt Cæsareo, & medico, & eius cive decoretur. Adstat excellens medicinæ elogium apud Eccles.

cap.

1990
Cadavera
vestientes,
& ornâtes.

1991
Medici no-
men multi
sibi arro-
gant.

1992
Medici pe-
riti colebã-
tur.

1993
Medici pe-
riti hono-
rati.

cap. 38. *Honora medicum, &c.*

Cur, tam Scriptura, quam Nazian. vnum in singulari medicum proferant, & de vno tantum alloquantur? Tum quia vnus, aut alter est, qui artem medicinae optime caeat, mediculque vocari mereatur. Tum quia ægrotanti vnus aut alter medicus adhibendas est. Rationem assignat Petrarcha ad Clementem sextum scribens *epif. 86*. Sic Pontificem hortatur: Lectum tuum obsessum medicis scio, hinc prima mihi timenda causa est; discordant enim de industria, dum pudet nihil novi efferentem alterius adhæsisse vestigijs, nec est dubium omnes istos famam novitate aliqua aucupantes animas statim nostras negotiari.... Horum turbam velut inimicorum aciem, Clementissime Pater, intuere, instruat te illud epigraphæ sepulchro sculptum: Turba medicorum perij.

1994
Medicus
vnus egro
to adhibe-
dus.

Cur *vt aromatibus condirent Patrem?* Vt qui virtutum fragrantiam misit in vita, odorem suauitatis exhalaret in morte. Favet Rabban. *in cap. 49. Eccles.* Memoria Iosifæ Regis comparatur operi pigmentario; quia fama virtutis eius, & suauitas modestiæ, & studium reparandi cultum Dei, omnem odorem, & dulcedinem, & cantinelam superat.

1995
Mortui in
sticō diēdi

Cur *transferunt quadraginta dies: iste quippe mos erat, &c?* Quia apud Ethnicos cadavera servabantur incondita novem diebus, plangendo, & fovendo aqua calida, vt explorarent an anima egressa esset è corpore: condita vero per quadraginta. Hebræi per septem; & condita per triginta. Vnde corpus Iacob servatum est quadraginta diebus more Ægyptiorum, & triginta more Hebræorum. Vnde sub vtriusque gentis observatione transferunt septuaginta dies.

1996
Cadavera
diu serva-
bant anti-
qui.

Lachrimæ
pro defun-
ctis ab ex-
traneis.

Cur *flevit eum Ægyptus septuaginta diebus?* Quia tota illa regio testis erat virtuosæ, & inculpatæ vitæ. Apud externos deplorantur defuncti ob amissionem virorum insignium; & forte amariori luctu extranei, quam domestici: horum enim lachrymas tergit hæreditatis lucrum; illorum vero fundit sincera erga defunctum pietas.

1997
Fletus ob
adulationem

Sed, vt propriori sensu loquamur, *flevit tota Ægyptus septuaginta diebus*: Quia vivebat Ioseph, fletus ille magis ob oculos Ioseph, quam ob ossa defuncti effundebantur: planctus, & eiulatus non doloris ob mortem; sed adulationis ob

gratiam Ioseph: lachrymas illas non exprimebat dolor; sed eliciebat adulatio. Fleverunt tamdiu, ait Abul. Quia Iosephus erat Præpositus Ægypti.

Vers. IV. ET EXPLETO PLANCTVS TEMPORE,
locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: Si inveni gratiam in conspectu vestro loquimini in auribus Pharaonis:

Vers. V. EO QVOD PATER MEVS ADIVRAVERIT
me, dicens: En morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac revertar.

V E R S I O N E S.

SEp. *Postquam autem præterierunt dies luctus locutus est Ioseph ad potentes Pharaonis, dicens: Si inveni gratiam coram vobis loquimini pro me in aures Pharaonis.*

Cald. *Loquimini queso cum Pharaone, quod Pater meus adiuravit me, in sepulchro meo quod præparavi mihi in terra Chanaan ibi sepelies me, & nunc ascendam obsecro.*

Pag. *Locutus est ad domum Pharoeh.*

Cur locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis? Quia licet totius Ægypti Præfectus, & secundus à Rege, non ita tanto munere evanescebat, vt colloquium cum cæteris de familia Principis sibi longe inferioribus vitaret, imo quærebat occasionem, vt data causa sibi efficeret familiares; eos tractaret, & cum illis amicabiliter ageret. Videas nonnunquam superiores ita præfectura inflari, vt subditos alloqui, cum illis agere, imo serenum frontem dedignentur ostendere.

Cur si inveni gratiam in conspectu vestro? Quia id satagebat Ioseph amicitia gratiam cum domesticis adire: Nam qui in aula, vel communitate degunt, id necessarium est ad pacem, & unitatem servandam, vt cæteros ita tractent, vt eorum sibi amorem, & benevolentiam concilient, aliter exule pace, & animorum concordia, rumoribus, invidijs, emulationibus, accensa flamma oppositionis, ad destructionem suberescet.

Cur

1999
Superiores arrogantes, & sevi.

1999
Unitas inter cohabitantes,

2000
Aures re-
gis adula-
tionibus
claudūtur
ad audien-
da misera.

Cur loquimini ad aures Pharaonis? Quia obtusas habent Principes aures plausibus, & adulationibus obferatas, vt difficile audiant planctus miserorum: etiam si quid lamentabile est exulare à Regum præsentia, & ab aula iuberetur, imo clamoribus silentium imponere conatur. Vociferante cæco iuxta viam Ierico, de quo Luc. 18. 38. suam miseriam, & cæcitatē deplorante, qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ne ad aures Domini clamor cæcutientis perveniret.

2001
Funestati-
ment Re-
ges videre

Cur ipse per se non deprecatur, & loquitur? Veritus est ne habitu lugubri, quo induebatur, & tristi fronte, quo afflictebatur ob mortem parentis ante Principis oculos appareret. Formidant Potentes tristitia conspiciere, ea præcipue, quæ mortis, quam oderunt, recordationem excitent? Audiendus Lyra: secundus à Rege intercessores mittit, ne vel funestus regem accederet. In simili patet Esther 4. 2. vbi de Mardocheo dicitur: *Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare.*

2002
Magnates
non super-
biant.

Cur ad Magnates recurrit, vt Regem alloquantur? Vt insinuet se, etiam secundus à Rege, eos non tantum præcellere, vt eorum opè non indigeat; æqualem se illis constituit, ne eos despiciere per arrogantiam videretur. Hoc maxime Dynastas Regum detrudit, si, cum se videant altiori ceteris gradu constitutos, alios sibi nobilitate non impares, contemnant, quo omnium in se invidentiam, & emulationem conciliant.

2003
Iudex in
causa pro-
pria,

Ad Magnates recurrit, qui possent regi suam prætensionem exponere, & efficacius persuadere, ne in propria causa importunus suavor appareret, & repulsam sentiret. Nolebat, ait Abul. Ioseph pro se rogare immediate; quia videretur ex passionali affectione hoc agere: Familia autem Pharaonis possit suadere Regi hoc esse rationabile, & sic Rex consentiret.

2004
Prælati
præsentia
in Dicecelsi

Deinde: Vt sciant se non vltro, & per propriam voluntatem ab Ægypto recedere, & à suo munere deficere; sed quod esset coactus præcepto parentis; iuramenti religione, & pietate exequendi funus, sepeliendique cum honore patrem. Non enim debet munere publico constitutus ob leuem causam, & fictam excusationem, à Provincia, quam

gubernandam susceperat, abesse. Hinc monendi Prælati, qui suas oves, oblectamenti causa, aliove ficto pretextu, orbatas pastore relinquunt.

Cur ac revertar? Ne suspicarentur, quod occasione accepta sepeliendi Patrem, in terra Chanaan onustum iam opibus velle permanere, quod utique Rex repugnaret, quod innuit Carthul. Timuit ne Rex non suspicaretur eum non velle reverti: ideo per alios volebat explorare animum Regis.

Cur statim crediderunt Iosepho, dicenti: *Revertar*, cum possent suspicari, hoc pretextu, nempe sepeliendi Patrem, qui dives iam fuerat, velle in terram nativitatis manere? Quia ita apud præcos illos mendacium erat alienum; ita fides apud eos intemerata, ut nec per suspicionem cogitarent mentitum Ioseph; nec patriæ amœnitate, aut inclinatione allectum, à data fide, & promissione recederet.

Cur tanta cura rogatores adhibet? Quia sciebat Regem male accepturum, quod, vel per breve tempus, à curia discederet. Nolunt Principes illos à se elongari, quorum ministerio utuntur ad gubernationem, & regimen. Favet Oleast. dicens: Hinc discimus, quam difficile debet esse regibus se parare se à prudentibus.

Cur in sepulchro meo quod fodi? Sed quando fodit, cum emptam sepulchro speluncam dicatur ab avo Abraham, non dum natus Iacob? Quia quod à maioribus per hæreditatem transfertur, tamquam executum à posteris per quamdam iuris translationem reputatur. Cæterum, ait Procopius, Abraham illam sepulturam adornaverat, nec Iacobus ait hic nunc sibi vendicat ea, quæ patris erant.

Lyranus ait: Quod fodere hic ponitur pro emere, Iacob dicitur emisit, eo quod Abraham eius avus emerat ad sepulchrum, cuius ipse hæres erat. Vel dicendum quod propterea dicitur fodisse sibi sepulchrum, quia multo ante designaverat locum ad sepulturam sui corporis. Erat enim spelunca ampla, & multorum sepulchrorum capax.

Vers. VI. DIXITQUE EI PHARAO; ASCENDE ET sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.

Vers.

2005
Suspicio
aufertur

2006
Mendacium
invisum
antiquis.

2007
Consiliarij
Regum
retinendi,

2008
Maioribus
acta quasi
nostra,

2009
Sepulchrum
signans,
fœdit.

Vers. VII. QVO ASCENDENTE, IERVNT CVM EO
omnes fenes domus Pharaonis, cunctique maiores
natu terræ Ægypti.

Vers. VIII. DOMVS IOSEPH CVM FRATRIBVS
suis, absque parvulis & gregibus, atque armentis,
quæ dereliquerant in terra Gessen.

Vers. IX. HAVIT QVOQVE IN COMITATV
currus & equites: & facta est turba non modica.

V E R S I O N E S.

PAg. *Sepeli patrem tuum quemadmodum iurare fecit te.*

Sep. Ascen. it Ioseph ad sepeliendum patrem suum, & ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & terræ Ægypti, & omnis domus Ioseph, & fratres eius, & omnis domus paterna eius, & cognatio eius, & facta sunt castra magna.

Cur dixit ei Pharao? Quia statim petitioni respondit supplicantis. Sed quis pro Iosepho Pharaonem deprecatus est? Non exprimitur, forte quia omnes certatim properarunt ad Principem, vt nuntium possent Præfecto deferre. Omnes enim satagunt gratiam inire potentium. Ostenditur, hic, ait Oleaster, qualiter omnes seruiunt eis, qui regibus grati sunt. Et S. Chrisof. Vide quantum officium declarant Ægyptij in honorem Ioseph.

Cur *sepeli patrem*? Quia grande nefas putavit Rex, & si ministerio Ioseph indigeret, vltimæ defuncti voluntatis executionem impedire. Irreligiosum videbatur, ait Lipp. vltima voluntate fraudare patrem, & extra speratum sepulchrū recondi tantum virum. Ita ille. Sic zelant Ethnici vt vltima dispositio defunctorum impleatur. Et erit Christianus; & erit Filius, qui proximi, qui parentis differat, imo non impleat mandata; dilatat sacrificia, aut amittat: debita non solvat, & defuncti anima patiatur incendia, ne ipse alicuius lucri incommodum experiatur?

Deinde: Virum strenuum, & iustum dignum iudicavit quod honorifice à filio tumularetur. Hic honos debetur san-

2010

Potentium
gratia in-
quiritur.

2011

Testamēta
disposita
implenda.

2012

Ethnici
pietatem
exercent,

Citati, qui religiosius observatur ab Ethnicis. Mortuo in cruce Domino Ioseph ab Arimathæa: *Audacter introiit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.* Marc. 25. 43. audacter scilicet; quia Iudæi intendebant, vt eadem ignominia, qua latrones, sepeliretur Christi venerabile corpus, quibus ille audacter se opposuit. At Pilatus? *Donavit corpus Iesu*, vt honorifice condiretur. Iudæi, qui Deum colunt, ignominiose: Pilatus paganus, & sine fide, honorifice voluit sepeliri.

Cur *sicut adiuratus es*? Quia vt intellexit intervenisse religionem iuramenti, apud illos Ethnicos intemeratam, & quæ violari nisi per summum nefas haud poterat, etiam cum sui regiminis commissi Ioseph dispendio, permisit abire: Quia adiuratus es, ait Abul. ex ore Pharaonis, à patre tuo, quod non potes transgredi, permitto te ascendere, cum sis valde necessarius pro negotijs regni.

Cur non monet, & prævenit: reverti memineris? Quia nullo prorsus modo suspicari, aut in mentem venire potuit, Iosephum servum fidelem in mendacio deprehendi, nec leges fidelitatis præterire. Iniuriosus esset summæ ingenuitati Iosephi. Iniuria quidem fit ministro fidelissimo, cum de ipsius fidelitate, vel levis excitatur suspicio. Dedecorat fidelem, qui suspicatur infidum.

Cur, si tanta pietas filijs esse debet in sepeliendo parentes, vt Pharaon cum sui incommodo permittat Iosepho funeri parentis ad esse, cur Christus Adolescenti, hoc pietatis opus postulanti, denegat vt eam patrem sepelire, vt scribitur *Luc. 9. 54*? Quia solus iustus, qualis Iacob, dignus creditur, vt tali sepeliatur honore. Pater ille defunctus Ethnicus erat, vt censet S. Chrysostomus, dicens: puto non de numero fidelium fuisse defunctum. Et expressius S. Ambros. dum ait: Nec revocatur ab officio patris filius; sed fidus à perfidi communione secernitur; non interdictum est muneris, sed religionis mysterium, communionem nobis cum patribus mortuis non esse futuram.

Cur tanta confluit seniorum, & Magnatum turba eorum, ex quibus, vt leg. Sept. *Facta sunt castra magna*? Quia ibat Ioseph, & *omnes ierunt cum eo*, qui erat Praefectus Ægypti, non cum defuncto, neque vt eius funus celebrarent, quem

2013
Iuramentū
servatur
ab Ethnicis

2014
Fideli iniu-
riosus qui
de illo du-
bitat.

2015
Excommuni-
cati non
tractandi.

2016
Defuncti
planguntur
ob vivos.

fane non comitabantur; sed *ierunt cum eo*, cui se gratiosos exhibere cupiebant, & à quo consequi beneficia sperabant. Blandiuntur Potenti, mortuo non suffragantur. Similiter multi comitabantur funus illud filij viduæ Naim. Sed quid? Audi S. Luc. cap. 7. 12. *Et turba civitatis multa cum illa, cum matre scilicet; non cum defuncto. Illi enim tota hæreditate, & filij patrimonio diviti omnes grati esse, & blandiri cupiebant.*

Vers. X. VENERVNTQVE AD AREAM ATAD,
quæ sita est trans Iordanem: Vbi celebrantes exequias
planctu magno, atque vehementi, imple-
verunt septem dies.

Vers. XI. QVOD CVM VIDISSENT HABITATO-
res terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est
Ægyptijs. Et id circo vocatum est nomen
loci illius, Planctus Ægypti.

V E R S I O N E S.

Sep. *Planxerunt eum planctum magnum, & validum vehe-*
menter, & impleverunt septem dies.

Cald. *Et vidit habitator terræ Chanaam luctum, qui fiebat in*
loco Arce Arad, & dixerunt: luctus est vehemens iste Ægypt-
tij, & id circo vocatum est nomen eius luctus Ægypti qui
est trans Iordanem.

Pagn. *Id circo vocavit nomen eius Abel Misrain.*

Cur venerunt ad aream Atad, quæ sita est trans Iordane-
nem? Scilicet, venientibus ex Chanaan; nam venientibus
ex Ægypto est cis Iordanem, & situs in confinibus regionis
illius; sic dictus quia multa spineta producebat: Atad car-
duum, & spinam grandiozem, quæ rhamus dicitur, signifi-
cat. Locus ille modo *Betagla* vocatur.

Cur longe ab spelunca celebratæ exequiæ Iacob? Resp.
ex S. Aug. Abul. & Perer. Quia timuerunt manere tot die-
bus in terra Chanaan, ne forte surgerent Chananæorum
gentes, & armata manu in eos irruerent; in illa vero Area,
cum esset in principio terræ Chanaan, poterant retrocede-
re,

2017
Area Plan-
ctus Iacob

2018
Prælia vi-
tanda.

re, & ad suos terminos confugere; quare inibi septem dies consumpserunt, quos in loco sepulchri transigere debebant.

Cur ergo tanta multitudo, quam castra magna vocant Septuag? Timuerunt Chananæos, qui brevi tempore multi congregari haud poterant, & se ab eorum invasione defendere facile valerent? Quia ad conspectum inanimi cadaveris enervantur vires; cadit animus, extenuatur vigor, non est rixarum locus ubi consideratur defunctus.

Cur *Planctus Ægypti*? Tum quia ibi planctus effectus ob Iacob. Sed volunt alij sic dici ac denominari, quia ibi multos post annos, Hebræis contra Dominum murmurantibus, multa millia igne consumpta sunt, vt tenet Glosa, & Historia Scholastica. Quare planctus ille non tam ad funus Iacob pertinuit, quam ad lugendam Hebræi populi futuram impietatem, & cladem. Favet Lipp. tanto luctu non tam mors Iacob, quam ruina populi futura lugebatur.

Cur ibi nullæ lachrymæ nec singultus audiuntur; sed planctus? Nota planctum esse quodam doloris, & moestitiæ indicium rationale, quod recessu, aut lugubri amictu demonstrari solet. Deploratus est Iacob ubi recens mortuus conspicitur: Plangitur nunc, quia cunctis dolebat tantum amisisse patrem; sed reprimuntur lachrymæ dum ad patres suos æternam tandem felicitatem adepturus concipitur. Nullum malum, ait Oleaster, mortuos plangere, modo eos non lugeas, quemadmodum ij, qui nullam habent spem resurrectionis.

Vers. XII. FECERVNT ERGO FILII IACOB SICVT præceperat eis:

Vers. XIII. ET PORTANTES EVM IN TERRAM Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hebræo contra faciem Mambre.

Vers. XIV. REVERSVSQUE EST IOSEPH IN ÆGYPTUM cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre.

2019
Mortis memoria cohibet passionem.

2020
Murmuratores igne puniti.

2022
Lachrymæ pro iusto nõ fūdēdæ

VERSIONES.

Sep. Et retulerunt filij eius in terram Chanaan, & sepe-
lierunt eum in spelunca duplici, quam acquisiuit Abraham
in possessione monumentui.

Pag. Et reversus est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis,
& omni comitatu.

2023
Testamēta
mature
fiant.

Cur fecerunt filij Iacob, &c? Quia pro miraculo est filios, & heredes omnem parentis demortui voluntatem, & dispositionem executos. Quam obrem maiores ego consulerem, vt consulant sibi, ne, cum tota vita insudaverint in cumulando divitias, quibus impleantur abunde filij, cum hi ne obolum quidem solvant, aut expendant in defuncti suffragium, pati eum purgatorij flammās permittunt. Scite Oleaster ait: Discant hinc filij implere quod parentes in suis testamentis mandavere.

2024
Reliquias
iustorū ho-
gorāt locū

Cur portantes in terra Chanaan? Ne intelligeretur in loco planctus sepultum Iacob, & constaret tanti Patriarchæ corpus in terra illa sibi, suisque promissa conditum, quo honorificentior, & clarior illa redderetur, quæ pretiosos Iacob cineres monumento custodiret. Sicuti nobilior, splendidiorque redditur civitas, quæ sanctorum servat, veneraturque reliquias.

2025
Epitaphia
sepulcorū

Cur sepulchrum Iacobi tot Patriarcharum parentis, tot factis, gestisque illustris aliquo commendabili epitaphio non inscribitur? Quia quod non indixit Pater, filij non addiderunt. Inde: quid refert claritudo sanguinis vbi adest corruptionis putredo? Scite Pl. 29. 10. *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Quid enim nobilitas generis cum vilitate cineris; foris stemmata, intus vermes: intra spolia mortis; foris mendata vitæ.

2026
Epitaphiū
clarius, vi-
ta defuncti

Affinis quæstio est: Cur Moyse tot plæclarus terra marique prodigijs nullum habuit epitaphij honorem in sepulchro. Imo vt loquitur scriptura Deuter. 34. 6. *Non cognovit homo sepulchrum eius?* Scio ab aliquibus dictum: Ne Iudæi ad idolatriam propensi, ad sepulchrum confluerent, & vt Deum venerarentur. Sed aliter S. Ambros. lib. de Cain,

Abel : Sepulchrum Moyſi nemo novit , quia vitam eius omnes noverunt. Vis legere epitaphium Moyſi? Memorare vitæ.

Cur ſepelitur Iacob in ſpelunca in agro ? Quia nunquam eo tempore mos fuit ſepeliendi corpora mortuorum intra civitates. Servus ſulpicius id aſſequi ab Athenienſibus haud potuit. Plato in agris , qui ſteriles erant , ſepulchra ſtatuit. Id à Romanis per legem ſancitum erat , & ſi aliquando apud eos intra domos ſepelire permiſſum ex religione larium , ea cauſa fuit , vt mortuos domi colerent. Corpora martyrum hodie reperiuntur ſepulta in vijs , præcipue flaminia , & latina , vnde ad venerationem extrahuntur , & honorifice collocantur.

Tres cauſas reperit Pererius , cur in agris ſepulchra ſtatuereſſentur : Primam , ne aer , ſi corpora intra civitates ſepelirentur , cadaveribus corruptus , exitialis exiſteret intra mœnia compreſſus : Alteram , vt tranſeuntes ad clarorum virorum imitationem accenderentur : Tertiam , ne cives paterentur in maiorum ſuorum monumenta graſſari hoſtes.

Lycurgus Athenienſium Legislator ſuperſtitiones quaſdam circa mortuos veruit , non vero eos intra civitates ſepeliri , & circa templa , vt iuvenes horrorem mortis excuterent , nec inquinari docuit tractando cadavera , vel per ſepulchra tranſeundo , vt recordatione virtutum , & rerum geſtarum ad eorum imitationem incenderentur.

Iam vero à priſcis Chriſtianiſ area ſtatuta intra vrbes , & circa templa pro ſepeliendis fidelium corporibus , quæ cæmenterium appellatur. Etiam nunc mortui in iſtis Eccleſijs tumulantur iam ante Auguſtini tempora : Ex quo illud boni accidit , vt fideles , qui templa viſitant , propter uſum Sacramentorum , & celebrationem Miſſarum , conſpectis ibi ſepulchris commoventur ad preces pro illis ad Deum fundendas. Adde ex Toſtato , quod ſecundum diſpoſitionem Eccleſiæ pars aliqua pœnæ remittitur bonis fidelibus ibi ſepultis.

Cætera quæ dici , & explanari poterant circa ſpeluncam duplicem pecunia emptam ab Abraham , explicata manent , cap. 23. verſ. 16. & à nobis recensita , tom. 4. à num. 1275. & ſequent.

2027
Mortui extra vrbes ſepeliebantur.

2028
Cauſe ſepeliendi extra vrbes.

2029
Sepulchra intra mœnia ad recordationem.

2030
Sepulchra Chriſtianorum in templis.

Vers. XV. QVO MORTVO , TIMENTES FRATRES eius , & mutuo colloquentes : Ne forte memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus.

Vers. XVI. MANDAVERVNT EVM DICENTES: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur.

Vers. XVII. VT HÆC TIBI VERBIS ILLIS DICEREMUS : Obsecro vt obliviscaris sceleris fratrum tuorum , & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis flevit Ioseph.

V E R S I O N E S .

SEp. *Videntes fratres Ioseph quia mortuus est pater eorum dixerunt: ne forte memor iniuriæ sit nobis Ioseph, & redditione reddat nobis omnia mala, quæ ostendimus in eum. Dicens sic: dicete Ioseph dimitte eis iniustitiam, & peccatum eorum quoniam mala tibi ostenderunt, & nunc accipe iniquitatem servorum patris tui, & flevit Ioseph loquentibus eis ad eum.*

Cald. Forte observabit nobis Ioseph inimicitiam.

Oleas. Forte adversabitur nobis Ioseph. Leva nunc peccatum servorum Dei patris tui.

Prib. Antiq. Nos quoque oramus vt servo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc.

Cayer. Et nunc parce obsecro rebellioni servorum Dei patris tui.

Cur quo mortuo timentes fratres eius? Cur inquam timebant? Quia cogitarunt, non tam ex charitate, quam ex reverentia patris vindictam Ioseph non abolisse; sed repressisse: Ignorabant proinde quod charitas operit multitudinem peccatorum. Cave ne ex humano respectu à peccatis recedas, cessante illo, scelus pullulavit.

2031
Charitas

2032
Concièria
tortor,

Timentes : Quia stimulis agitabantur conscientia, quæ tortorem patitur inevitabilem, ex comisso crimine assidue

remanentem; nam qui peccavit accusatorem semper habet domesticum, qui interiora corrodit, & lacerat; pungit, & ferit; quin vitare possumus vulnus quod excavat, nam, vt belle S. Cyprian. ait: non potest ibi vllum esse refugium vbi ipsa conscientia testis est, quæ accusat.

Timentes: Quia sicut ipsi diu seruarunt odium aduersus fratrem, idem à Ioseph agendum suspicabantur: Nam, vt ait S. Greg. *cap. 12. mor.* Qui semper dolose agit simpliciter erga se agi non præsumit: & quidquid contra proximos excogitat, hoc contra se à proximis formidat.

Timentes: Potentiam scilicet gubernantis, cum iudicem, quem iniurijs vexarunt præsentem intuentur. Qualiter timebit peccator, cum filium hominis constitutum Iudicem in supremo die præsentem conspiciat, quem toties suis sceleribus lascessit, & ad iracundiam huc vsque repressam, provocavit?

Timentes, deficiente scilicet patre, à quo protegerentur. Horrescat sceleribus involutus ante supremum Iudicem sistere, deficiente in eius auxilium illa peccatorum matre, cuius patrocinium nunquam sibi studuit aproximare.

Cur Ruben, de venditione Ioseph omnino inscius, nec ad eius molestias conspirans, suam innocentiam non allegat: Cur Iudas, qui internectionem vitavit: Cur non etiam Benjamin, qui nullis iniuriarum insultibus interfuit? Quia se excusando, alios accusarent, & reos culpæ redderent; & frater fratrem accusare non debuit; sed æque se in culpa deprehensos constituere, vt vna eademque omnibus sit fortuna.

Deinde: Quia sic propter innocentes cæteri à supplicio eximerentur: Sciebant enim Ioseph iustissimum, & æquissimum Iudicem, qui nolet perdere iustos cum impijs, & malet sceleratis culpam remittere, ne tres illi punirentur infontes. Genus inuisum crudelitatis est, & summæ iniustitiæ, vt sceleratos punias, innocentes opprimere; vel Deus sodomis parceret, nec eorum spurcissima delicta puniret, si, in tanta sceleratorum multitudine, inventi essent vel decem iusti, ne isti inter criminosos perirent, neque occideretur iustus cum impio. Gen. 18. 32.

2033'

Malus ma-
los cate-
ros fugit.

2034'

Iudicium
Dei timen-
dum.

2035'

Iudicium
sine parro-
cinio B.V.

2036'

Fratres fra-
trem non
accusset.

2037

Innocentes
non puni-
di cū reis.

2038
Iniuria in-
citatur ad
vindictam

Cur ne forte memor sit iniuria quam passus est? Quia iniuria aculeus est acutissimus, animo profunde infixus, qui, multos post annos animum pungit, promovetque ad vindictam. Memoria offensæ pungentis facile excitatur, & vel mansuetum impellit, ut iniuriantem haud permittat impunitum ab ire.

2039
Peccatum
supplicii
timet.

Cur, & reddat nobis omne malum quod fecimus? Quia iam tunc appendebant quantum, quamque abominabile malum commississent, cum expoliati fratris intentata mors est; cisternæ submersio; & fraterni sanguinis exacta proditio. Meditabantur proinde maximum, & intolerabile futurum supplicium, si omne malum, quod executi fuere, condigna punitione luerent. Si tantam vindictam promeretur qui fratrem vendidit: Quantam promerebitur qui Christum rursus crucifigit?

2040
Excusatio
mendax.

Cur Pater tuus præcepit nobis? Quia mentiuntur sancti; nam hæc Pater antequam moreretur Iosepho diceret. Proprium est atque frequens afflictis, & aliquid formidantibus ad sui defensionem mentiri. Vix aliquem excusari videas quin mentiatur, & à veritate deficiat. Cognatum est enim excusationi mendacium.

2041
Reverentia
erga Patres

Cur Pater tuus? Quia patrem allegant secure credentes Iosephum ob reverentiam Patris, omnia quæ illius nomine poposcerent adepturos.

2042
Merita san-
ctorum in ter-
ponenda.

Pater tuus: Quia deficientibus meritis, potentiorum virorum allegamus in postulationibus vota, & suffragia. Sic locutus Oleast. Docemur hic, cum propria merita desunt ad veniam obtinendam; interponere merita eorum qui grati sunt. Ita ille, qui statim in Hæreticos insiliens, ait: Ex quibus discant Lutherani sanctorum merita media esse inter nos, & Deum.

2043
Parentum
monita te-
nentes puniri.

Cur ad patrem recurrunt, eumque interpellant? Quia certe sciebant non impunitos abire, qui parentis voces, interpositionem, & merita temnunt. Occidit Deus filios Heli, non cum eripiebant de victimis Deo litandis: non cum retrahebant homines à sacrificio Domini; sed cum impositis à patre monitis patris iussa neglexerunt: dicente Scriptura I. Reg. 2. 25. *Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit*

2044
Deus plus
zelat cultum
parentum
quàm suum.

Dominus occidere eos. Quasi plus Deus zelaret reverentiam erga parentes quam cultum suum.

Cur Pater Iacob hac de re non monuit filium Ioseph? Quia iniuriolus esset pietati cognita, & ingenua benignitati filij, si post suam mortem crudeliorem erga fratres futurum iudicasset. Favet Abul. dicens: Iacob non curavit dicere hoc; quia tantam cognovit benignitatem Ioseph, quod non esset opus his admonitionibus.

2045
Benignita-
ti iniurius,
qui de illa
suspicitur.

Cur *ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum?* Nimirum, scelus ponderant; sed peccati refugiunt. Hæc naturæ nostræ rebellis conditio, nullus est criminofus, vel de culpa convictus, qui excusationes vnde quaque frivolas, & effugia pro viribus non inquirat, ut excusetur, aut saltem non puniatur. Vnde S. Salvian. ait: Iniqui in hac re sumus; volumus delinquere, & nolumus verberari, & omnes volumus impune peccare.

2046
Peccare,
nō castiga-
ri volumus

Cur *flevit Ioseph?* Ex teneritudine, & gaudio, eo quod audierat fratres sua crimina cognoscentes, & ad pœnitentiam reductos. Gaudium siquidem vel in cœlo est coram Angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente, Luc. 15. 10. Vnde Abul. ait: Attenta sceleris pœnitentia, tanta teneritudine inter viscera innatæ pietatis permotus est, quod lachrimas tenere non valuit.

2047
Pœnitenti-
bus con-
gaudemus

Flevit Ioseph anxius siquidem de eo quod fratres suspicarentur se minus misericordem erga eos, servaturum in corde odium, quo ab illatis iniurijs vindicaretur. Affligitur benignitas, quod de ea quid acerbum, contumeliosum, & impium iudicetur, aut concipiatur. Sic offenditur Dei clementiam nisi de eius misericordia cum fiducia speremus. Flevit Iesus mortuo Lazaro, eo quod cum diceret sorori: *Resurget frater tuus*, à se illico illum suscitandum non speravit Martha, sed tantum eum resurrecturum in novissimo die credidit.

2048
Spes in
Dei miseri-
cordia,

Flevit Ioseph, ait Guil. Ebroic. ut suo fletu satisfaceret pro delicto fratrum suorum, saltem de congruo, si aliqua satisfactio adhuc superesset, nesciebat enim si in foro Dei plene, & integre satisfecissent.

2049
Satisfactio
pro alijs.

Vers. XVIII. VENERVNTQVE AD EVM FRATRES
sui: & proni adorantes in terram dixerunt:
serui tui sumus.

Vers. XIX. QVIBVS ILLE RESPONDIT: NOLITE
timere: num Dei possumus resistere voluntati?

Vers. XX. VOS COGITASTIS DE ME MALVM:
sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut
in præsentiarum cernitis, & salvos faceret
multos populos.

V E R S I O N E S.

SEp. *Et venientes dixerunt: nos autem sumus famuli tui.*
Ne timeatis Dei enim ego sum. Vos cogitastis contra me
mala Deus autem bona, & nutrivetur populus multus.

Cald. *Iverunt quoque fratres sui, & ceciderunt coram eo, at-*
que dixerunt: ecce nos sumus servi tui. Ne timeatis, quoniam
ego timeo à facie Dei.

Pag. *lactaverunt se coram eo, non timeatis, nunquid enim loco*
Dei sum?

Onch. *Ne timeatis quoniam Deum ego etiam timeo. A facie*
Domini versa est hæc cogitatio in bonum.

Lipp. *Quoniam nonne sub Deo sum ego?*

2050
Pœnitētia
propria sic

Cur proni adorantes in terram? Quia non sufficit pa-
trem, aut intercessores alios adhibere, nisi te per humilita-
tem, & compunctionem disponas. Quid sanctos, & pios vi-
ros in tui auxilium deprecatores advocas? Nisi tu doleas:
nisi humiliaris: nisi ex corde resipiscas misericordiam Dei
non aproximabis, nec veniam ab iniurijs Deo illatis con-
sequeris.

2051
Humilitas
in verbo,
& opere.

Cur adorantes dixerunt servi tui sumus? Vt humilitatem,
& verbis, & opere manifestent. Multi vocibus humiliantur,
peccatores se, & iniquos proclamant; sed nulla in opere sub-
missio: nam si eos tangas, si in minimo lædas exasperantur; &
insiliunt: humilitas sonat in voce; superbia in operatione.
Ninivitis pepercit Deus: *Quia vidit opera eorum.* Ion. 3. 10.
In quæ verba, ait S. Hieron. Non verba audivit Deus; sed
ope-

opera conspexit, libenter mutavit sententiam, quia vidit opera commutata.

Cur *Num Dei possumus resistere voluntati?* Quia non tam ex fratrum nutu, quam Deo sic disponente sibi contigisse fatebatur: Deumque fratres suos assumpisse, vt interpositis iniurijs alius exaltaretur. Noscamus, & nos tandem iniurias, quas ab hominibus patimur à Deo permitti, illis quasi instrumentis vtente; quandoque vt nos exaltet; quandoque vt humiliet; quandoque vt pro nostris delictis puniat.

2502
Iniuriæ
permissæ
ad lucrum
nostrum.

Cur *nolite timere?* Quia callide non reservavit in corde vindictam; sed generose ex animo repulit, vt ex ore loquentis Ioseph ait Philo: Non distuli vindictam in tempus opportunius; sed condonavi pœnam in solidum, partim in honorem patris, partim propter fraternam necessitudinem. Ita ille. Indignum quidem generosi animi est, quid, ob alicuius reverentiam, condonare, & postmodum exigere. Indignius sane iracundiam, & vindictam ad tempus intra præcordia condere, & post vehementius insilire.

2503
Vindictâ
reservare
vile est.

Nolite timere, cum pater excefferit è vita; quia eadem reverentia, qua eum superstitem colui, & reveritus sum, colam, & reverear defunctum. Vt idem Philo loquitur ex ore Ioseph, dicens: Quamvis etiam si patris solius respectus apud me valuisset, in hoc humanitatis officio, par est, vt etiam illo defuncto, valeat. Reverentia siquidem defunctis etiam parentibus deneganda non est.

2504
Reverentia
erga parē
tes defun-
ctos.

Nolite timere, at cur? Quia vt leg. Cald. & Onch. *Quoniam ego timeo à facie Dei.* Quasi dicat: timeo Deum, si iniuritas observavero. Valde enim timere debet, qui illatas sibi non remittit iniurias, ne Deus miserationis oblitus in vlciscentem insiliat, & delicta in supremum numen commissa vehementer castiget.

2505
Iniurias
non remitte-
tes timeat.

Deinde: quia tutus à malo est, qui timet à timenti Deum. Timor Domini vindictam elongat, & tradit oblivioni. *Deus in nomine tuo salvum me fac*, exclamabat David Ps. 53. I. trepidans, & formidans ab hostibus insurgentibus impetis; non quia illi alieni: non quia fortes; sed quia *non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Quasi formidandus sit, qui Deum præsentem non habet, nec timet.

2506
Timendus
qui Deum
nō timet.

Cur

2057
Iniuriæ cõ
donandæ
ob Deum.

Cur Lipp. leg. *Nonne sub Deo sum ego?* Quasi diceret: Sub potestate Dei imperantis, totque delicta in te commissa remittentis subijcior; eumque præeuntem, nobisque sæpius condonantem sequor, & vobis in solidum iniurias remisi. Quid ageret Ioseph si Christum audiret dicentem: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c.* Matth. 5.

2058
Offensa Dei
plus lenti-
tur à iustis
quam illa-
ta sibi.

Cur Pag. legit: *Nunquid loco Dei sum?* Quia suadere vult fratres non tam à se, quam à Deo, cuius non gerebat vices, venia delictorum eorum deprecanda, & obtinenda: se enim dignum omni contumelia iudicans non læsum fatebatur; sed Deum offensum. Sic Pererius: Quasi dicat, ait, an sum ego Deus, vt debeam ignoscere? Qui peccastis, veniam à Deo petite, cuius est peccata condonare. Ita ille. Vere plus Ioseph dolet de Dei offensa, quam de propria iniuria.

2059
Iniuriæ ob
liviscendg.

Cur *vos cogitastis de me malum?* Quid est malum, non ne mala, & multa, non tantum cogitarunt; sed opere executi sunt? Scilicet expoliationem, impulsus invidiæ, intentatam mortem, incarcerationem cisternæ, venditionem in mancipium, & exulationem patriæ: Cur ergo *cogitastis* tantum? Tum quia oblitus omnino erat tantarum iniuriarum, quas abolere protinus à mente studuit, ne ad vindictam provocarent. Tum quia, si memor, cogitationem tantum fuisse insinuavit, vt tanta crimina extenuaret, deprimeret, & dissimularet.

Crimina
dissimulan-
da.

2060
Nobiles in
iurias non
vindican.

Cur *vt exaltaret me?* Quia ideo timere non debent, eo quod videant fratrem ad Præfecturæ dignitatem exaltatum. Indignum nobilis animi est, indignusque Principis, proprias velle iniurias ulcisci. Regius Psaltes David dicitur, cum præest, cum vero ignoscit, dicens: *Servate mihi puerum Absalon,* sibi hostem, Rex vocatur 2. Reg. 13. 1. vel apum Rex, ait S. Ambros. lib. 5. Hex. cap. 21. aculeum habet, sed illo non utitur ad vindictam.

Vers. XXI. NOLITE TIMERE: EGO PASCAM VOS;
& parvulos vestros, consolatusque est eos, & blan-
de, & leniter est locutus.

Vers.

*Verf. XXII. ET HABITAVIT IN ÆGYPTO CVM
omni domo patris sui : vixitque centum decem annis. Et vidit
Ephraim filios vsque ad tertiam generationem. Filij
quoque Machir filij Manasse nati sunt
in genibus Ioseph.*

VERSIONES.

SEp. *Ne timeatis, ego enutriam vos, & domos vestras, &
consolatus est eos, & locutus est ad cor eorum. Et filij Ma-
chir filij Manasse nati sunt super fœmur Ioseph.*

*Cald. Pascam vos, & familiam vestram, & locutus est consola-
tionem ad cor eorum. Filij quoque Machir nati sunt quos
nutrivit Ioseph.*

Arias: Et vidit Ioseph ipsi Ephraim filios tertiorum.

Cur *olite timere: ego pascam vos?* Vt firmet eis non so-
lolum ignosciturum; sed etiam beneficia collaturum. Hic
qui inimicis parcere dicunt; sed eos ante oculos adstruere,
aut aspicere omnino refugiunt. En Ioseph non solum aspi-
cit, solatur, & blande loquitur; sed, & pabulum pro sui ali-
monia fratribus spondet: Quia, vt ait Oleaster, non aufe-
renda sunt beneficia ingratum.

Cur tantum erga adversantes subsidium, vt eis non so-
lum ignoscat; sed alat? Vt inde inferri possit, quam dignus
esset imperio, ad quod aptissimus iudicatur, qui libenter, &
generose illatas condonat iniurias, & hostibus novit sub-
venire, cuius argumentum est irrefragabile, hostibus bene-
facere. Imo eum eloquentiæ parens simillimum Deo cen-
suit, dum in orat. pro Marcello ait: Animum vincere, ira-
cundiam temperare, adversarium nobilitate extollere ia-
centem; hæc qui faciat, non cum summis viris; sed similli-
mum Deo iudico.

Suam inde sapientiam hoc facto expressit Ioseph cum
ignavi sit animi contumeliæ ultio. Adnotavit scite Episcop.
Salvianus quod Athenis non admittebatur in Philosophum,
qui illatas sibi iniurias vellet vlcisci, tamquam omnino alien-
us à sapiente.

2061
Inimici nō
exulent.

2062
Inimicis
benefacere.

2063
Sapientis
est iniurias
condonare

2064
Inimicis
parcere
fortitudo
est.

Suam etiam animi fortitudinem, & generositatem expressius ostendit Ioseph. Quod vir ille eximius Phocion nomine, suo facto firmavit: Hic enim post partas ad tuendos, ditandosque Athenienses victorias, falso ad mortem damatus, cum rogaretur ab amico si quid vellet admonere filium, sic respondisse refert Plutharcus: Hoc tantum volo, ne scilicet, illata mihi iniuriæ ab Atheniensibus reminiscatur. Quid ageret Ethnicus si Christo crederet, eumque hortantem, & iubentem condonationem iniuriarum audiret?

2065
Inimici
etiã dices
subvenien-
di.

Nec credendum id egisse Ioseph, ne fratres, & nepotes in terra aliena fame perirent; nam, ut ait Carthul. fratres Ioseph, post annos famæ, satis divites erant, nec indiguerunt sustentari à Ioseph: attamen ex sua liberalitate, & charitate contulit eis multa bona frequenter.

2066
Pascere ho-
stes signũ
benevolen-
tiæ.

Cur pro singulari beneficio, ait Ioseph: *Ego pascam vos*, præcipue cum alimonia illi non indigerent? Quia argumentum interni amoris, & singularis amicitiae est pascere quos diligimus, & mensæ confedere. Saul hostis infensissimus fuit David: Hic tamen post illius mortem diligenter quæsit si quis ex eius domo remanserit, ut faceret cum eo misericordiam, 2. Reg. 9. 3. Et cum inventus esset Miphiboseth nepos Saulis, restituit illi bonis paternis, cum ditissimus evassisset, addit: *Tu comedes mecum in mea mensa semper*, verl. 7.

2067
Iudices
reos non
carpant
verbis.

Cur *blande locutus est*? Quia eis, non tantam promissionibus, & operibus; sed etiam verbis blanditus est. Sunt qui promittunt; sed ita acerbis vocibus utuntur, ut præstaret beneficia negare, quam asperrimis adeo rationationibus largiri. Vel Pater ille qui statuit nuptias filio suo convivam non indutum veste nuptiali damnaturus blande interrogat: *Amice quomodo huc intraisti*? Matth. 22. condemnent Iudices; sed tamquam tortores lingua reos non verberent, nec, & ipsi eorum fiant severi, & cruenti carnifices.

2068
Verba plus
torquent.

Id abhorruit in sua iniusta damnatione Christus Iesus per os David, sic locutus: *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt*. Pf. 68. 27. Sed quid addiderunt? Respondet Franc. Lucas *Addiderunt, vob qui destruis Templum Dei*. Marc. 14. Sed expressius S. Leo, dicens: *Fixuris clavorum addi-*

derunt tela linguarum. Quasi tanto dolori addiderint verborum martyrium.

Cur, *vixit centum decem annis*? Quia iustissimæ, & innocentissimæ vitæ tamquam iuste completi numerandi sunt anni. Multi longam vitam degunt; sed eorum tempora nec numerantur, nec memorantur; quia eorum improba vita turpibus actionibus delibuta vix dies vnus vitæ fuit.

2069
Vitæ impij
dies non
numerantur

Cur tantum vixit Ioseph, centum, & decem annis, cum Progenitores sui, & etiam cæteri fratres longiorem vitam duxerint? Quia eius adolescentia vsque ad trigessimum annum maximis calamitatibus, & persecutionibus contritam duxit, Anxietates, timores, & molestiæ animi vitam nimis conterunt, & abbreviant.

2070
Labores vi
tam bre
viant.

Dices per octoginta post annos cum amplissima gloria, dignitate, & imperio vitam traduxit, quo abunde labores transacti compensati fuere. Ita, sed etiam cum gravissimis curis, & molestiis, quas secum fert exacta rerum administratio. Gubernatio enim, in his qui recta, & assidua solitudine res sibi commissas moderantur, & regunt, vitam constituit molestissimam, ac proinde dies incolatus abbreviat.

2071
Gubernatio exacta
vitam bre
viant.

Cur *vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem*, & Nepotes etiam ex Manasse? Vt adimplerentur benedictiones Patris Iacob, quas inter illa fuit, vberum, & vulvæ, id est, numerosæ prolis, quam firmavit Iacob, cum benedicens, dixit: *Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius.* Gen. 49. 26.

2072
Benedictio
patris im
pletur.

Vidit Ephraim, &c. Vt solatium haberet in hac vita degens videndi suam iam dilatatam in filiis, & nepotibus progeniem, nam, ut ait Oleast. Solet Deus suos etiam temporibus bonis iucundos facere.

2073
Progenies
solatur.

Vers. XXIII. QVIBVS TRANSACTIS, LOCVTVS EST fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iuravit Abraham, Isaac, & Iacob.

Vers. XXIV. CVMQVE ADIVRASSET EOS ATQVE dixisset: Deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto:

Vers.

Verf. XXV. MORTVVS EST, EXPLETIS CENTVM decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

VERSIONES.

SEp. Ego morior, visitatione autem visitabit vos Deus, & reducet vos de terra hac. Et adiuravit Ioseph filios Israel, dicens: In visitatione, qua visitabit vos Deus, & simul effretis ossa mea hinc vobiscum. Et sepelierunt eum, & posuerunt in urna in arca in Ægypto.

Cald. Ego morior, & Deus recordans recordabitur vestri, & levabit vos de terra hac. Memoria memor erit vestri Deus, & levabit ossa mea hinc. Et condiderunt eum aromatibus, & posuerunt eum in arca in Ægypto.

Pagn. Visitando visitabit vos Deus, & ascendere faciet ossa mea hinc.

2074
Orphanis
Deus adest

Cur Post mortem meam Deus visitabit vos? Ne affligerentur, cum viderint eum decessisse; nam deficiente cognatorum, qui nos auxiliantur, suffragio, succedit visitatio Dei, eiusque tutior protectio. Ideo David sui ipsius consolator, aiebat: *Quoniam pater meus, & mater mea deneliquerunt me; Dominus autem assumpsit me.* Pl. 26. 16. Vide etiam quam provide curet Ioseph fratrum consolationem, ut non solum de presenti, dum vivit; sed solari eos post mortē præveniat.

2075
Fideles cō
fir mā di in
fide.

Visitabit vos: Ut in fide veri Dei firmet, & stabiliat; ne, remanentibus illis inter idolatras, eorum moribus adhererent, & falsam sequerentur institutionem. Sic Lipp. Consolatur fratres, & fidem in promissa Dei inculcat sedulo, ut non diffidant veritati Dei, & longanimiter adventum salutis ferant.

2076
Protectio
Dei tutior
divitijs.

Cur moriturus Ioseph non solatur fratres memorando bona, quibus divites, & opulentos relinquebat? Ne in divitijs temporalibus spem, suamque felicitatem auspicarentur; sed in Dei visitatione, & protectione; docens eos, & nos, parum fidendum labilibus huius mortalitatis subsidijs, ni succedat divina protectio, & visitatio.

2077 Cur Ioseph fratres suos non hortatur, vt ipso deficiente, mutuo se diligant, & alter alteri opem ferat? Quia iam ipse id repetitis docuerat actionibus, quod enim exemplo non didiscitur, verbis non persuadetur. Sic Christus Dominus hortaturus Apostolos, factis instruit, ac monet, dicens: *Exemplum enim dedi vobis*, Ioan. 13. 15. Vt operibus efficacius ad imitationem mouerentur.

2077
Exemplis
docedum.

2078 Cur non curatur Ioseph filium, aut nepotem, quorum plures iam acceperat, relinquere in gubernatione Ægypti successorem? Quia noluit in se vnum refundere culpam, & errores successoris sui, si sinistra gubernaret, regetetque rempublicam. Timuit etiam ne affectione Patris excæcetur, & minus idoneum Præfectum substitueret. Non enim facile audiendus Prætenfor, qui munus, aut gubernationem pro consanguineo, aut valde amico, deprecatur, de quo, etiam inepto, proculdubio eximia decantabit.

2078
Prætenfor
pro suis
caute au-
diendus.

Timuit insuper, ne suspicarentur Ægyptij successorem iniuste gubernantem à Iosepho prætensum, & impositum, vt ex depravato istius moderamine demortui angustius gubernatio celebraretur. Quod quidem impie actum ab Augusto dicitur. Is successorem imperij Tiberium elegit, quem noverat sævum, atrocem, & supervum, vt per istius arrogantiam sua fama cum laude percrebesceret, & perennius decantaretur. Audiendus Cornel. Tacitus, qui sic scripsit: Augustus Tiberium non charitate, aut Reip. cura successorem adscivit; sed quoniam arrogantiam, sævitiemque eius introspexerat, comparatione deterrima, sibi gloriam quasi-
vise creditur.

2079
Electio suc-
cessoris
mali, ad
laudem
prioris.

Noluit demum suos illecebris, & periculis gubernationis adsciscere, sciebat prudens Gubernator quantum in præfecturis adest discrimen, & corporis, & animæ, præcipue cum visitari à Deo monemur, cuius iudicium durissimum ijs, qui præsumunt, fiet. Ideoque quos impense diligebat à regimine longe remotos desiderabat.

2080
Guberna-
tio elo-
gan-
da à con-
sanguineis

Indecorum insuper duxit, quod sui aliorum intercessionibus, & meritis, ad culmen gubernationis ascenderent; sed si apperent imperium, proprijs virtutum, & gestarum re-
rum factis consequerentur.

2081
Electio nõ
per inter-
cessores.

2082
Tribulationes
proffut

Cur *ascendere vos faciet*? Nimirum; quia *visitabit vos Deus*, qui nos visitat, quandoque laboribus, & angustiis, non vt detrudamur in profundum; sed vt ascendamus in astra. En ex visitatione Dei ominatur ascensus, visitabit illos in oppressionibus; sed ascendere faciet ad terram promissionis. Sic nos in Ægypto huius vitæ tribulationibus visitamur, vt cum lucro ascendamus ad cœlestem patriam.

2083
Visitatio
Dei probatio
est.

Cur rursus, vers. seq. *Deus visitabit vos*? Vt certiores reddantur de visitatione divina, & cautiores fiant, ne à via virtutis, & observantia legis recedant; scientes certo à Deo visitari, vt pro meritis coronentur, aut pro delictis puniantur; nam visitatio Dei probationem importat factorum ad præmium, vel supplicium: dicente Iob 7.8. *Visitas eum diluculo, & subito probas illum.*

2084
Cognati
non mole-
standi.

Cur *asportate ossa mea*: Id est, cum vos Deus ascendere faciat de terra ista, asportate vobiscum ossa mea de loco isto? Cur statim transferri non iubet? Ne molestus esset fratribus in morte, qui subsidio in vita fuit. Non enim possent sine magnis impensis, & sumptibus corpus viri Principis, & Proregis, cum convenienti pompa, faustuque in tam remota loca decenter transferre, quod notabit Abul. dicens: Si petivisset, vt immediate post mortem duceretur in terram Chanaan, grave fuisset fratribus suis; quia hoc opus magnas exigebat expensas.

2085
Iurata im-
penda.

Dices: translatum illico corpus Iacob. Ita; sed quia ad id iure iurando filium constrinxit. Deinde: quia non tam copiosi sumptus necessarii erant ad funus hominis particularis, qualis erat Iacob, quos suo nutu expendit Ioseph. Demum: Quia noluit æquari parenti in honore sepulchri, cum satis crediderit futurum, si transacto tempore eius corpus minus honorifice transferretur.

2086
Impiorum
societatem
vel mortui
fugiant.

Cur noluit Ioseph, vt ossa manerent in Ægypto? Quia horrebat, vel mortuus, Ægyptiæ superstitionis cultus. Audi hic, ait Oleaster, quam mala sit coniunctio malorum, vt non solum vivi; sed etiam defuncti nolint iusti cum eis commisceri.

Cadaver hominis demortui in sepulchrum Elisæi proij-

citur, & revivixit: Sic narrat Scriptura 4. Reg. 13. 21. *Proiecerunt cadaver in sepulchrum Elisei, quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo.* Super corpusculum pueri innocentis demortui recubuit Elisæus, illudque mensus est; sed ita exhorruere Prophetæ ossa cum cadavere hominis impij commorari, vt patratum sit miraculum grande, ne in vno sepulchro commiscerentur.

Ni dicamus: id nos docere voluisse Prophetam, quod, scilicet, cum impij peccatis mortui accedunt ad hominem religiosum, qui mundo mortuus creditur, vel consortium refugiat, vel ita cum illis agat, vt spiritum infundat, & ad meliorem vitam ita moveat, vt reviviscant.

Cur permanere iussit ossa sua Ioseph dum fratres ibi habitarent? Resp. Abul. Prudenti factum consilio, vt moriente Ioseph in Ægypto, manerent beneficia in recordatione Ægyptiorum, vt leniter tractarent cognationem Ioseph. Expressius Carth. Voluit corpus suum tandiu dimitti in Ægypto quatenus per hoc recordarentur Ægyptij beneficiorum suorum diutius, sicque magis benevoli essent filijs, fratribusque inter ipsos manentibus.

Sed Autor de mirab. Scrip. lib. 10. cap. 15. hanc rationem assignat: Ioseph vir Propheticus, ait, prævidit quod Ægyptiorum gens idololatriæ dedita, ipsum, quod terrenæ magnificentiæ autor fuisset, & eos à fame liberasset, aliquando adorare vellent. Ita ille. Noluit siquidem Ioseph sic adorari, neque illis occasionem idolatræ præbere. Nihilominus Cornel. noster ad finem cap. 41. in Gen. ait, quod Ægyptij Dei serapis nomine Iosephum, vt numen venerantur.

Cur fratres corpus Ioseph illico non asportaverunt in Chanaan? Quia noluerunt vltimam defuncti voluntatem immutare. Deinde ne Ægyptij, quibus in veneratione erant ossa illa, offenderentur, & decertarent pro conferendo ibi reliquias illius viri, de quo vel mortuo confidebant sibi futuras subsidio.

Insuper quia voluerunt ossa Ioseph secum habere ad solatium, & auxilium, quod ab illis maxime sperabant, vt pote tot experti erga illos benevolentæ patrociniæ. Ma-

2087

Miracula patrant iusti, vt impios fugiant

2088

Impius si ad religiosum accedat recedat emendatus

2089

Beneficia pensanda mortuis.

2090

Adoratio fugienda.

Et idolatriæ occasio.

2091

Reliquiarum factorum

2092

Reliquiarum secum ferendæ.

neant ergo illa ossa inter illos, vt sint in mansione tutela, & in digressione præsidium.

2093
Posterius im-
pleat quod
patres iura-
runt.

Cur post, translata ossa Ioseph, cum fratres, qui adiurarunt illa asportare, iam decessissent à vita, transactis à morte Ioseph vsque ad discessum 144. annis? Quia fratres Ioseph id promiserant, non suo tantum nomine; sed totius etiam posteritatis suæ, ideo illorum posterius, eodem illo iuramento obligabantur, & æque observare debebant.

2094
Iosephi
mors, &
laus.

Cur *mortuus est*? At quis? Ille nimirum, qui fuit oblectamentum parentis; simulacrum pudicitia; speculum honestatis; à sole, luna, & stellis adoratus; in carcere constrictus: Somniorum interpres: ad culmen dignitatis euectus: Ægypti Præfectus: totius Regni Prorex: mundi tandem saluator nuncupatus. Lumen honestissimæ, & inculpabilis vitæ extinxit mors, abolere gloriosam tantorum facinorum memoriam non valuit. Mortuus est cum septemdecim annos domi cum patre egisset; terdecim in servitute: reliquos octoginta in Principatu; cuius gloria meritorum per interminata æternitatis sæcula perennabit.

2095
Labori exi-
guo re-
muneratio
magna.

Cur *geminatur: Expletis centum decem vitæ suæ annis*? Vt computetur tempus angustia, cum tempore felicitatis: terdecim annis certavit in tentationibus, octoginta cum magna dignitate, & gloria præfuit toti terræ Ægypti. Vide ait S. Chrisof. quomodo maiora sunt præmia, quam labores; quasi dicat: persecutiones, & tribulationes patienter admiffæ, & cum tolerantia sublata maximam à Deo consequuntur remunerationem.

2096
Ioseph de-
positus in
Ægypto.

Cur *repositus in loculo*? Quia non sepultus; sed ad tempus in deposito collocatus in arca, aut capsula, non in morea, vt tenet Caietanus; sed vero similis, vt tenet Pererius, lignea, quo scilicet, cum opus esset, maiori facilitate, & minori labore posset, dato tempore, adportari, & transferri.

2097
Lachrymæ
non ob de-
fectos sed
ob vivos,

Cur nullæ Ægyptiorum lachrymæ in morte Ioseph; cum tantus fuerit planctus in morte Iacob? Gubernarat tunc filius, nullus nunc remanebat de stirpe Ioseph, qui gubernaret, & cui blandirentur Ægyptij, & quem suo planctu obligarent. Vnde constat, quod lamentatio quan-

doque non inſilit pro mortuo, quam ſtrepit pro vivis. Lu-
gemus defunctum; ſed in conſpectu ſuperſtitum, quorum
benevolentiam, & amicitiam, ſi potentes maneat, capta-
re ſtudemus.

Quæres quid factum fuerit de oſibus Ioseph? Ea mag-
nopere curavit Moyſes ſecum ferre, cum educeret popu-
lum, cui id commiſſum erat, de Ægypto. Id teſtatur cap.
13. 19. Exod. dicens: *Armatai aſcenderunt filij Iſrael de ter-
ra Ægypti. Tulit quoque Moyſes oſſa Ioseph ſecum.* Sed
quibus armis? Non memorat, forte quia nullo armorum
genere fortiori potuerunt muniri filij Iſrael, quam oſibus,
& cineribus Ioseph: Hi pro muro, enſe, gladio, lorica,
& omni armatura fortium illis erant, ad eorum conſpectum
operata prodigia, oſtenſa columna ignis, & nubis, apertum
mare, & hoſtibus ſuffocatis recluſum.

Cur Ægyptij non repugnarunt auferri à ſe corpus Io-
ſeph? Quia vel ſurtim ſublato fuit, vel ſervare contemp-
ſerunt. Id certum eſt quod nullus de Regibus Ægyptijs ſub-
merſus in vndis legitur ante egreſſum Ioseph, remiſſis eius
reliquis, ſtatim legimus Pharaonem, curruſque illius, &
exercitum in mare proiecetos: vel barbaris illis oſſa Ioseph
pro ſulcimento erant.

Quæres demum quid factum ſit de fratribus Ioseph?
Mortui ſunt in 144. annorum ſpatio, quod interfuit uſque
ad egreſſionem, quo tempore eorum progenies ita multi-
plicata eſt, vt qui egreſſi ſunt de Ægypto, ducente Moyſe,
numerentur ab Scriptura, dicente Exod. 12. 37. *Proſecti-
que ſunt filij Iſrael ſexenta fere millia peditum virorum abſ-
que parvulis. Sed, & vulgus promiſcuum innumerabile.* Quo
computato ex parvulis, ſenibus, & ſcæminis ſunt qui nume-
rent tres milliones. Tum vt adimpleretur benedictio Dei
promittentis multiplicationem Iſraelici ſeminis. Tum quia
familiale erat ſcæminis in Ægypto vno nixu plures, puta
quatuor, aut quinque foetus edere, de quo videatur Tyri-
nus in cap. 1. Exodi.

Deinde: mortui etiam illi, quibus beneficia præſtitit
Ioseph, Novus Pharaon cum cæteris Dynaſtis oblitus bene-
ficioꝝ antiqui Præfecti, timenſque à multitudine He-

2098
Reliquiæ
ſanctorum

2099
Vel Ethni-
cis favent,

2100
Multiplica-
tio prolis
Iacob.

2101
Progenies
Iacob op-
preſſu in
Ægypto,

bravorum, eos modis omnibus conatus est opprimere, afflictionibus, laboribus, onerum impositionibus; quos etiam multiplicari videns, iussit obstericibus suffocari masculos, & in Nilum demergi. His afflictabatur populus ille anxietatibus, quo usque Deus suae gentis miseratus Moysen, qui eos eriperet, & ad terram promissionis deduceret, misit, cuius acta refert liber Exodi, cui lectorem remitto. Interea Deum optimum maximum enixe deprecor, ut quae scripsi cedant in laudem, & gloriam nominis sui, & in profectum, quem semper intendi, animarum. Et Sacrae Scripturae candidatis humiliter posco, ut me, sibi in ijs quaestionibus consulentem, adiuvent, ut erutus ex mundi Aegypto ad terram promissionis caelestem sanctorum patriam, vna cum ipsis, deducar, vbi de nostris studijs perenniter congratulemur.



RERVM

RERVM NOTABILIVM

ALPHABETICVS INDEX

NUMERVS PRODUCTVS VNVS EST, ISQVE
marginalis.

A

- A**bsentia patienter tolerata 1523. Amorem acuit 138. Superioris, mala parit 250. Absentium cura 148. Abundantia superbiens 1519. Et fertilitas à Deo 1774. Lurians 940. Noxia 985. Acceptatio inter homines 1912. Acceptio personarum nulla 861. Accusatio apud eum, qui corrigere debet 32. Examinanda 36. Non credenda ex auditu 149. Fratrum 265. Offensi suspecta 648. Falsa scrutanda 854. Accusator exosus 25. Sui, non accusatur apud Deum 452. Falsus puniendus 783. Accusatores odio habentur 709. Celantur 419. Accusandus prius monendus 28. Audiendus 639. Acquisita labore pretiosiora 1642. Actio gratiarum pulchrum eloquium 1864. Administratores censuum 1476. Fideles 1480. Nihil dent sine consensu Domini 1483. Dominis consulant 1496. Bonorum alienorum 697. Suspecti 906. Admiratio de inopinato favore 1232. Adolescentes moriuntur ad instructionem aliorum 1578. Adoratio vera 105. Hominum fugienda 2090. Adorare cogimur quod oderimus 1006. Adorandus Deus; non homo 101. Adulatio 838. Negotiatorum 1007. Aulicorum 1351. Proximatur regnanti 1721. Adulatores destruendi 125. Adulter se magis lædit 632. Adulteræ suum oderunt 623. Alios culpant 630. Adulteris multa sunt peccata 570. Adulterium à Deo punitur 322. Turpius in fœminis 427. Gravius in viris 429. Quanta mala pariat 470. Ægroti monendi de periculo 767. Vno vrantur medico 1994. Ægrotis salutaris lætitia 1857. li 4. Ægypt-

- Ægyptij cur detestentur Hebræos 1226.
 Æqualis æquali non imperet 1957.
 Ærumnæ carcerum 859.
 Ætas florida morte marcescit 1577. Maior præferēda 1661. Quandoque celatur 1456.
 Ætati non fidendum 1571.
 Ætate parvus, & scientia magnus 908.
 Æternitas 724. 1122. 1146.
 Æternus Pater locutus per filium 1078.
 Affectio regum facile mutatur 1418.
 Affectus inordinatus cæcat 394. Aliter apprehendit 1176. Re pressus 1302. Ratione temperandus 1218. Mortificandus 1977.
 Afflictio non tanta est, si Deus necet 284.
 Afflictus deseritur 704. Magis, prius consolandus 1334. Dicit solari 710.
 Afflictum non audire nefas 1071. 1082.
 Afflicti difficile credunt bona sibi 1381.
 Afflictis compatiendum 1209.
 Agricola vectigales 1802. Eorum vita felix 1798.
 Agricolis dandum semen vt seminant 1509.
 Agriculture dignitas 1795.
 Ali de suo 548.
 Aliena non faciant 807.
 Amazonēs 417.
 Ambitio 474. 887. Elevatum non patitur 88. Provida 471. Taciturna 889. Gubernandi nulla in antiquis 902. Inter consanguineos 1363.
 Ambulare in præsentia Dei 1601.
 Amicitia 79. Ficta 161. particularis 1098.
 Amici apti ad solatium 360. Veri 1555.
 Amicis veris aperienda secreta 395.
 Amor spiritualis 42. Verus 1389. Proximi ex virtute 44. Male collatus 53. Principum male expenditur 51. Liberalis 57. Ex operibus 58. Ardet in lachrymis 299. Fœminarum 614. Nimius filiorum punitur 979. Cæcus 1112. Cruciat 1128. Rationalem dementat 1129. Fraternalis 1161. Affligitur si impediatur 1210. Mutata fortuna mutatur 1214. Patriæ, & bonorum 1330. 1803. Consanguineorum noscivus 1469. Patriæ 1539. Appretiativus verus 1944. Verus morte vivit 1979.
 Amans laudat amatum 1876.
 Cito accurrit afflicto 1554.
 Amati magis mortificantur 1248. In eius bonis gaudemus 1347.
 Amata servamus 993.

- Angelus qui errantes dirigit 158. Fatalia non nuntiat 267.
 Ut homo apparens iactat genus 1345. Custos 1605. Alios protegit 1606. Omnia mala pellit 1607. Minister benedictionum 1608.
 Angeli dignitas 1604.
 Anima pro vita 198.
 Anni senuum recensentur 1452
 Vitæ dies breves 1453. Tranfacti pauci videntur 1457.
 Annulus dignitatis signum 903.
 Anti-Christus blanditijs decipiet 1829. Iustos cruciabit. 1826. Ex tribu Dan 1819. 1827. Fiet Rex 1828. Veniet extremo tempore 1831. Potentes detrudet 1832. Eius fraudes 1830.
 Anxietas aulae 1124. Ornatus vani 383.
 Appretiatio virtutibus emitur 66.
 Apretudo attendenda, non antiquitas 731. Examinanda non locus nativitatis 734.
 Area planctus Iacob 2017.
 Armorum abusus damnandus 1706.
 Arrogantia punita 1825. Iudeorum comprimitur 297.
 Aruspices non credendi 475.
 Ascensus in Deo improprie dicitur 1412.
 Asinus qui pro temporalibus inludat 1792. Familiae Ecclesiasticus 1807.
 Aspectus invidorum fugiendus 172. Interna demonstrat 707.
 Assentationes ad Reges 842. Fugienda 873.
 Assistentia gubernatoris prodest 727.
 Astrologi 1022.
 Avaritia famem temnit 402. Inexplebilis 1093. Exulet ab Eucharistia 1111. 1507.
 Avaritiæ cedit livor 236.
 Avarus ad omne patet scelus 379. Nec manducat, nec cibatur 761. Superflua servat 1941.
 Auctor pacis Christus 1770.
 Auctoratus loquatur 1119.
 Augurari idem ac prælagire 1260.
 Augurandi ars à Deo 1293.
 Augurum consultatio 1294.
 Aula à longe timenda 1254. Fugienda 1425.
 Aulis se intromittentes 1124.
 Aulici sceleratis consulunt 791. Vindicant iniurias Regum 1301.
 Aures regis adulationibus occupantur, ne audiant misera 2000.
 Auri sitis 236.

B

Bellum iustum dat ius 1635.
 Bella moventes 1687.
 Benedictio Dei omnia multiplicat 542. Patris 1553. Meritis

- exhibenda 1589. Patris impletur 2072. Filiorum, parentes transcendit 1623. A Deo 1762.
 Benedictionis fructus à Deo 1561. Causa, Crux 1593.
 Benedictiones à cœlo, terra, & abyſſo 1920.
 Benedictionum formulæ 1923.
 Benefactor inimici 257.
 Beneficia Dei, occultanda 97. Ligant 575. Memorentur, non iniuriæ 945. Abscondita 1090. Alia vocant 1165. Pensanda mortuis 2089.
 Beneficijs aliquando non debetur gratitudo 865.
 Benignitas Dei 1727.
 Benignitati iniurius qui de illa ſuſpicatur 2045.
 Bonum commune præferendum 934.
 Bona dominorum ſervanda 784. Communicanda 920. Coincanda vicinis 970. Bene acquiſita theſauri ſunt 1184. Difficile creduntur 1380.
 Bonis expoliati mutant domicilium 1497.
 Bonitas patris favet filijs 1565.
 S. Franciſcus Borgia 1344.
 Brutis interimi infauſtum 273.

C

- C**Adaver iuſti horrore non eſt 1980. Iuſti nit et 1981
 Cadavera veſtientes, & ornan-
 tes 1990. Diu ſervabant anti-
 quique 1996.
 Calamitas creſcit 967. Timetur 1407.
 Calvinus magum arguit Iosephum 1259.
 Calumiando multi; defendendo pauci 619.
 Captivare furtum creditur 751.
 Caput familiæ 436.
 Carcer custodia ſit; non puni-
 tio 654. 702. Sapientiam adepiſcitur 728. Supplicium eſt 747. Magnum 1054. Fundus licitorum 461. Quam acerbus 481. Intolerabilis 483. Si diferatur odibilis 484.
 Carceris miniſtri vinctos torquent 651. Tortores ſunt 655. Cuſtos, non ſit vulgaris 666. Non premat vinctos 699. Prolongatio 701. Detentio brevis, longa videtur 724. Ærumnæ 89. Mœores nescit Rex 868.
 Carcerem paſſi compatiuntur vinctis 1052.
 Carcere non detinendi rei 432.
 Carceres torquent nunc vinctos 652.
 Carcerari innocentem durum eſt 638. Ob caſtitem glorioſum 640. Ob ſuſpicionem 650. Ob Chriſtum 658.
 Carcerantur iuſti ad exemplum 672.
 Carceratus advocatos habens potentes 656. Solandus 708. Car-

- Carcerati se clamant innocentes 756. Nō expoliandi 1055
 Deseruntur à suis 1115. Non detinendi 1053. 432.
 Carceratis Deus adest 660. In-
 iuste, compensandum 741.
 Carceratos visitare 662. Sole-
 tur custos 706.
 Carcerandum non est ob suspi-
 cionem 650.
 Castigatio cū discretione 1037.
 Castigamur per quæ peccamus
 989.
 Castigandi rei, non expoliandi
 1057.
 Castus omnia perdere ducit
 613.
 Casto revelantur arcana 109.
 771.
 Causæ audiendæ 1171. Sepe-
 liendi extra vrbes 2028.
 Celeritas in operando celebra-
 ta 1860.
 Cella religiosa cœlestis officina
 1468.
 Caritas 2031. Ad communi-
 candum 1853. Fraternalis 1676
 Charitatis fractio gravior luxu-
 ria 1713.
 Christus flagellatus 212. 219.
 Perditus, & inventus 256.
 Mediator inter Deum, & nos
 1079. Spes Ecclesiæ 1772.
 Virtutibus nos ligat 1775.
 Vitis vera 1775. Mulieris fi-
 lius 1769. Auctor pacis 1770
 Christi mors à Phariseis 1695.
 Passio memoranda morienti
 1546.
 Cinere sepulchri non correctus
 inemendabilis 1671.
 Cito decidunt qui cito crescunt
 1883.
 Clementia in fragiliores 430.
 Dei supra nostra merita 1610
 Iudicis, & superioris 1196.
 Dei exoranda post culpam
 1288.
 Cognatio cum potentibus fini-
 gitur 1020.
 Cognati militum attendendi
 1354. Antepoenendi 1372.
 Procerum 1471. Non mole-
 standi 2084.
 Cognatorum pietas permanens
 1437.
 Cognitio propria 1359.
 Colloquia cum humilibus 22.
 Mala, & turpia 209.
 Comitia religiosorum 890.
 Communitatis commodum 229
 Conceptio B. M. 490. 794.
 1784. 1592. In terra Zabul-
 lon 1785.
 Concilium Phariseorum in Ie-
 sum 1692.
 Concionator ex zelo loquatur
 1286. Temporalia temnat
 1506. Abstineat, vbi fructus
 non speratur 1508. Tepidus
 non persuadet 282.
 Concionatores 1339. Invidi 335.
 Proteguntur à Deo 1415.
 Concordia fervorum felicitat
 domum 627. Fœcunda 817.
 Fratrum 1648. Delectat 1295.
 Con-

- Confessarius 449. Compatiens 1602. Rerum 935.
 206. Blandus nimis non querendus 831. Blande accipiat poenitentes 1308.
 Confessarij potentiorum 689.
 Docti querendi 718. Prudentes 1338.
 Confessio 1151. Integra 1017. 1716. 1746. Veniam assequitur 451. David extorta 458. Poenam vitat 468. Deler culpam 849. Misericordiam assequitur 1092. Cum dolote laudificat Deum 1384. Digna laude 1715. Peccata celat 1717.
 Confidentia in Deo: non in homine 797.
 Conformitas cum Deo 1598.
 Confusio damnati in iudicio 1076.
 Coniector quis? 835.
 Connubium inconsultum 309. Cum vxore fratris 328. Cum infideli vitandum 922.
 Confanguinei excusandi, & defendendi 456.
 Confanguineorū subuentio gratificanda 1629. Mala deploranda 1280.
 Conscientia mala sinistra cogitat 1175. Bona impavida est 1267. Mala timet 1103. Aliena ignoratur 1271. Iudex, & testis 1063.
 Conscientiæ securitas 659. Tortor 2032.
 Conservatio magnum beneficiū

1102. Rerum 935.
 Consilium in spiritualibus exigendum 110. Ab amicis 885. A senioribus 111. Caute dandum 305. Audiendum 1144. Multorum 829. 832.
 Consilia vltima parentum 1948. In morte danda filijs 1970.
 Consiliarius in re propria malus 113. Malevolus ineptus 112.
 Consiliarij mali dividendi 1709. Regum seruari 2007.
 Constantia 1902.
 Consultatio augurum 1294.
 Consultores veri qui annūntiant quod sentiunt 758.
 Consulentes bella 1686.
 Consultationes ad apparientiam 839.
 Contactus libidinosus 609.
 Contemptus mundi 2. Temporalium 786.
 Contentio vitanda 1567.
 Continuatio victoriae 1730.
 Contritus vere, non reprehendendus 1312.
 Convivia ad pacem 1173.
 Convivijs saepe lotæ manus 1235.
 Convivans aliquid mittit ob benevolentiam 1233.
 Convivarum auctoritas honestat 1223.
 Cooperatores te damnabunt 774.
 Cor oculos dirigit ad quod amat 1202.
 Cordis duplicitas 77.

- Correctio mitis 74. Rationalis 123. Dura ad emendationem 1009. Patris benedictio est 1680. 1950. Peccati omiffa plectitur 13. Ex bono zelo, prodest 131. A superiore efficax est 132. Non danda correcturo se 1612.
- Corrigens careat culpa 1072.
- Corrigendi munus datur hominibus 159.
- Creaturæ omnes benedicunt bonos filios 1921.
- Credibilitatis signa 1385.
- Crimen, fratrum Ioseph quale 24. Se prodit 421. In nos vindicatur; non in Deum 428.
- Criminis maioris maius examen 692.
- Crimina dissimulanda 2059. Ei qui corrigere debet ferenda 32. Ignorantur à Dominis 40. Alijs imponuntur, vt deleantur propria 41. Finguntur 41. Celanda 400. Excusanda 446. Aliqualiter plectenda 1036. Fratrum tegenda 1309. Tradenda ad emendationem 1650.
- Criminosus dissimulans crimen 39. Alios criminosos fingit 1178.
- Crudelitas in fratres exosa Deo 207.
- Crux Christi nos liberat 443.
- Adumbrata 1544. Præsidium morientibus 1545. Causa benedictionum 1593. Instrumentum miraculorum 1599.
- Crucis amplior benedictio 1590.
- Culpa alijs non applicanda 1368. Pateat dum damnatur 346. Nostra in alijs refunditur 355.
- Culpe minori minus supplicium 1788.
- Culpæ purgandæ 1211.
- Cultus, privatus sit inter infidos 955.
- Cura nubendi primogenitos 310. Familiæ propria 991. Filij de salute patris 1552.
- Curiositas distrahit 224.
- Custus carceris soletur vinctos 706. Commissum defendat 1285.

D

DA, si adorari vis 99.

Damnati 1122.

Dammum ex tua culpa vitandum 472. Secrete reparandum 1101. Accusationis falsę reparandum 855.

Damnus incipientibus resistendum 815.

Dapes delicatæ potentibus 1848

David confessio extorta 458.

Debita non solventes 407.

Decipieris per quod decepisti 259.

Defectus nostros ignoramus nõ alienos 1127.

Defensio quasi victoria est 1636

- Innocentium gloriosa 1740.
 Sucepta prosequenda 253.
 Defendentes temere sua 495.
 Defendendo pauci: multi calum-
 miando 619.
 Defuncti planguntur ob vivos
 2016. Non nimis flendi 292.
 Pro suis orant è sepulchro
 1573.
 Defunctorum mandata non im-
 plentur 1528. 1532.
 Delectamur agendo cum dile-
 ctis 134.
 Delicti memoria 900.
 Delicta vnius patiuntur omnes
 1002. Occultantur 1039 Pur-
 ganda 788. Filiorum dissimu-
 lantur 33. Damnentur, &
 non erunt 569. Magnatum
 ignorantur 676. In Regem
 puniuntur non in Deum 691.
 In patres tandem puniuntur
 ♦ 1674.
 Desides nihil curant 976. Fame-
 licii 1141.
 Deus decipi non potest 262. Per
 se vindictam sumit 323. Affligit,
 vt eleuet 1167. Plus zelat
 cultum parentum quam suum
 2044.
 Dei dona dicant 949.
 Deo sacer filius deploratur 285.
 Vel Ethnici prospera tribuunt
 527. Custode, tuti sumus 1411
 Deum peccatis lacerari nolu-
 mus 279.
 Dij Gentilium itinerantiũ 1399.
 Dies iustorum dies sunt vitæ
 1459. Mortis revelatur iustis
 1525.
 Dignificari crescere est 1665.
 Dilatio nociva 1142.
 Dilectio inimicorũ 1033. 1081.
 1321. 1914. Filiorum indis-
 creta 1387.
 Diligentes felices 1143.
 Directio spiritualis 104.
 Discordes reculantur 1366.
 Discretio in castigatione 1037.
 Dispone quem persuadere con-
 tendis 1327.
 Dispositioni Dei resisti non po-
 test 258.
 Dissimulatio 1051. Prudens 268
 Dissimulans criminofus est 39.
 Distractiones in orando 785.
 Dives Dei visione caret 8. Si
 peccet punitur acrius 574 In-
 sapiens solet esse 1791. Faci-
 lius invidetur 98.
 Divitiæ angores leniunt 359.
 Dividantur qui dividunt 1710.
 Docere pueros laboriosũ 1711.
 Morte crudelius 1712.
 Docti ad consilium accersendi
 1806.
 Doctrina Christiana 1925.
 Dæmon varijs vitijs tentat 552.
 Dæmonẽ qui vicit vigilet 1841.
 Dæmones dedignantur tentare
 ad luxuriam 338.
 Dolores virgines memorandi iu-
 agone 1549.
 Dolore occupatus animus nihil
 advertit 286.
 Domestici inimici 1893. Nos per-

persequuntur 178.
 Domesticorum invidiæ 178.
 Domestica celanda 1130. Ni
 detur causa 1131.
 Domestica ignoramus, externa
 scimus 270.
 Domesticiæ lites non divulgan-
 dæ 1300.
 Dominus maioris pretij est quã
 servus 244.
 Domini domus crimina ignorât
 40. Servitutem, non servos
 amant 779.
 Domina impudica, domina non
 est 580.
 Dominium in suos 1023.
 Dominatores subiectent impios
 1024.
 Dona Dei omnia censenda 1576
 Dei celanda 1617.
 Duces in tribu Iuda 1765.
 Duelli inventores Simeon, &
 Levi 1688.
 Dulcia miscuntur amaris 1169.
 Duplicitas cordis 77.

E

E Brietas non vitiosa, quæ
 1240 Pro abundantia, &
 facietate 1241.
 Ecclesiæ minister constans 1909
 Ecclesiastici virtuosus 1908. Am-
 bitiosus 531. Heluones 1915.
 Veri 621. Asini familiæ 1807
 Proventus 1503.
 Effusio sanguinis 208. Fraternalis
 200.

Electio sponsæ vxorando relin-
 quenda 316. Per patronos sus-
 pecta 877. Recta 890. Non
 per intercessores 2081. Mali
 successoris, ad laudem prioris
 2079.
 Electi custodiuntur à Deo 1322
 Ad gubernandum, probandi
 1444.
 Electores non consanguinei 879
 Eleemofyna 1185. 1942. Non ex
 alienis 772.
 Eleemofynarius vestitur, & dita-
 tur 907.
 Eleemofynarijs insigne nomen
 916.
 Elevatus elevari ambit 85. Lap-
 sum timeat 126.
 Eliogabalus 1235.
 Eloquens concionetur: non bal-
 butiens 1285.
 Eloquentiæ vis 1147.
 Epitaphium clarius, vita defun-
 cti 2026.
 Epitaphia sepulchrum 2025.
 Epulę moderandę in esurie 1219
 Error se prodit 156. Ostenden-
 dus erranti 163.
 Errores suos potentes propug-
 nant 669.
 Errans periclitatur 255.
 Errantem nullus est qui non di-
 rigat 160.
 Esurienti prius consulendũ 1104.
 Ethnici pietatem exercent 2012
 Iuramenta servant 2013.
 Evangelium eloquium pulchri-
 tudinis 1871.

- Eventus bonus à Deo 525.
 Eucharistia 1603. Dat vitam
 temporalem 789. Ditat 1109
 Danda fidelibus 1221. Deo
 approximat 1402. Ad eam
 puritas 1188. Preparatio 1191
 Inebriat donis replens 1243.
 Danda pauperi 1487. Anti-
 quitus prævifa 1737. Prænun-
 tiata 1778. 1782. In ea rapit
 Christus 1736. Ascendit Chri-
 stus 1738. Et exaltatur 1739.
 Lavacrum, & ornamentum
 Ecclæ 1779. Animam faciat
 1851. Divitias continet 1852
 Nostra benedictio 1946. Pro-
 cul ab avaritia 1507. Eam re-
 nuentes 769.
 Eucharistiæ mala susceptio 228.
 Liberalitas 1109. Conviviũ,
 cum convivio Ioseph 1220.
 Viaticum 1558. Puritas 1670
 Hilaritas 1780. Bona explica-
 ri non possunt 1854. Pul-
 chritudo 1781. 1857.
 Excommunicati non tractandi
 2015.
 Excusatio brevis sit 1030. Sine
 disterijs 1262. Mendax 2040.
 Frivola 1538.
 Exempla bona nos detinent
 505.
 Exemplis docendum 2077.
 Experientia de subditis consu-
 lenda 1298.
 Exteri exiit 894. Vel proficui
 expelluntur 895. Favendi
 271.
- F**
- Faber fabrum odit 806.
 Facie vellata quidlibet ag-
 gredimur 371.
 Factis proprijs gloriandum 1436
 Nomen acquirere 1732.
 Fallens semel non creditur 382.
 Falso accusari intolerabile 755.
 Fama alterius tuenda 400. De-
 fendenda 444. Contervanda
 645. Curanda 749. Cum pe-
 riculo custodienda 642. Ex
 aliorum opinione 1291. Incar-
 cerati restituenda 1905.
 Famæ pulchritudo tenera 820. Si
 pars perit tota perit 823.
 Famam tuentis præmium 445.
 Fames vulgi ditat magnates 866.
 Ad monstra cogit 1113. Len-
 ta mors 961. Egenos redit
 1483. Ad vilia constringit
 1491. Superbos humiliat
 1518.
 Famis tempore delicijs abstinend-
 um 939.
 Fame peccata puniuntur 1483.
 Familiæ propriæ cura 991. Ca-
 put 436.
 Famuli, si eleventur superbiunt
 556. Attenduntur ut sint fru-
 ctiferi 726.
 Famulos non habeat qui alere
 nequit 1003.
 Favores aulae in amaritudinem
 abeunt 1290.
 Favorabilia placent 883.
 Fausta cito nuntianda 1556.

Felix vel procères famulos habet 858.
 Felices inmemores miserorum 745. 790.
 Felicitas noxia 1409. Infelicitium oblita 793. Nulla sine Deo 518. Cuncta ubi Deus est 520. Vel somniata inflat 753. Filij patrem felicitat 1376.
 Felicitates somnia infausta 773. 127.
 Fœmina si sit, te vinciet 303. Occultet vitia consortis 349. Provocat 372. Famescit pudica 401. Vindictam invenit 415. loquax 492. Querula 494. Maledictrix 496. Vitæda 591. Cru delis si illi resistitur 625. Irata non credenda 637. Afflatu serpentis acta 1821.
 Fœminæ rabies potētissima 1822
 Fœminam vi consequi probrosum 378.
 Fœminæ somnis facile credunt 120. Inconstantes 616. Pronæ ad vindictam 617. A domesticis custodiantur 1639. Victrices ex nomine B. M. 1867.
 Fœminarum scelera divulgantur 403.
 Ferox à ferocibus quibuscum degit 1433.
 Fertilitas magna præsentē Christo 1776. Terræ habitatores felicitat 1800. 1842.
 Fervor tepescens 1913.
 Festivitates ob vanitatem 762.
 Fides palâ profitenda 864. ditat 951.

Tom. 6.

Fide vniti benedicuntur 1955.
 Fidelitas in promissis 392. Probata 671.
 Fidelis Deo, & hominibus erit 528. Qui inter pecunias non ditatur 1481.
 Fideli iniurius qui de illo dubitat 2014.
 Fideles firmandi in fide 2075.
 Fidutia in Dei providētia 1117.
 Filius iners inhonorat 948. De ses nihil curat 976. Vnus iustus totius stirpis honor 15.
 Magis dilectus ornatur magis 59. Deo sacer deploratur nimis 285. Incorreptus à Deo punitur 321. Doloris, certe filius 1375. Admoneat non violenter 1621. Qui decorat familiam 1898. Colens parentes 1562. Crudelis, infamia Patris 1693.
 Filij omnes æque amandi 1166.
 Indiscrete amati rapiuntur 979 1166. 1387. A Deo dantur 1564. Et serui observandi 526.
 Parentes oblitij, si filios suscipiant 943. Otiosi 980. Prosperantur, vt suis subveniant 1323. Reprehensi felicitantur 1951. Boni à bonis parentibus 1575. Anxietates pariunt 1658. Boni patrem benedicunt 1855. Iacob duodecim tribus constituunt 947.
 Filiorū crimina dissimulantur à parentibus 34. Turba commiserationem gignit 1132. In-

KK

dic

- discreti dilectio 1387.
 Ciscus castiget, non rapiat 1056.
 Fletus immoderatus 294. Anget
 in poenas defuncti 293. Convi-
 uio placatus 358. Fictus ob
 adulationem 1997.
 Fertunditas agri à Deo 957.
 Formula iuramenti apud pris-
 tos 1531.
 Fortis non tentatur 602.
 Fortitudo patientis vincula 482.
 Est aggredi quod ceteri for-
 midant 502.
 Fortuna omnis persecutionibus
 exposita 938.
 Fortuna nostra contenti sumus
 1622.
 Frater humanus in fratres 1314.
 Fratrem vexans non est frater
 1383. Fratrem odit exaltatū
 95. Elevatus inuisus 190. Fra-
 trem defendens benedicitur
 195. Maior curet minores
 254. Non male tractandus
 1014. Pro fratre pari spodeat
 1084. Gaudeat de bono fra-
 tris 108. Fratrem non acuf-
 set 2036.
 Fratris infidi contubernium fu-
 giendum 304.
 Fratrem odio prosequi incredi-
 bile 752.
 Fratres se inuicem iuvent 82.
 Minores corrigant 194. Dis-
 cordes 1722. Se defendere
 laudabile 1836. In scelere
 1684. Per se defendēdi 1837.
 Fratrum insidia crudeles 170.

191. Persecutiones atrociores
 morte 199. Dissimulandi def-
 fectus 1077. Concordia dele-
 stat 1295. Crimina tegenda
 1309.
 Fraternalis amor 1161.
 Fraternalis unio 1034. Charitas
 297. Non uleiscitur 1316.
 Fraternalis insidia tolerande 243.
 Fraternalis odium à diabolo 68.
 Terribile 69.
 Fraternalis sanguinis effusio 2007.
 Fraternalitas vera crimina fra-
 trum damnat 23.
 Fraus fraude castigata 415.
 Fructus terram comendat 1154.
 Cariores cum exigui 1156.
 Primi pretiosiores 1869. Non
 idem ubique 1153.
 Frugalitas antiquorum 1234.
 Fuga vitrix 1899.
 Funesta non nuntianda 266.
 Funesta timent Reges videre
 2001.
 Funus sine pompa 1962.
 Funeri necessaria vendebantur
 1989.
 Funeraria impediunt fructum
 377.
 Fur palliatus Iudæ discipulus
 1266. Morte plectendus
 1269.
 Furis more tractari durissimum
 est 1264.
 Furtum nobiles nimis maculat
 1263.
 Furor in suos invehitur 1697.
 Perseverans damnandus 1702.

Excedens belluinus 1704.
 Del in iudicio 1744. Luxurie
 374. Pueri mali consiliarij 1690.
 Furiosis haud fidendum 1691.

G

Ad primus possessor terre
 promissa 1845. Gaudium plenius post afflictio-
 nem 1011. Maius post pre-
 niam 1035. Et tristitia pre-
 munt 1382. Gloria sine merito non datur
 118. Hic momentanea 800.

Humilitatis 1667.

Geminatio vocum 1404. Genus nullum sine labe 298.
 Gessen ubi sita 1440. Gratitude beneficia meretur
 1400. Gritudinis motiūm praesens
 fit 94.

Gubernatio periculosa 84. Sua-
 vis 711. Non tyroni sed ex-
 petto 725. Exacta vitam abre-
 viat 2071. Abducenda à con-
 sanguineis 2080. Distrahit à
 Deo 954. Non danda libidi-
 noto 1655. Sine querella
 1719.

Gubernator singularis non sit
 63. Oret, sed ita vt gubernati-
 oni attendat 538. Ita oret
 vt tempus gubernationi relin-
 quat 540. Delicijs non nimis

svacet 541. Nescat quod dis-
 rigit 1431. Longe à propin-
 -q quis 1432. Gubernatores iniusti provincias
 impertunt 536. Inferiores ob-
 servandi 674. Speculandi à
 Regibus 8160. Timorati praes-
 ferendi 892. Despotici 911.
 Qui nubes sunt 912. Pro di-
 versitate temporum. 874. vxo
 -il ratu sint 923. Nobiles 1346.
 no Qualia eorum sacrificia 953.
 Gubernando non aptiores no-
 -subiles 876. Apti spirituales 893.
 Gula suas quærit delicias 222.

H

Habitatio iustorum 1. Lon-
 -ga in vno loco 3. Religio-
 -sa non sumptuosa 7. Inapio-
 -rum 1455. Iesu fugientis He-
 rodem 1329.

Habitus profanus 463. Vide
 vestis.

Heres dissipat 1642. Hare-
 tici post mortem fugiendi
 1965. Et eorum regiones
 977.

Hebræos cur detestantur Ægyp-
 tij 1226.

Hebron vrbis quatuor virorum
 513.

Her peccavit turpius quā Onan
 342.

Hypocrisis 389. 814. Hypocrite manus servant, non
 cor 235.

Historia brevis sit, & succincta
1393.

Hoedus typus reprobis 380. Ap-
ta meretrici merces 381.

Homicidiae non parcendum
1085.

Honestas in morte 1972.

Honor restituendus infanti 782.

Vulneratus nimis affligitur
1660.

Honoratus magis peccat si deli-
quit 573. Parentes inopes non
spernat 1449.

Hospes vacuus non acceptus
1197. Non facile excluden-
dus 1421. Diu mansurus ma-
le accipitur 1434.

Hostes vincere gloria est Regum
1720.

Humana sapientia superna non
calat 836. Subsidia levia 1489

Humanitas imperantis innata
1015.

Humilitas in affluentia 1360.
Verbo, & opere 2051.

Humilitatis gloria 1667.

Humilium exaltatio 905.

I

Iacob labores in hac vita
1460.

Instantia 719. Factorum 1073.
Reijcienda 1326.

Idololatriae occasio fugienda
2090.

Ieiunium decorat 555. Reme-

dium libidinis 563.

Iesus perditus, & inventus 256.

Iesu nomen 489. Insitum socie-
tati 918. Habitatio fugientis
in Aegyptum 1329.

Ignominia gloriam parit 213.

Illegitimi 319.

Immortalitas animae 291. 1974.

Immunitas Ecclesiastica 1522.

Immunes absolvendi 1275.

Imperium periculosum 84.

Impius ad religiosum accedens
recedat correctus 2088.

Impii impios ceteros cogitant.
92. In malum conspirant 809.

Mori non cogitant 1527.

Impiorum societatem vel mortui
fugiunt 2086.

Impudici nomen amittunt 397.

Impudico nulla fides 1149.

Impudica non creduntur de ho-
nestis 626.

Impudica vna pro multis ad da-
num 1889.

Impudicitia vel tentari probum
est 750.

Incarcerati vicendi 248.

Incerta non affirmanda 166.

Incompletum imperfectum 18.

Inconstantia in imperio 108.

Inclinationes examinandae 735.

Incrementum sine virtute nul-
lum 1881.

Indignatio obstinata 1703.

Indoles non vna in fratribus
1426.

Induratis rigoroſe agendum

1311.

Industrius tantum, non gubernet 875.

Infamis homo mendax 412.

Infantia virtuosa 1861.

Infausta regibus nemo nuntiat 837.

Inferior non corrigat; sed superior 1181.

Infidi fratris contubernium fuge 304.

Infidis non credendum 1061.

Informatio genuina 833.

Infortunium non est ubi adest remedium 872.

Ingratitudo peccatum grande 844. In beneficium impossibile videtur 847. Incredibilis 790.

Ingratitudinis quatuor genera 845.

Inhonestum interdictum à natura 576.

Inimici dilectio, & benefactor 257.

Inimicum placare omnipotentia est 1162.

Inimici non exulent 2061. Etiam dices subveniendi 2065.

Inimicorum dilectio 1081. 1914. 1033. 1362. 257. 1337.

Inimicis beneface 2062. Parcere fortitudo est 2064.

Initijs vitiorum obstandum 38.

Iniuria per te non vindicanda 657. Incitat ad vindictam 2038.

Iniuriae permissae à Deo 1318.

In se non ferendae: sed tolerandae

Tom.6.

Reparandae 925.

Permissae ob lucrum nostrum 2052. 1320. Ob Deum condonandae 2057.

Iniuriarum oblivio 944. 1025. 2059.

Iniurias vindicat Deus 1900. Retinens timeat 2055. Non vindicant nobiles 2060.

Innocens alios credit innocentes 589. Non damnandus 1273.

Innocenti afflicto compatendum 1299.

Innocentes modo, ob alia puniuntur 757. Non puniendum reis 2037.

Innocentium defensio gloriosa 1740.

Innocentia pro libertate alleganda 748. Per se defenditur 1180. Non suspicatur malum 1270. Examen non refugit 1277. Facile decipitur 1279. Se defendit 1639. Animi 75. Liberabatur 460.

Insidia fratrum crudeles 170. Tolerandae 243. A fratribus intolerabiles 1896.

Insinuatio sufficit obedienti 1956. Superioris quasi praecipuum 1539.

Instructio prima difficile deletur 4.

Instrumenta ad eruendas lites 197.

Intellectus praecedat operationi 498. Consulendus non voluntas 1617.

KK3 In

- Intentio recta 1197.
 Intercessionones 1432. Potentium non retrahant a iustitia 1618.
 Interpositiones apud Iudices 420.
 Interpretes veri 737.
 Inventæ rei quærendus Dominus 1157.
 Inventores duelli 1688.
 Invidia 811. Fera pessima 176. 269. Ferox 333. Innocentes in sectatur 64. Ex levi causa excitatur 67. Libertatem admittit 71. Nullum habet respectum 72. 177. Nullo tempore sedatur 136. Trucior flammis 177. Sanguinolenta 261. Non comedit; sed devorat 187. In religiosis 811. Domesticorum 178. Fratrum 191. In perditione: amor in reparatione gaudet 221. Aulicorum 1441. Iuncta libidini 348. Truculentior vindicta 653. Non vincitur nisi à Deo 1901. Inter fratres versatur 1856.
 Invidiæ activitas 173. Occasio vitanda 1748.
 Invidiam superare illustre est 1348.
 Invidi torquentur bonis aliorum 80. Omnia sibi in malum vertunt 96. Destructionem invidi sollicitant 124. Inhonorantur, ne invidi honorentur 331. Se damnant ne alijs prosint 332. Vitandi, & si consanguinei 1299.
 Invidus oblequijs agrestior 217
 Invidorum aspectus fugiendus 172.
 Invidos temperare debemus 114.
 Ioca non infamant 1247.
 Iocari mentiri non est 1028.
 S. Ioseph. 964. Eius incrementa 1882.
 Ioseph ter venditus 240. In carcere honoratus 693. Nazareus 1929. Typus Sponsi Mariæ 1931. Figura Christi in multis 1878. Augmentum significat 1879. Depositus in Ægypto 2096.
 Iosephi incrementa 1880. 1882. Mors, & laus 2094.
 Ira 1162. Nec donis sedatur 1163. Fratres dirumpit 1367. Dei in iudicio 1728.
 Irrationalibus providendum 936.
 Irrisi præmiantur 738.
 Itinera antea tuta 997. Nunc plena sicarijs 998.
 Iuda peccavit in coitione cum Thamar 388. Par Abrahæ 448. An Thamar commendatior 457. Adamo dissimilis 458.
 Iudæ discipulus fur pulliatur 1266.
 Iudæi convicti 1758.
 Iudex doleat: sed castiget 1083. In causa propria 2003.
 Iudices iniusti 245. Iusti 464. Reos

Reos cito examinent 248.
 Genus reorum ignorent 425.
 Expediant litigantes 598.
 Passione ducti 426. Illico
 serpentes fiunt 1818. Dila-
 tantes reos audire 1287. Sententiam mutent iniustam 465.
 Tenentes sententias iniustas
 740. Pigri 777. Damna com-
 pensent 1100. Cito negotia
 expediant 1192. Non punien-
 tes crimina 1939. Reos ver-
 bis non carpant 2067. Ex no-
 bilibus creandi 1816.
 Iudicium Dei 87. 612. 1520.
 Terribile 1019. Terribilius
 sine protectione B.M. 2035.
 Timendum 2034. Ante iudi-
 cem offensum 1307.
 Iudicium temerarium 153. 252.
 399. 681. 716. 1160. Suspen-
 dendum 626.
 Iudicio supremo coacta male-
 dictio 1646.
 Iudicia Dei diversa ab homini-
 bus 1595.
 Iuramentum implendum 1061.
 1540. Priscis intemeratum
 1120. Servabatur ab Ethni-
 cis 2013.
 Iurare excusabant prisci 1530.
 Iurata implenda 2085.
 Ius non acquiritur per illicita
 1631.
 Iura non extendenda 698.
 Iurisdicatio Iudæ 434. Ecclesia-
 stica 532.
 Insuperioris attendenda
 164.

Iustus viridarium est 524. Vnus
 pro mille 1975.
 Iusti colles æterni 1928. Apud
 homines ; non apud Deum
 183. Ante faciem mali retro
 cadunt 1833. Angelis aggregandi 1974.
 Iustorum habitatio 1. Vires, ex-
 cedit peccatum 571.
 Iustitia severior in Magistrate
 688. Cum misericordia 787.
 Non dirigatur affectu 1229.
 Regna augeat 825. Sine rapi-
 na 1089. Et innocentia se de-
 fendunt 1639.
 Iustificamur apud homines, non
 apud Deum 183.
 Iuvenis prudens vir est 1694.
 Iuvenes se errare ignorant 157.
 Exeant à Domo paterna 504.
 Inventus otiosa, & laboriosa
 1581.

L

L Abilitas vitæ 800.
 Labor magister humilitatis 1179.
 Labori exiguo remuneratio
 magna 2095.
 Labores multipliciter compen-
 santur 929. Vitam breviant
 2070.
 Laborans ditatur 1801.
 Lachrymæ afflictio permittendæ
 280. Non pro defunctis : sed
 pro vivis 2007. Longe à vi-
 ro 1215. Simulantur 1216.
 kk 4 Pro-

- Pro iustis non fundendæ 2022. Pro defunctis ab extraneis 1996.
 Lætitia salutaris agris 1557.
 Lætitiæ succedit afflictio 1253.
 Lapis reprovatus Ioseph 1907.
 Lascivia amare nescit 614. Cru-
 delis 431. Non sistit 462.
 Captivat 561. Tyrocinium
 non habet 562.
 Lasciviam vitia sequuntur 585.
 Lascivia vincit dæmon constan-
 tem in alijs 584.
 Lascivientis Deus non est 581.
 Latrocinium foedum 1159.
 Latrocinij vel suspicio vitanda
 1158.
 Latrocinia incognita priscis
 999.
 Latronis nomen infamat 1257.
 Latrones in vijs nulli antea
 1170. Tandem capiuntur, &
 pereunt 1935. Bonis alienis
 iucundantur 227.
 Laus à Rege magna 863. Etiam
 à fratribus 1718. A fratribus
 rara 1714.
 Legatus immunis est 140. Sæpe
 fit lupus 145. Instruendus
 147.
 Legati fatalium nuntiorum 263.
 Leo fortissimus 1724.
 Leviora fortes affligunt 713.
 Lex omnibus servanda 914.
 Christi suavis 1777.
 Leges iuxta mores stabiliendæ
 326.
 Liberalitas ad vanitatem 1242.

Liberalibus nulla mensura 1245
 Liberat te, qui te à morte exi-
 mit 196.

Libertas magni fit 950. A com-
 modo ministrorum oritur
 851. Non explorata innocen-
 tia, suspecta 853.

Libido fulgur est 301. Crude-
 litate acerbior 302. Suppli-
 cio non emendatur alieno
 345. Hydrops 312. Adoles-
 centibus ludus est 320. Fœ-
 didissima 344. Fœminæ omnia
 audet 367. Languet ad cogi-
 tationem mortis 376. Levis
 reputatur 566. Quasi honor
 habetur 567. Omnia destruit
 1664. Potentias, & sensus
 cæcat 382. Honoratur quasi
 triumphus 568. Occasiones
 quarit 593. Omnia tentat vt
 vincat 599. Fuga vincitur
 604. Pauperes reddit 611.
 In pueritia radicatur 1672.
 Res benegeſtas corrumpit
 1676. Vide luxuria.

Libidinosi inutiles ad omnia
 1663. Sperti dicuntur, dum
 vitantur 615. Non guber-
 nent 1655. Emendati digni
 laude 1749.

Libidinosâ cognata non est 424
 Libri volvendi 47.

Lites domesticæ non vulgandæ
 1300.

Livor statim sævit 210.

Locus in quo peccatur non tu-
 tus 137. Non mutat mores

- 186. Sanctus accedentes commendat 1374. Sanctificatus ad orandum 1394. Impietatis fugiendus 1422. Et occasionis 1873. Sanctior ad sepulturam 1960.
- Loquatur prius nobilior 721.
- Lucidiora nostra facimus 122.
- Lucrum quodlibet scelus admittit 245. Et dedecus 247.
- Ijs, qui expenderunt 1479.
- Luctus in morte ob incommodum 1983.
- Luxuria captivat 561. Tyrocinium non habet 56. Rigore compefcitur 587. Ligat suos 600. In non cognitam fertur 375. Omnem eradicat virtutem 408. Non fiftit 462. Flamma ardentiffima 1823. Difficile vincitur 1824. Fuga vincitur 604. Vide libido.
- Luxuriæ tentationem oderunt doemones 338. Furor 374.
- Luxuriam deferens elevatur ad gratiam 1750.
- Luxuriosus difficile reparatur 1668.
- Luxurians post sacrificium 1670

M

- M** Achabæi an de Tribu Iuda 1754.
- Macilenti vitiofi 814.
- S. Magdalena de Pazis 988.
- S. Magdalena amor 1986.

- Magifter scientia indiget, & industria 1447.
- Magiftri remunerandi 1811.
- Magiftratus colendi 1543.
- Magnates non superbiant 2002.
- Regum facile cadunt 679.
- Reprimendi 850. Puniendi, fi peccent 696.
- Magnatum delicta ignorantur 676.
- Maiestas temperanda 1018.
- Maiores fequendi 5. Ætate colendi 1228. Magis fufpecti 1278.
- Maiorū acta quali noftra 2008.
- Maledictio populi timenda 1512.
- Malevoli mali confiliarij 112.
- Malitia timidos gignit 182. Nimia non creditur inter fratres 275. Luxuriantium 624.
- Malus male : bonus bene de alijs iudicat 1177. Malos cæteros fingit 2033.
- Mali fufpecti femper 1010.
- Malum minus eligendum 197.
- 1137. Malo , non curandum 1136. Culpam arguit 1062.
- Generale à Deo non mittitur 1475.
- Mala cito nuntiantur 362. Confangvinei deploranda 1280.
- Minantia peccavenda 1611.
- Tua à te 1066.
- Malæ caufæ peius patrociniū 628.
- Malevoli inepti confiliarij 112.
- Mammæ nudæ ad libidinē 417.

Mancipium esse inhonestæ, crudele est 508.

Mansuetudo frænâ 230.

Mare castigat: non rapit 1058.

Maria Virgo murus 1700. Ex germine Iuda 1735. Nos defendit 1745. Eius conceptio

1784. 764. 1592. Vitrix

1868. Si desit periclitamur

142. Invocanda in agone

1548. Benedicta à Deo 1591

Dat victoriam cito 1865.

Eius protectio 1866.

Maritimi vitiosissimi, superbi,

avari, raptores, infecti malis

motibus 1790.

Matrum auctoritas 1236.

Medicus vnus ægroto adhibendus 1994.

Medici pro servis habebantur

1987. Imperiti 1988. Periti

colebantur 1992. Periti hono-

norati 1993.

Medici nomen multi sibi arro-

gant 1991.

Meditatio mortis vigilans reddit

1379.

Memoria delicti 990.

Mendacium 1047. Invisum Deo

51. Omne scelus patrat 174.

Medacius tegitur 264. Extremum

contumeliæ 411. Vel

leve, peccatum est 413. Iocale

non est 1292. 1023. Non

commissum à Ioseph 1026.

Invisum antiquis 2006. Infi-

delitatem arguit 1059. Invi-

sulum 1133.

Menda cij vitanda occasio 1047

1377.

Mendax indignus regno 93. In-

fidus, & à Deo destruitur

94. Infamis 412. Deridetur

414.

Mens operacioni præcedat 501.

Speculanda: non frons 509.

Mensa Regis pro minus princi-

palibus 1224.

Meretrix alitur, non pudica 401

Mercator virtutem vendit 239.

Meretrices domi nomine cog-

natarum 404. Habitare in lo-

co, probrum vicinis est 406.

Meridie comedendum 1174.

Meriti evahendi, licet tyrones

732.

Merita, propria elevent 83.

Non patria scrutanda 1016.

Filiorum præmianda 1364.

Parentum proflunt filijs 1916

Sanctorum interponenda 2042

Meritis proprijs fidendum 797.

Crescere gloria est 1732.

Messias clarius cognitus à Iacob

1927.

Messias multa reservata 1768.

Miles arma: ius tractet consul-

tus 1429.

Milites 1356. Non morigeran-

tur 1425. Fiunt laniones, &

coqui 510. Aliqui militant,

vt saginentur 547. Epulones

803. Plus rapientes quam

pugnantes 1729. Exempti à

tributis 1804. Impediuntur

ad pugnam 1838.

Minatio repetita prodest 869.
Minister, si cadat, periclitantur
ceteri 678.

Ministri crudeles vt blandian-
tur 1255. Dites, fures habentur
1420. Carceris, victorum
- tortores 651. Ministros te-
gunt 852. Regum quales 962.
Per se expediant 968. Sagi-
nantur ex alienis 803. Ad
obediendū munerandi 1094.

Ministorum gratia prodest 670
Ministris Dei veritas nuda sit
768.

Minor maiores respectet 1230.
Miracula patrant iusti vt impios
fugiant 2087.

Misericordia primo deprecanda
1206. Dei nos expectat
1490. In filios adoptivos 35.

Missionarij 1767.
Missa liberat vinctos 1097.
Mysteria Christi præfigurata
1877.

Mystica consideranda, & scruta-
tanda 128.

Modestia 509. Nos Deo appropin-
quat 45. Non obliuiscenda
1203. In oculis 1892.

Monachi exemptiones querent-
ter 695. Circa cibum mur-
murantes 975. Ligati vincu-
lis 482.

Monipodia 958.
Monita patris temnens punitur
2043.

Monitio suavis 1353.
Mors diuturnior acerbior 218.

Iustorum non fienda 277.
Adolescentis terret 278. No-
strorum nos non emendat
377. Iusti digna lachrymis
1984. Christi memoranda
morienti 1546. Omnia inter-
turbat 1572. Tempus non
obseruat 1573. Innocentis
dolenda 1696. Iustorum pre-
tiosa 1971. Iusti, & peccato-
ris 1973. Proxima cogitanda
1462.

Mortis memoria 274. In guber-
nantibus 107. Repulsa 223.
Sedat luxuriam 376. 564.
Tamquam visio Dei 10. Con-
stantiam inferit 1624. Dies
revelatur iustis 1525. Ad be-
ne moriendum 1570. Cohi-
bet passiones 2019. Recor-
datio 1455. Meditatio vigi-
les reddit 1379.

Morte obliuiscenda temporalia
1541. Nec memoranda fam-
ilia 1542. Vellemus bene
operasse 1625. Posterio mo-
nendi 1643. Veriora pro-
muntur 1645. Abstrahantur
propinqui 1585. Passio Chri-
sti proponenda 1546. Inuo-
canda B. V. 1548.

Mortes cruentę in urbibus 995.
Mortui, iusti condiendi 1925.
Terrent iniustos 1982. Extra
urbes sepeliebantur 2027.

Mortuorum obliuio 1306.
Morientis salubria monita 1644.
Mori non cogitant impij 1527.

- Moribundi monendi de periculo 766.
 Mortificatio livorē delet 1238.
 Morulae in solvendis vinculis 701.
 Motus naturales 1296.
 Mulier coluber est 1820. Personata, & vaga, meretrix 405
 Multiplicatio prolis Iacob 2100
 Mundus totus videtur terra dominationis 919. Quotidie senescens deficit 1524.
 Mundi contemptus 2.
 Munus cuique proprium 539. Adimplere, & otium fugere 595. Suum quisque impleat 595. Implentes praemiantur 597.
 Munera 1197. Non temnenda 1193. Reverenter offerenda 1194. Et ligant, & obligant 1152. Ferens plauditur 1155 Extraneis dantur 1390. Dantur cum adest charitas 1391. Amorem testantur 1628.
 Murmuratio 862. De patre, & superiore 27. Scelus auget 423. De absentibus 493. Absentes ferit 1895.
 Murmurationis sagitta 1894.
 Murmuratores fratrum 636. Impudicorum 643. Afsidae 812. Afsilatu nocent 822. Igne puniti 2020.

N

Natalitia vt celebrent iusti 776

- Natalitij celebritas 775.
 Nativitas Iesu inter animalia 226. 1574.
 Natura non punit infantes 347. Ex nostra alios fingimus 91.
 Necessaria quarendo 983.
 Necessitas caret lege 1150. Extrema subveniēda 1486. Deo exponenda 1488.
 Negata magis appetimus 583.
 Negatio rei petita torquet penitentem 1627.
 Negligentia culpabilis 283.
 Negotia illico tractanda 865. Expediantur cito 1192. Tuorum tu age 1417. Excludenda 1423.
 Negotijs praemittenda oratio 1397.
 Ninive 466.
 Nobiles quandoque degenerant 1843. Precatione rusticis praecipis cogendi 1958. Facilius admittuntur ad regimen 1424.
 Nobilior loquatur prius 721.
 Nobiliores prompti ad defensionem aliorum 193. Iniurias non vindicant 2060.
 Nobilitas attendenda 698. Generis fingitur 1341. Vera, virtus 1342. Non tam cara Deo quam merita 1954. Tribus Iuda 256.
 Nomen Iesu 489. Ludibrij imponere 201. Insigne eleemosynarijs 916. Notum propagandum 1303. Medici multi sibi

Sibi arrogant 1991. Factis
 adquisitum 1733.
 Nominis Ethymon 1847.
 Nomina probrosa 180. Iuxta
 proprietatem rerum 915.
 Nostra lucidiora prædicamus
 122.
 Nobilis nubenda cito 454.
 Nubendi primogenitos cura
 310.
 Nudata non respicienda 607.
 Nuditas indecens feminarū 603
 Nudi miseratio 237.
 Nuntia mala volant 978. Bona
 à proprijs danda 1328. Statim
 nuntianda 1373.
 Nurus focerum revereatur 354.

O

Obedientia vera pericula
 temnit 144. Prompta
 169. In senibus 1405.
 Obedientiæ supremus gradus
 165.
 Obitus iustorum deplorandus
 276.
 Oblatio facta Deus laus pul-
 chra 1862.
 Obligatio propria prima 941.
 Impleta sacrificium est 952.
 Oblivio iniuriarum 944. Mor-
 tuorum 1306.
 Obsequium ad scelus 620. Pa-
 tris commendat filios 1566.
 Occasio 463. Quaritur à dæ-
 mone in ruinam 167. Diffici-

le vincitur 1416. Repenita
 557. Non quaesita 592.
 Occasionem fugiens benedici-
 tur 1873.
 Occupato patre exultant filij
 300.
 Oculi non tam sagaces quam
 diligentes 150. Fallunt 1176.
 Vident quod desideratur
 1204. Pro auditu 1331. Laf-
 civiunt 558.
 Oculorum custodia 1891.
 Oculos mortui propinqui clau-
 debant 1978. Claudere pie-
 tas est 1414.
 Odium fraternum execrabile
 26. A diabolo 68. Terribile
 69. Vultu manifestatur 70.
 Offensa Dei deploranda; non
 opes 1698. Plus sentitur à iu-
 stis quam propria 2058.
 Officium vile non occultandum
 1430.
 Omnipotens nihil non potest
 1560.
 Onan peccavit gravius quam
 Her 343.
 Operatio sine meditatione inep-
 ta 500.
 Operarij invidi 334. Inepti,
 mordaces 497.
 Opiniones novæ plaudendæ
 1926.
 Oratio præcedat negotijs 1397.
 Et actionibus 499.
 Orationes arma validissima
 1640.
 Orbatis adest Deus 1626. 2074.

Ornatus ad libidinem tendunt
384. Ad Eccharistiam 860.

Ornatus vani anxietas 383.

Osculum dilectionis signum
1336.

Orium damnificum pueris 139.

Exonim antiquis 19. Lasci-
viam parit 595.

Oriari, laborantibus alijs, sæ-
dum 21.

P

PAnis pro vxore 543. Eu-
charistie pinguis 1850. Di-
vitiis continet 1852.

Par peccatum pari supplicio pu-
nitur 339.

Parens non exponendus ludi-
brio 1448. Monendus non
corrigendus 1614.

Parentis generosi filij 1032.

Parentum memoria delectat
1304. Vestigia sequenda in
honestis 1398. Merita filijs
proflunt 1916. Monita tem-
nentes puniti 2043.

Parentibus cito consulendum
1325.

Parentes offendere vltimum
dementiae 1138. Nutriendi
vt parvuli 1473.

Pascere hostes signum benevo-
lentiæ 2066.

Passiones promittunt, quod pœ-
nitet 393.

Passionibus dominandum 1023.

Pastor in lupum conversus 145:
185.

Pater multorum plangendus
1040. Solicitus magis quam
filij 1114. Vulneratur cum
filijs imperitur 65. Equè pius
dum punit 119. Mortuus vi-
vit in filio 327. Dilectum su-
blimat 1930. Familias guber-
net 974. Æternus ad filium
nos mittit 563. Punit, ne
torror vulneret 1675.

Patris est laudare, & corrigere
116. Domum deserere 306.

Monita temnes punitur 2043.
Patri licet plus dare alteri filio-
rum 1630.

Patres non asigendi 1123. Non
irritandi 1135. Non oblivif-
cendi in quavis fortuna 1305.
Familias non dormiant 1401.
Plaudentes temeritates filio-
rum 1690. Non corrigentes
castigandi 14. Patriæ veri
622.

Patientia 1598. Ioseph 1315.
Longo tempore ducta 17.
Præmiata à Deo 663. 469.
Taciturna strepit impatiens
1677.

Pati aliqua, vt maiora vitentur
798.

Patiens gratus fit erga omnes
668.

Patria totus mundus videtur
1475.

Patriæ amor 1539. 1358.

Patriam relinquere durum est
1319.

- S. Paulus ex tribus Benjamin** 1943.
Pauci fortes, pro multis 1934.
Paupertas religiosa 488. 1667.
Amica castitatis 605. **Virtutes inferit** 242. **Culpabilis verecunda** 1435. **Fortuita ingenua** 1435. **Dissimulatur** 1419. **In ante divites mors est** 1483. **Simulata** 1489.
Pauperis, & nudi miseratio 237.
Pauperes mundi corde 606. **Vani** 1118.
Pax vitia excludit 1371. **Omnia bona continet** 1183.
Pacis in loco, Deus adest 1403.
Pharisaorum concilium in Iesum 1692.
Peccator peccatoris misceretur 449. **Sine honore** 1250. **Peccatorum obliviscitur** 848. **Multa amittit** 1652. **Ponderet quantum amittit** 1651. **Timendus ne maiora committat** 1666. **Tenebras habitat mortis** 1789.
Peccatores crudeliores in peccantes 431.
Peccatum facile divulgatur 453.
Nefandum Her 3 13. **Non male dicendum; sed peccator** 1701. **Deplorabile malum** 1080. **Morte crudelius** 1145. **Multa mala parit incognita** 470. **Peccatum advocat** 843. **Vnius transcendit ad alios** 1068. **Supplicium timet** 2039.
Peccato vnus totus coetus coinquinatur 1289.
Peccata ob Deum vitanda 579. **Non reticenda in confessione** 723. **Vt sunt aperienda** 833. **In nos, sentiuntur: non in Deum** 1069. **Fame puniuntur** 1492.
Peccare in praesentia Dei 73. **In Regem** 691. **Peccare volumus: non castigari** 2046.
Peccatur facile, difficile resilitur 1406. **Quasi per iocum** 220.
Pecunia angores lenit 359. **Abcondita suspecta** 1102. **Pro nihilo habenda** 1110.
Pecuniae armant, & muniunt 1638. **Arma validissima** 1637.
Peregrini admittendi 971.
Per reginos accipere sacrificium est 1172.
Peregrinationes Iacob 1454.
Periculum subire pro populo 1761. **In capite alieno** 1764.
Periculo quemquam relinquere nefas 249.
Pericula suspicanda 994.
Periurium strictum quid? 1044. **Non commissum a Ioseph** 1045.
Perseverantia 478. **In bono** 900. **Vsque in finem** 1844.
Personarum acceptio nulla 861.
S. Petrus 244.
S. Philipus Neri 109.
Pietas in parentes 1423. **A quoque exercenda** 1189.
Poenam culpae respondeat 1048.
Oculos aperit 1070.

- Pœnitentia** 391. Pietatem infert 204. Rubeni 205. 1681. Vera 287. Diuturna 289. Actiua amplectitur 288. Sera 1529. Luxuriosi non durat 1669. Propria sit 2050.
- Pœnitentiæ tres partes** 1049.
- Pœnitens luere potest pœnas in hac vita** 1976. Benedictiōnem assequitur 1680.
- Pœnitentes non castigandi** 1313.
- Pœnitentibus blande agendum** 1311. Congaudemus 2047.
- Politica aula pessima** 1013.
- Pollutio punitur à dœmone** 337. Eius malitia 336.
- Polluentes difficile curantur** 340. Diu, incurabiles 341.
- Pompa ad solatium, non ad vanitatem** 1335.
- Pondera imponentes, quæ ipsi respuunt** 315.
- Populi non gravandi** 1356. Audiendi à regibus 960.
- Populis consulant Reges** 827.
- Possessiones incultæ depauperant** 1794.
- Posterii impleant, quæ patres iurauerunt** 2093.
- Potens impotens ad illicita** 572.
- Potentes cognatos agnoscant** 1008. Errasse non fatentur 1042. Vix castigantur 323. Urbani 1743.
- Potentium gratia inquiritur** 2010.
- Potentioribus plus datur** 1357.
- Potestas non omnino transferenda** 673.
- Prædicator verus** 1911. Qui mittitur 1875.
- Prædicatores veloces** 1874.
- Præfectus sub ministros eligat** 878.
- Prægnans non debet damnari** 440. Immunis apud gentes 441.
- Prælati non credat, nisi videat** 151. Temporalia non curet 546. Curet animas 545. Visitet diocessim 927. Omnibus æque consulat 1906. Necessaria sibi tantum sumat 549.
- Prælati præsentia in Diocessibus** 2004.
- Prælia vitanda** 2018.
- Præmium pro meritis** 56. Virtutis, supplicium criminosis 55. Sine merito 474.
- Præmia cœlestia** 1559.
- Præparatio ad Eucharistiam** 1191.
- Præsentia Dei** 515. 517. 577. 899. Calamitates expellit 516. Vera inserit 1647. In Eucharistia 1937. Multa bona parit 529. Vitat peccatum 578. Magna largitur merita 1600. Hominis frangat, non Dei 1239. Et timor Dei 722. Regis continet sceleratos 804. Prælati in sua Diocessibus 2004.
- Præsulatui qui proponendi** 891.
- Præsumptuosi superbi** 129.

- Pretensor pro suis caute audiendus 2078.
 Prætores rege acriores 910. Rapaces 810.
 Preces patris, ut profint 1186.
 Pretium pro beneficijs remittere Dei est 1107. Crescit pro tempore 1477. Peccati cito solvitur 407. Annonæ non augendum 972.
 Primatia prioritatis non est apud Deum 1783.
 Primogeniti plus diliguntur 1588. Debachari permittuntur 318. Cur vitiosi 319. Exemplo sint 1657. Diliguntur à parentibus 1613.
 Primogenitura à Deo 479.
 Primus in arduis gloriosior 1839. Transgressor punitus 1689.
 Princeps virtuosus virtutes infert 1632. Assidue vigilet 325. Suarum non ultor iniuriarum 1317. Suos honoret 1678.
 Principes vigilent in Præfectos 675. Magnates prius curant 686. Eos culpæ grave est 447. Plus quam Deum colimus 1201. Passiones occultent 1217.
 Principum fabor inutilis 1594.
 Principijs obstandum 216.
 Procrastinanti est qui succedat 487.
 Procurator cito expediat accedentes 598.
 Prodigia comprimuntur inedia 882.
- Professi societatis 489.
 Progenies non iactanda 1343.
 Iacob oppressa in Ægypto 2101. Solatur 2073.
 Promissio facta parenti filijs prodest 1413. Certa, & clara sit 1924.
 Promissiones aulicorum futiles 754.
 Promissa Dei immutabilia 1563. Certissima 1568.
 Propensio ad pietatem 780. Non inducat ad iniusta 1619.
 Prophetia castitati debetur 771. Iacob impleta 1620. Non arguit sanctitatem 1361. Inopinata 234.
 Proponere incongrue 143.
 Propinquis quod datur habetur 1185.
 Propositum inefficax 290.
 Prospera quæ conveniunt 1949.
 Prospera, & adversa à Deo 1106.
 Protectio Dei tutior divitijs 2076.
 Providentia privata 937. Error cogitatur 1616.
 Provocans ex se, peccaminosum est 387.
 Prudentia excedens ætati 49.
 Pudor acris castigatio 37.
 Puer zelans virtutem 16. Prudens pro multis est 52. Non blande educandus 168. Commendatur 909.
 Pueri fallunt, quia post mutantur 476. Acuti sæpe torpescunt

- cunt 477. Viri ob virtutem 514. Mutantur dum crescunt 1021. Non vagent sine ductore 1136. Urbani erga suos 1587.
- Pueros docere laboriosum 1711. Morte crudelius 1712.
- Pueritia applicanda labori 20. Prudentia prædita 48. Male instructa 317. Ominatur senectutem 930. In otio educata 139.
- Pulchritudo vltima dos 550. Male antefertur 551. Illecebra est 553. Superbos facit 554. Invisa 819. Tenera iuxta famam 820. In Eucharistia 1781. 1857. Pretiosa apud homines 1857. Ex salubritate terræ 1857. Cum honestate 1887. Castæ commendatur 1885. Donum Dei 1886.
- Punitio nullum eximat 992. Propter alios 1088. Ad aliorum emendationem 1091. Diversimode à Deo 1105.
- Punimur per quod peccavimus 260.
- Purgatorium 664. 796. 1097. 1122.
- Purgatorij flamma incenditur fetibus immoderatis cognatorum 293.
- Puritas ad Eucharistiam 1188.
- Puteus iuramenti quid sit 1395.
- Putiphar socer Ioseph quis fuerit 926.
- Quid non quem quærimus 162.
- Quies ad studium necessaria 1808.
- Quies animæ victis tentationibus 1741.

R

Rabies foeminae potentissima 1822.

Rameses constructa ab Hebræis 1470.

Rapinae facile impij consentiunt 246.

Raptor virginis lupus 1932.

Raptores sicarijs mitiores 818.

Reatus poenæ manet in peccato 1682.

Recordatio patris 1032.

Regnum Dei rapiendum 1734.

Regno excludes quem amas 1763.

Regna à Deo dantur 90.

Regnare periculosum, & nocivum 1763.

Regnabis, si paveris 100.

Rei non liberandi impune 778. Non detinendi in carcere 432.

Religio consulenda 1467.

Religiosus in clauistro tutus 1787.

Religiosi domestica vulgantes 635. Imperfecti perfectos insectantur 821. Discordes 1723.

Religiosorum comitia 890.

Religiosis Deus providet 1474.

Religiosa habitatio non sumptuosa 7.
 Reliquiæ iustorum honorant locum 2024. Sanctorum 2091. 2098. Secum ferendæ 2092. Vel Ethnicis favent 2199.
 Remedia adhibenda malis 871.
 Repetitio celeritatem signat 870.
 Reprehensio à superiore efficax 132. Excussanda 743. Patris non fugienda 1952.
 Restituens latro esse nequit 1268.
 Resurrectio Christi 1726. 1747.
 Resurgere cum Christo 1965.
 Retributio pro officijs non petenda 746.
 Revelatio Dei 921.
 Revelationes fæminarum 485.
 Reverentia erga superiores 644.
 Erga Dominos 608. Erga Sacerdotes 1086. Erga parentes 1985. 2041. Erga parentes defunctos 2054. Debita Sacerdotibus 1499.
 Reverenti filio propitiatur Deus 1917.
 Rex populis consulat 827. Curet 828. Regat 911. Indaget quales ministros habeat 888. Provideat subditis 959. Ministros habeat sapientes 961. Non est, qui suis non consulit 966. Et gubernator, non excoriet 89. Magnatibus dominetur 687. Vilitatur, ad bonum Regni 790. Tyrannus inter-

Tom. 6.

fici nequit 1698.

Reges delicta noscant, & puniant 324. Signis persuadendi 442. Sine ira nesciunt punire 690. Agunt quod à Magnatibus proponuntur 733. Nesciunt carcerum moerores 868. Virga, & legibus utantur 1765.

Regum opes omnes rapiunt 763. Mensa vel magnates excludit 1222. Præsentia iniustitias vitat 802. Continet sceleratos 804. Affectio facile mutatur 1418.

Regibus nemo nunciat infausta 837. Adversa absconduntur 867. Placida, placent ministris 886. Vita carior 1451. Dormientibus crescunt mala 815.

Rixæ frequentes inter pios 5033

S

Sacerdos officium suum impleat 1504. Castus sit 1654.

Sacerdotes exempti 1498. Veri Dei, temnuntur 1499. Alii debent à senatu 1502. Dei, non terreni; sed spirituales 1515. Ægypti inventores scientiarum 1501. Improbi 1503. Ignari 1505. Non iudicandi à sæcularibus 1708.

Sacerdotum reverentia 717.

LL 2

1086.

1086. 1499. Vita in Ægypto
1500. perfectio 1708.
Sacrificium est peregrinos reci-
pere 1172.
Sæculares non iudicent Sacer-
dotem 1708.
Sagittæ murmurationis 1804.
Salutatio in accessu, & recessu
1465.
Salutationes 1196.
Sanguis fusus clamat 232.
Sanguinis effusio 208. Fraternali
200.
Sanguine non gloriandum; sed
meritis 491.
Sapientia exul ab aula 830. Ma-
le nutritur in aulis 835. Res-
picienda non facies 884.
Sapiens solum, non gubernet
875.
Sapientis est iniurias condonare
2063.
Sapientes venerandi 829. Fo-
vendi à Regibus 834. Non
omnia sciunt 862. Vt patres
colendi 1324. Amantur à
Deo 46.
Satisfactio pro alijs 2049.
Saul oratione pugnat, & vin-
vit 1641. Lupus pugnans
1933.
Scandala 825. Vitanda 398.
Scandalosus vitandus 9. Punien-
dus 1087.
Scelus in se refundens dignus
imperio 455. Vnum multa
merita repellit 1673. Secre-
tum familiam damnat 12.
Mendatio directum 175. Gra-
vius in digniore 689.
Scelera scrutanda 8, 6. Menda-
cio directa 175.
Sceptrum non statim acceptum
à Iuda 1752. Iuda quando
defecit 1757.
Scientia admirationem parit
1231.
Scholastici amantur à Deo 47.
Scriptura nō omnia notat 1033.
Scrupulosi vitiosi 409. Came-
lum deglutientes 410.
Securitas in factis 1190. Erat in
urbibus.
Secreta facile divulgantur 634.
Regum non celantur 720.
Sedebant prisca ad prandendum
1227.
Senectus potentias obscurat
1582. Arumosa 1579. Fes-
sa mors est 1463. Mortem
signat 1526.
Senes mala suspicantur 1126. De
nepotibus gaudent 1583. Vt
pueri alendi 1472. Non tepes-
cant 1858. Pueri 513. Parvu-
los amant 43. Honorandi
1586.
Sententia cito proferenda 433.
Præcepta 439. Mala annul-
landa 464. In Thamar an iu-
sta 437. Mala prodest alijs
quando iudicato 1274.
Sepulchrum in loco sancto 1535
1960. In terra sacrata 1536.
Patriarcharum 1969. B. Vir-
ginis 1573. Vices visionis
Dei

Dei gerit 11.

Sepulchro privari sensibile 272.

Sepulchrum signans fodit 1009.

Sepulchra magna construuntur 1537. Sanctorum 1846.

Relinquenda filijs 1968. Intra menia ad recordationem 2029. Christianorum in Templis 2030.

Sepelire opus misericordiae 1533.

Sepelire inter impios horrent iusti 1534.

Sermo vertitur ad rem amatam 1332.

Servus qualis Dominus 1282.

Plus Domino, quam Deo servit 1250. 1251. Non honorandus nisi plene cognoscatur 473. Devotus aptior 519. Impius raro bene servit 522. Felix evanescit, & deficit 523. Suum munus impleat 530. Sibi tradita tantum curent 533. Cum conservis non contendat 534. Iustus auget domum 535. Non potest accipere quid de domo Domini 548. Si eleveretur superbit 556. In Dominam libidinosus 565.

Servi observandi 526. Ante provandi 1442. Si bene tractentur laeti serviunt 1317. Fiunt, qui dominari volunt 1031. Mali odiosos reddunt Dominos 1096. Alantur 1099. Regum levide causa

puniuntur 685. Fideles erga

Dominos 1438. Regum superbiunt 680. Et facile cadunt 679. Non obediunt in illicitis 559. In absentia non otientur 594. Boni non vulnerandi 657. Si delinquant, tolerandi 742. Potentiorum non puniuntur 696. Regum principes fiunt 781. Lugurientes 984. Iussa invertunt 1261.

Servorum acta dominis tribuuntur 1095. Concordia felicitat domum 627. Gratia prodest 670.

Servis bonis ampla facultas 1439. Non intime communicandum 544. Non danda licentia in domesticos 1256.

Servitus durior morte 247. 1074. 1276. 507.

Servitatem amant Reges: non servos 739.

Servitum regibus curritur 857.

Servire praestat, quam mori 233.

Severitas 1018.

Sichen idem ac Sichar 1634.

Silentium aulicorum 897.

Simplicitas cordis 76. Quantum Deo placeat 77.

Simulatio in verbis 1012.

Singularitas vitanda 694.

Societas Iesu 1760. Insitum habet nomen Iesu 918.

Societas malorum 1050. Timenda 1408. Iustorum in

- resurrectione 1967.
 Societatem malorum vel mortui
 fugiunt 2086.
 Socij malorum suspecti 1272.
 Sodomia, & adulterium puni-
 tum 1938.
 Solatium debetur afflictis 281.
 Sollicitate ob suum honorem ta-
 cent 629.
 Sollicitudo pro periclitantibus
 1199.
 Solus aptus ad aliqua arrogans
 fit 1817.
 Solutio ex ijs quæ ponit debi-
 tor 1493.
 Somnia non facile credenda 79.
 Quasi auguria 181. Ad ho-
 norem interpretis 703. Mul-
 ta in aula 714. Aulicos affli-
 gunt 715. Vigilantium 729.
 Infaulta felicitates vitæ 773.
 Obliviscenda 1022. Aliqua à
 Deo 705.
 Somniorum causæ 78.
 Somniamus quæ tractantur 705.
 Spes solatium desiderantium
 1771. In Deo 1904. 1835.
 Sedat animos 1959. In Dei
 misericordia 2048. Firmanda
 1538. Solatur 1626.
 Spes mundi nihil fiunt 189.
 Sperantes temere 760.
 Sperandum in Deo quia filij su-
 mus 1208.
 Spiritus Sanctus recedit à tristi-
 bus 1386.
 Spiritus Dei purus 901.
 Spiritus probandi 1246.
 Spirituales apti gubernando
 893.
 Spolia danda militibus 1940.
 Sponsalia ligant 438.
 Status mutatio consulenda cum
 Deo 1396.
 Stellæ pro Maria pugnant 1870
 Stipendium pro favendis ege-
 nis non recipiendum 917.
 Studium dulce sapientibus 1809.
 Assiduum 1810.
 Suavitas in superiore 730.
 Subditus non reprehendat alios
 1352.
 Subditi astra sunt, si superio-
 rem vt Deum noscant 103.
 Mali male gubernantur 1443.
 Boni facile 1445. Absentem
 superiorem temunt 1134.
 Subijci præstat, quam imperare
 102.
 Succedit Procrastinanti alius
 487.
 Superbia 86.
 Superbi in eo quod nolunt hu-
 miliantur 1005. Confedere
 hominibus repugnant 1225.
 Reprimendi 1513. Difficile
 humiliantur 133.
 Superior Legislator fit 6. Mini-
 stret 700. Singularis non fit
 63. Sapiens, & industrius
 875. Aptus illico eligendus
 898. Sibi tantum consulens
 1116. Absens temnitur 1134
 Vigilet 1725. Licet aliunde
 inferior colendus 1530. La-
 borando, alios movet 1805.

- Stoliditatem affectet 1812.
 Temporalia curans 1813.
 Subditos levet 1814. Vnus omnibus 1815. Qui queritur, & vitatur 1890. Corrigat, ne corrigatur 117. Quæ non audeat subditis committit 141. Domestica ignorat 271. Severior 712.
 Superioris clementia 1196. Reprehensio efficax 132.
 Superiores sine crimine sint 31. Opprimentes subditos 1075.
 Tetri 1121. Arrogantes 1520 Savi 1998.
 Superiorum reverentia 644.
 Superna non calat humana sapientia 836.
 Supplicium par peccato 339. Repetitum terret 826.
 Supplicio non emendatus alieno 345.
 Suspectus non creditur 1148.
 Suspecti non puniendi 1043.
 Suspiciari de impio licet 1027.
 Suspicio non admittenda 422. Auferenda 2005.
 Suspiria in ora mortis 1834.
T
T Ace fugiens à luxuria 618.
 Tacere in confessione impenitentis est 450.
 Taciturna patientia strepit impatientis 1677.
 Tarditas in agendo 1140.
 Tardis, & pigris negotia non commitenda 1244.
 Templi reverentia 684. Cultores benedicuntur 1945.
 Temere sperantes 760.
 Tempus affectiones mutat 135. Connubij Iuda 308.
 Tempore ærumnarum non vacandum delicijs 969.
 Temporalia non stenda 357. Non magnificienda 1953.
 Temporalia renuntians habet æterna 1584.
 Temporalium contemptus 786.
 Tempus connubij Iudæ 308.
 Termini terræ Issachar 1793.
 Terra fertilis felix 1773. Maritima abundans 1786. Incultus fructus negat 1799. Tua non ab alijs colenda 1801.
 Terrena dignitas non memoratur in cœlo 1596.
 Terror in iudicio 1019.
 Testamentum ante infirmitatem 1529. 1550. 1649. Mature fiat 2023.
 Testamenta disposita adimplenda 2011.
 Testes manifestandi 418.
 Thamar quamnam fuerit 314. Excusatur à culpa 363. 368. An peccarit in coitu Iudæ 385. 386. Peccavit Iudas 388. Quod peccarit firmatur 386. Minus quam Iuda 467.
 Theologi ad pompam 840. Minus recti, virandi 841.
 S. Thomas Aquinas 588.

- Timor suspectus reiiciendus 353
 Dei 1060. Modificat 1200.
 Excutiendus ab innocente
 1207.
 Timendus non timens Deum
 2056.
 Tyrones non exponendi periculis
 824. Amittentes fervorē 1859.
 Titulus Crucis Christi 1547.
 Tribulatio 1249. Virtutem pro-
 bat 202. Pœnitentiam parit
 11064. Deum aproximat 511.
 A Deo, toleratur 1897. Pro-
 dest 2082.
 Tribulatis adest Deus 661.
 Tributa sine oppressione 1516.
 Imposita tarde auferuntur
 1521. Excessiva non impo-
 nenda 880. Supra modum po-
 sita 1484. Moderata 1511. Ab
 indigentibus non petenda
 1514.
 Tribus Iuda in captivitate ha-
 buit Reges 1753. Quando de-
 fecit 1757. Inclusit alias tri-
 bus 1756. Ceteræ congrega-
 tæ Iudæ 1755.
 Tristitia cito vulgantur 1551.
 Tristitia expellit Spiritum S.
 1386.
 Torcor conscientia, scelus 2032
 Tunica Ioseph infelicioꝝ veste
 sponsæ 215.
V
Valentina lex circa hare-
 dem 1653.

- Van agloria ex aliorum infamia
 r eiicienda 646.
 Vanitas in filijs vitanda 115.
 Post mortem durans 1063.
 Vanitatibus detenti postponan-
 tur 486.
 Vasa sacra furari nefas 1258.
 Iniquitatis peccatores 1685.
 Vaticinium circa Regnum Iuda
 1751.
 Vber, & vulva benedicuntur
 1922.
 Vestigalia computanda 881.
 Veditio ad nutum Domini 1004.
 Iosephi triplex 241.
 Venditione vitanda iniustitia
 1494.
 Venditiones iustæ 1495.
 Vendere ultra condignum iniu-
 stitia est 1478.
 Videntes commissa fideliter se-
 gerant 972.
 Verba pauca provocant 560.
 Plus torquent 2068.
 Verecundia atrox supplicium
 211. In confessione 610. 1716.
 Verecundiam amittens 582.
 Vestis pompatica nullum reve-
 reretur 130. Nidus luxuriæ 60.
 Ledit 61. Dives in egeno
 suspecta 904. Infamat 369.
 Æqua in fratribus 251. Fœ-
 minea ad provocandum 365.
 Arma foeminarum 366. Sem-
 per damnabilis 370. Adulte-
 ram cooperit 416.
 Veste honesta non fidendum
 390.

- Ni foeminam habere probrum 378.
 Viaticum Eucharistiæ 1558.
 Vicini subveniendi 1000.
 Vicinis communicanda bona 970.
 Victimæ in templo offerantur 1936.
 Victor castitatis cætera vincit 1482.
 Victores caute recedant 1840.
 Victoria ex protectione B. V. 1866. A. B. Virgine cita 1865. De inermi infamis 1705.
 Victoriæ continuatio 1730.
 Victoria habita vinci rursus in decorum 590.
 Victorijs non fidendum 1742.
 Vide prius, & post crede acufantem 149.
 Vide vt videas: non vt rapias 154.
 Videnda, quæ damnanda 152.
 Visa à te non nisi superiori narra 155.
 Vidua eligens vulgarem. deducus prioris est 329. In domo patris sit 350. Non vaget 351. Consortia hominum vitet 352.
 Viduam contineri difficile est 361.
 Viduæ, & pupilli defendendi 1615.
 Viduarum habitus 364.
 Vigilantia in gubernante 537.
 Vigilantium somnia 729.
 Vile nihil in domo Dei 1446.
 Nihil in domus subsidium 1001. Officium non occultandum 1430.
 Vilibus servire durum est 1350.
 Vilior promptior ad viliora 192.
 Vincula maxime exosa 480.
 Iustorum ornamenta 1903.
 Vindicatio 1081. 1638.
 Vindicta non quærenda 1904.
 Non attendit mala sequentia 188. Cruore deletatur 231.
 A Deo per se sumitur 323.
 A iustitia exigenda 435. Non à se sumenda 1198. Atrocior luxuria 1067. Difficilis vinci 1164. Indigna potenti 1310.
 Regum non est 682.
 Vindictam reservare vile est 2053.
 Vindicantibus nullus honor 1683.
 Vinum castitati non favet 792.
 Vir à virtute 512. Diu non la-chrymetur 356. Et vxor idem 121.
 Viribus foeminam consequi probrum 378.
 Virtus reverentiam conciliat 601. Palliata 184. Interna constans 214. Magni emittur 238.
 Virtutis exercitium 1510.
 Virtuti cuius suum præmium erit 924.

- Virtutes conservandæ** 1910. **Sine prudentia nihil** 50. **Iosephi, in tunica** 62.
Virtuosus vere pulcher 1888. **Murus civitatis** 1699.
Visitatio Dei probatio est 2083. **Præsidis fœcundat** 931. **Ad providendum, non ad recreandum** 932.
Visitor instruendus 147. **Visitatores si expectentur bene operantur** 146. **Sûptus vitent** 933.
Visitare incarceratos 662.
Vita cum doloribus mors est 1458. **Multis malis affligitur** 1461. **Lōga iustis datur** 1464. **Longa omināda regibus** 1450. **Fragilis** 770. **Quasi dies vnus** 1453. **Hęc peregrinatio** 1455. **Laboriola cito tenescit** 1580. **Anxia mors crudelis** 1392. **Filij gratior parenti** 1388. **Apud inferos non est** 225. **Sacerdotum in Ægypto** 1500.
Vitæ impij dies, non numerantur 2069.
Vitam optare ad patientiam 987. **Vitium potentius ad perdendum** 808.
Vitia virtutes infestantur 805. **Patris cum sanguine transferrunt filijs** 330. 1252. **Nofcantur, vt detestemur** 396. **Dedecorentur, & non erunt** 560.
Vitiosus aliquam virtutem ser-
- vat** 203. **Nunquam tutori gra-**
tus 667.
Vaguēti vsus apud priscos 1849.
Vnio fraterna 1034. 1065. **Im-**
piorum ad strages 179.
Vnitas inter cohabitantes 1999.
Vnus improbus totam familiam
inquinat 1597. **Bonus hono-**
rat 1355. **Gubernet, & ordi-**
net 896.
Vna impudica pro multis ad
damnum 1889.
Voluntas præsumpta 1365. **In-**
consulto Deo non sequenda
1410. Non consulenda, sed
intellectus 1617.
Vrbalitas benedicitur 1872.
Vsus non variandus 1229.
Vultus fœminæ absconditus læ-
dit 373.
Vultu manifestatur odium 70.
Vxor in viro est: filij in paren-
tibus 106. **Ex consilio ducen-**
da 928.
Vxorati libidini traditi 311. **Mo-**
deste inter se loquantur 631.


Z

Zelatores iniusti destruunt,
1707.

Zelotipia cæcat 649.

Zelus animarum 1759. **Iustitiæ,**
& virtutis in puero 16. **Ob-**
servantiæ 30. **Virtuosus præ-**
miatur 81. **Religionis** 621.
 947.









三

三

三

364